

Janice Kobycki Tro ^{Tobianski} 1697mo.
de Conte przywiozł. 1697mo.
Tobianskiej Kozłełlanowey w Karney, Aduer.
p Mendicos illudabant; Kaczynie Duchowne.
Kossem, debes persequi, ut Serues
nō e subditus Libertari; Civem
consensus. Kozdij Pyszny, glupi.
naturalē e. Vnicuiq; rei, ut Secundum
gradum operetur; qui, in illa, e
sensu seu pfectissimq. Vg; In Viven.
corp; infim; gradus: Vita. Supremus.
Animali; Vita infim; Sensus, Supremus
huc; Sensus, infim; Spg. seu Rnalis nō
premius. Igr hō, sām Rnēm, operam
si, Sensualitatem sequat, Turpe id, in
sensu hui. Cuius Offium: Personam et
dignitatem hui; sustinere. Naabr, ope:
rari dē. Qā, nām Rnalem, ppiūm ope:
rari dē. Honestē operabit, Qā
naturā Rnalis, ex se, Naabr, Turpe Velle
ei Turpem Finem, n pt. Qā turpitu:
o, ad Sensualitatem referat.

Iti Dandum Regia, uebes recu-
uare I. H. H. H.

Titulus Libri Satyrici.
Vescitur casta a obiectatione h. d. H. H.
Ita: Libri di. Neptuna obiectatione
Ita: Libri di. Krotka to mora, n. a.
stepki stugie.

Socrates, Methodus, meumque Zivomallo
vniu. p. beglyda, sic radit. ad eum
effectum, abj, iereli maiz, Vudq, zto
saa iez me stpeidi: iertily me
li, abj, iez nadyvali, sprano p. s.
Kuzik, Melnodus.

Primum, leuam; Veni, iuuenctis, p. d.
in 2do. India, rep. p. d. h. d. d. d. d. d.
Odnat, ab Quita, f. l. e. a. b. o. C. u. r. a. s. i. g. V. e. r. i. t. a. t. e.
P. H. S. S. u. p. e. r. i. o. r. i. s. M. e. n. s. e. s. t. S. i. M. e. n. s. a. n. i. m. a. e.
P. a. r. t. i. s. I. n. f. e. r. i. o. r. i. s. A. n. i. m. a. s. V. i. n. c. a. t. f. i. t. V. i. t. a. V. e. f. f. o. r. s.
S. p. i. t. u. s. e. d. i. t. M. o. r. t. i. f. i. c. a. t. i. o. n. e. s. C. a. r. n. e. c. o. n. s. u. m. a. t.
V. o. l. u. p. t. a. s. h. e. l. M. o. r. t. i. f. i. c. a. s. a. b. s. y. n. t. h. e. s. i. s. H. n. g. e. x. m. e. l. l. i.
q. u. e. e. x. a. b. s. y. n. t. h. e. s. i. s. l. a. n. d. a. r. i. p. t. d. e. q.

... ubi nota non nisi nata. Oa p...
... Historia Zwartuymy.
... lissim pgonem, P Bog Kasse Zem
... Ktorq do Kofdego mowi; mihi
... dictam, et ego retribuam
... e Ignatij spq, Est. Qa fuit.
... voluntas Dei, multas h' Circumstaas
... et Obedientia Religiosa. Vg Qs
... Ubi, Quid Per Quem? Qui Vult
... Voluntatem Dei, et Obedientiam
... omibere ois Circumstaas, et soli
... Qa; Et sic Prompte, obed
... Amor, Pondus; trahit, seu
... pra, seu infra.

C. SVETONII
TRANQVILLI

XII. CAESA-

R E S.

Eiusdem de Inlustribus Grammaticis,
& claris Rhetoribus, Libri I I.

I O. Bapista Egnatij Veneti, de Roma-
nis principibus, Libri I I I.

Eiusdem Annotationes in Suetonium.

*Annotata in eundem, & loca aliquot re-
stituta per D. Erasmus Roter.*

V
I
R
T
U
T
E
D
V
C
E



C
O
M
I
T
E
F
O
R
T
V
N
A

LUGDVNI,
APVD ANTONIVM
GRYPHIVM,

M. D. LXVI.

M. Jacob. velle

ILLVSTRISSIMIS

SAXONIAE DVCIBVS,

Federico sacri Imperij electori etc.

eiusq; patrueli Georgio, Eras-
mus Roterodamus

S. D.



Tab his viris, quos fortuna cal-
culus mūdi gubernaculis admo-
uit, Federice ac Georgi ducum
incorruptissimi, haud exegerim
anxiā atq; exactā scholastica-
rum disciplinarum cognitiōnem, in quibus qui
consenuerint, eos ferē sensu etiā communi ca-
rere videmus, tātū abest, vt tractandis rerū
habenis sint idonei: ita vehemēter ab istis dissen-
tio, qui reges prorsus ab omni librorum cōmer-
cio cen re noxia ablegant, perinde quasi hoc de-
mum verē regiū sit, nihil omnino vel scire, vel
agere, prāter aleam, venatus, moriones, & his
etiam sordidiores voluptates. Cum quibus enim
amicis libentius confabuletur cordatus & pius
princeps, quā cum ijs, qui & semper praesto
sunt, & sapiunt plurimum, & nihil loquūtur
ad gratiam? Verū nullis ex libris, mea senten-
tia, plus vtilitatis capi possit, quā ex eorum
monumentis, qui res publicē, priuatimq; gestas
bona fide posteris prodiderunt, praesertim si quis
regalis Philosophia decretis imbutus huc acces-
serit.



13903

ferit. Etenim qui in hoc munere, verum gerendarum exemplum, quàm gestarum, fidem spectare maluerunt, hactenus modò profunt, quòd boni principis simulacrum oculis subiiciunt, si qui tamen id scitè vereq; effinxerunt. Caterùm ex bonæ fidei scriptoribus super alias innumeras, hæc præcipua capitur utilitas, quòd nõ aliæ res æquè, vel bonorum regum animos ad res cum laude gerendas accendit, vel tyrannorum cupiditates cohibet, ac refrenat, dum utriq; cernunt horum literis suam vitam omnem, mox in totius orbis, imò seculorum omnium theatrum producendam, & quicquid nunc vel in abdito patrant, vel ascito furo pratexiit, vel meta dissimulari cogunt verius quàm ignorari, paulò post clarissima in luce sub oculis omnium traducendum, cum iam metu pariter ac spe libera posteritas, nec vllò corrupta studio, magno consensu rectè, factis applaudet, pariq; libertate his diuersa explodet, exhibilabitq;. Nec enim arbitror quenquam tyrannum, sic penitus omnem hominis sensum exuisse, ut vitam sibi incundam ducat, si norit suum nomen apud posteros omnium ætatum ac nationum tam iniufam & execrabile fore, quàm est Neronis, Caligule, Heliogabali, Commodi, ad quorum mentionem, ceu portentorum verius quàm principum, nemo iam non despuit, non abominatur, non detestatur. Nam Vitellius viuus etiam malè

gesti Imperij poenas dignas dedit, quas & Nero daturus erat, ni supplicij foeditate deterritus: ipse sui carnifex esse maluisset. Quod quidem exemplum utinam in hac usque tempora duraret. Nunc enim nihil est impunitius, quam quod nulla satis grauis animaduersio pensare queat, male obiti magistratus culpa. Iam in ceteris historie dotibus, quantum alijs quisque tribuendum putet, ipse viderit suo arbitratu. Illud opinor apud eruditos omneis in confesso esse, quod ad narrationis fidem attinet, primas debere Suetonio: qui, ut quidam non infestiuiter dixit, proorsus ea libertate scripsit Caesarum vitas, qua vixerunt ipsi. Propemodum equarunt Suetonium hac sanè laude, Aelius Spartianus, Iulius Capitolinus, Aelius Lampridius, Vulcatius Gallicanus, Trebellius Pollio, Flauius Vopiscus, licet eloquentie viribus sermonisque polities multò inferiores. Proinde mihi quidem digni videbantur, ut eorum lucubrationes studiosi summa fide seruaarent, quorum fide factum est, ut tantarum rerum tam certa memoria duret in hanc usque nostram aetatem. Ac Suetoniū quidem nescio quo Deo propitio, & antehac non ita passim deprauatum, nunc eruditorum, meaque opera purum, ni fallor, & integrum habemus, suffragante mihi ad hoc negotij peruetusto quodam codice, quem è bibliotheca monasterij, apud Nervios olim, nunc

Tornacenses, vulgato cognomine diuī Martini, nobis exhibuit nobilissimus ille Gulielmus Montioius, qui id temporis regias vices in ea vrbe gerebat. Reliquos, quoniam nullo huiusmodi praesidio subleuabamur, quod vnū licuit, multò certè minus deprauatos dedimus. Eosque omneis vestri nominis lenocinio orbi commendare visum est, vel vestro in me studio, vel erga bonas literas animi propensione, vt id auderem prouocatus, quò videlicet viri, imaginibus & opibus clari, magis ac magis in his philesophari consuescant, & velut ad speculum vitam morésq; componere. Primùm enim dum videmus mutatum orbis Romani statum, tãto sanguinis humani impendio constitisse, ea res piùm certè principem à temere nouandis rebus deterrebit. Deinde spectare est operæpretiū, quàm est uarijs vicibus, Euripi cuiuspiã ritu, res humana sursum ac deorsum voluantur, ni solida principum sapiëntia, & incorrupta virtus fluxū hunc sistat, inhibeatq;: Quin & illud subit admirari, in tanto principum numero vix paucos extitisse tolerabiles, paucissimos probos, plerosque non improbos modò, verùm etiam ostenta mera, merasq; pestes humani generis, multos etiã mente captos. O nouam seculi calamitatem, cum vni furiose bestia totus seruiret orbis, & ingemiscens eãdem caneret cantionem, quam seruus Carion apud Aristophanem vs. ἀγυαδέου. Et

tamen huiusmodi portenta, parricidijs, sacrile-
 gjs, incestis, breuiter, nullo non dedecorum ge-
 nere impurata, templis, aris, ac diuinis honori-
 bus donabat hominum aduatio, fortuna, vel
 magis sceleribus tribuens, quod virtuti dari
 consuevit. Quis post hac, rectè factis grassetur
 ad nominis immortalitatē, si cœlum datur ijs,
 qui indigni erant vt terram cōtingerent? Nam
 quòd Domitius, & Commodus vterque scele-
 ratissimus, Dei vocabulum viuis etiā vsurpa-
 runt, quis nō videt manifestaria cuiusdam in-
 sanie fuisse, verius quàm impudentiæ? Porro
 quibus de causis hoc acciderit, nondum mihi
 satis liquet: siue quòd ipsa fortune magnitudo
 plurimas res secum defert, quæ bene nata, re-
ctèque instituta ingenia queant corrumpere. Id
 quod facilius credet, qui perpenderit Neronis
 adolescentiam laudatissimæ indolis fuisse, &
 quo non alius adhuc fuit orbi pestilentior, opti-
 mi tamen principis spem initio de se præbuis-
 se. Tum ab hoc multò post, Basianum Geta
fratrem, dum priuatus ageret, virum integrum
ac sanctum, pessimum egisse principem: Siue
 quòd vt quædã nauigia immodicè magna, va-
staq; regi non queūt, ita totius orbis Imperium
maius est, quàm vt vnius hominis animo susti-
neri possit, cum perdifficile sit domū etiā vnā
rectè administrare. Itaque qui maximè cupit
 optima, tamen Maronis illud cogitur dicere:

Fertur

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas. Quod opinor intelligens Octavius Augustus, vir eruditus ac perspicax, & quod in Caesaribus rarum comperies, perpetuò sanus, non semel de deponenda Imperij mole cogitavit: & fecisset, si nactus fuisset in cuius humeros citra publici status perniciem onus reclinare potuisset. Sive id ijs rebus magis adscribendum est, quas permultas quidem, at non omneis tamè in Aureliano recenset Flavius Vopiscus. Et tamen in tanta malorum principum turba, reperias licet dignas sancto principe cogitationes, audias voces absoluto principe dignas, comperias exempla, in quibus nihil desideres. Inter ethnicos inuenies, qui Christiano animo Respicerent Imperium, non sibi: qui tam laboriosæ administrationis non aliud spectarent præmium, quàm vt de rebus humanis bene mererentur: qui publicam vtilitatem liberorum affectibus, imò suæ suorumque incolumitati præferrent. Quos felices, si Christiani principes suæ quisque ditioni præstarent animum, quem Traianus, quem Antonini duo, quem Aurelius Alexander, orbi terrarum præstiterunt! Quin illud etiam mirandum, repertos, qui ad Imperatorem de Imperatoribus non solum liberè, verùm etiam contumeliosè scribere auderent. Nam hodie id quidam exigant, vt de sceleratissimis quoque regibus honorificè scri-

bamus, id agentes ne quando libertatis exem-
 plum in ipsos recidat. Sed multò magis ad rem
 pertinet, in his cõtemplari nomen illud Imperij,
 quod & olim orbi sacrosanctum, augustumq;
 fuit, & nunc etiamnum multorum affectibus
 religiosum ac venerabile est, cum nihil ferè su-
 persit, præter inanem magni nominis vmbra-
 m, quàm fœdis initijs in mundum irrepserit. Pri-
 mum in Iulio sceleratè, mox in Oëtavio Le-
 pido & Antonio sceleratius. Quid non potest
 fortune libido in rebus humanis? Potestas
 ea, quam postea dÿs æquavit hominum consen-
 sus, impietate, cædibus, parricidijs, incestis,
 tyrannide condita, consecrataque fuit. His feli-
 cibus auspicijs cœpit illa regibus adorata maie-
 stas: ac sceleratius ferè propagata fuit, quàm
 nata. Fœda barbarorum militum colluui-
 es, nõ suffragijs, sed insanis tumultibus dominum
 orbi dabat. Nec alia succedēdi lex, nisi macta-
 to superiore. His avibus auspicabantur Impe-
 rium, quod nihilo secius tamen interim emendū
 erat, quantuncq; inexplebili militum avaritiæ
 libuisset. Nec satis erat in vnu seuire caput.
 Ad liberos, ad affines, ad amicos omneis crude-
 lissima laniena proferebatur, ac sepenumero
 reciprocantibus, vt fit, vindictæ vicibus, quos
 viros, quas matronas effera immanitas indi-
 gne laniabat? Sæpe pluribus hinc & hinc Im-
 perium ad se trahentibus miscebantur omnia.

Ita semper ad nouum Imperij Successorem, totus terrarum orbis concutiebatur. Summa rerum in manibus erat, non Senatus, non populi Romani, sed mercenarij, facinorosiq; militis, Nec aliter imperare licuit, neque diutius imperare licuit, quam illis beluis collibuisse, qui nec bonos, nec malos principes diu ferre poterant. Alius parcior erat, alius profusior, alius eruditior quam uellent, alius matri obsequentior, alius militaris disciplinae tenacior, alius imbellis, alius immodicè bellator, alius in Senatum propensior, alij cognomen obstabat militi parum gratiosum, alij affinitas. Quamlibet leuis causa satis erat istis ad iugulandum orbis principem. Denique ut nihil esset cause, expediebat illis subinde mutare principem. Insatiabilis habendi fames, ad res nouandas incitabat. Trucidabatur ut inutilis, quem iam exuerant: accersebatur alius, qui exhauriretur, mox & ipse trucidandus. Atque hisce rebus factum est, ut nonnullorum Imperium paucis modò mensibus, nonnullorum paucissimis etiam diebus finiretur: ut me quidem inter legendum crebrò subeat admiratio, fuisse ullos, qui uellent Imperij uices capessere, cum tot exemplis didicissent, quibus legibus esset suscipiendum. Et hoc honoris sic uenditum, imò locatum, Imperium uocabant. O miserum ac deplorandum illorum temporum statum!

pressa Senatus auctoritate, oppressis legibus,
 oppressa Pop. Rom. libertate, sic creato principo
 seruebat orbis, princeps ipse seruebat ijs, qua-
 lem nemo vir probus domi vellet habere ser-
 uum. Imperatorem timebat Senatus, Impera-
 tor scelestam illam militum turbam formida-
 bat. Imperator leges dabat regibus, at huic le-
 ges dabant conductitij milites. Summa rerum
 orbis ab armata paucorum temeritate pende-
 bat. O magnificam & exoptandam omnibus
 monarchiam! Et tamen nescio quo pacto, velut
 ex composito conueniebat inter Caesares & mi-
 lites Caesarum dominos, quos legimus aliquo-
 ties se decimari passos ab ijs, quos mox erant
 suo arbitrato ingulaturi, quasi vices alternas
 inter se pacti, dominandi ac seruiendi. Hec
 cum ita habeant, neq; enim negari potest, illud
 oportet expedere, num eiusmodi sit nobis optan-
 dum Imperium, si iam olim obsoletum, votis li-
 ceat restituere. Quod si nemo sanus optaturus
 sit, quanto minus quod iam multis seculis ma-
 xima ex parte sit antiquatum, extinctumq;
 magno rerum humanarum tumultu, summaq;
 Christiani sanguinis iactura, vindicandum ac
 reuocandum videtur? praesertim cum inter Eth-
 nicos etiam hoc animo repertus sit Otho, vt po-
 tius duxerit spontanea morte vitam abrumpe-
 re, quam Imperium tot hominum vita mercari,
 vir vel ob hoc ipsum dignus Imperio, si fortuna
 virtuti

virtuti faueret. An parum est suam quamque
 regionem habere dominum, nisi singulae rursus
 alium haberent dominum, conduplicata populi
 seruitute? Nec hæc dixerim, quod negem opti-
 mum esse Reip. statum monarchiam, si modo is
 ad æterni numinis exemplum quantum poten-
 tia cæteris antecellit, tantundem vincat & bo-
 nitate, sapientiaque; sed partim quod, vt sunt ho-
 minum ingenia, haud scio an huiusmodi qui-
 spiam possit contingere, partim quod etiam si
 maximè contingat, non arbitror capacem esse
 tantæ ditionis vnius mortalis animum. Etenim
 qui vectigalibus exigendis tantum agit Im-
 peratorem, is quiduis est potius, quam Impe-
 rator. Non desiderabit orbis monarchiam, si
 Christianos principes inter se iungit concordia.
 Verus & vnicus orbis monarcha CHRIS-
 TVS est, in cuius edicta si nostri principes
 consenserint, sub vno principe verè flore-
 bunt vniuersa: sin humanis cupiditatibus res geren-
 tur, æterna rerum vicissitudine semper fluctua-
 bimus iactabimurque. Et tamen maximam huius
 felicitatis partem ipsi nobis prestare possumus,
 si concordibus studijs ad id, quod per se opti-
 mum est, contendamus. Atque ego sanè ita de-
 mum arbitror felices fore Resp. si principes san-
 ctè Christianeque instituti, simul atque susce-
 perint regnum, pariter & animum regno di-
 gnum suscipiant, publicis commodis metiantur
 consi

consilia omnia, ab omni tyrānidis specie velut
 à peste abhorreant, ac pro se quisq; certet, quod
 sortitus est regni, non amplius, sed melius suc-
 cessori tradere, omnes pariter adnitantur, ne
 bellum vllum sit, potius quàm vt bello vincāt,
 neque vllis sit opus copijs, magis quàm vt his
 rebus sint instructi, pacis artibus magni vide-
 ri studeant, quæ consilijs, animiq; viribus con-
 stant. Equidem si quid nouari possit absque re-
 rum tumultu, iudicari ad publicam orbis
 Christiani tranquillitatem magnopere pertine-
 re, si certis fœderibus ex vsu publico sua cuiq;
 ditionis potæria præscribantur, quæ semel con-
 stituta nullis affinitatibus aut pactis, vel con-
 trahi possint, vel proferri, prorsus antiquato ve-
 terum titulorum iure, quos quisque pro re na-
 ta, bello affectato, solet prætexere. Quod si quis
 fortè clamitet, ius nescio quod suum adimi
 principibus, is illud mihi secum reputet velim,
 num equum censeat, ob huiusmodi iura, quæ
 siue habet aliquis fortassis, siue fingit, orbem
 Christianum impijs ac parricidalibus armis
 sine fine collidi, tot innoxios aut interimi, aut
 perdi, tot immeritas foeminas affligi, corrup-
 piq;: deniq; totam illam malorum tragediam,
 quæ bellum omne secum defert, in vitam homi-
 num inuehi. Nam his fontibus omnia ferè bel-
 la, quæ nostra memoria vidimus, profecta esse
 constat. Verùm hæc non tantum *ωαργυροειρα*
 videri

videri possint, verum etiam impudentius ad vos scripta principes ut magnos, ita cum primis sapientes: ad hæc, quod est in ista fortuna rarissimum, librorum etiã præsidys cum primis instructos. Siquidem tuas eximias Federice doctes, cum sint insigniter insignes, non mirum si famæ celebritas ad nos vsq; deuexerit. Te verò illustrissime Georgi, patrueli laudatissimo per omnia similem, ac verè germanum è propinquo cognoui, dum Phrysiam nobis finitimam administrares. Bene valete principes verè felices, stemmatis quidem illustrissimi, sed ornamentis animi longè illustriores. Istos animos vobis seruet CHRISTVS optimus maximus, vos orbi Christiano, vestriq; similes nobis complures velit existere. Antuerpiæ Nonis Iunij.

AN. M. D. XVII.

C. SVETONII TRAN-
QUILLI VITA.

CAius Suetonius Tranquillus patrem habuit Suetonium, cognomento Lenem, tertiadecimæ legionis Tribunum, & Augusticlauium, qui interfuit bello Othoniano: à patre filius Tranquilli cognomen accepisse creditur. Nam cum ille Lenis sit cognominatus, hic eodem significato, non eodem verbo dictus est Trāquillus. Floruit sub Adriano, utpote illius
magi.

14
magister epistolarum. Verum fortuna, quae lu-
brica est, refragante, successor ei mox datus,
quod apud Sabinam Imperatoris uxorem fami-
liarius egisse ferebatur, quam reuerentia domus
aulica postularet. Usus est contubernio Plinij
posterioris: à quo in epistolis admonetur ad vo-
lumina edenda, quae perfecta, absolutaq; appel-
lat. Cum esset vir doctrina compositiore, & ele-
gantia floridiorè præditus, scripsit libellum de
grammaticis & rhetoribus: quem diuus Hie-
ronymus secutus est texens catalogum scripto-
rum ecclesiasticorum. De genere vestium, de lu-
dicra historia libros concinnasse memoratur:
quorum testimonio videtur eruditi. Idem de vi-
tjs corporalibus, & de prætoribus volumina
condidit luculenta: in primis verò ad posteros
transmisit duodecim Caesarum vitas, valde qui-
dem probandas, graphiceq; conscriptas: in quo
styli genere primas confessione eruditorum haud
dubie occupavit. Opus est emunctum, refertumq;
eruditione haudquaquam triviale, & compo-
sitissimo ordine distinctum: vnde emendatissi-
mus ac candidissimus scriptor meruit appel-
lari: cui, vt scribit Flavius Vopiscus, familiare
fuit amare breuitatem. Ausonius in epistolio
ad Paulinum librorum meminit, quos numero
treis Suetonius de regibus scripsit. In hoc verò
Caesarum opere, quod eruditorum manibus
continenter teritur, est oppido quam tersus, &

Syncer

syncerissima scriptione prae cellens: adèò, vt de Suetonio dicere meritò possimus id, quod Zeuss pictor de seipso prodidit: Inuisurum aliquem facilius, quàm imitaturum.

FINIS.

I O. L V D. V I V E S
R V F F A L D O
S V O S.



VETONIVM esse acephalū, vt Curtium, vt aliquot orationes Ciceronis, vt nuper etiā Tacitum, duobus potissimū argumentis colligitur: tum quòd non solet gētis ac familiae originem prae termittere Caesaris eius, cuius vitam exorditur: de Iulia nulla mentio, cum sit maxime illustris, & memoratu digna: tū, quòd in vetustis exemplaribus hoc habetur initium. Annum agens sextumdecimum: praetermisso Caesaris nomine, vt appareat prius fuisse de illo locutum. Nos igitur, quandoquidem spes non est, quod desideratur fore vt aliquando existat, ex veterum scriptorum lectione, quantum industria ac studio consequi potuimus, eum locum studiose inuentuti expleuimus. Si quando id ipsum in lucem prodierit, quod Suetonius scripsit, facilis erit tantuli mei laboris iactura. Suetonij phras
sims

sim emulatus sum & obseruationis diligentiam. Cui non satisfecero, ne is haud magnum acceperit damnum exiguae chartulae & breuissimi temporis, quod perdidit nostris legendis. Si cui placuero, is satis hoc ipso nobis praestiterit: sin displicuero, ab hoc veniam petimus audacia. Dicamus tibi Hieronymo Ruffalde auditorum meorum probissimo ac proinde clarissimo. Vale, Louanij. M. D. XXI.

ADDITA SVETONIO IN
Vita C. Iulij Caesaris, per
Viuem.

De gente Iulia.

Gentem Iuliam pro indubitato creditur ab Iulo Aeneae filio manasse, qui Lauinio relicto Albam longam condidit, in qua & regnauit. Eo mortuo, cum ad Ascanium Lauinia atq; Aeneae filium Latinum redisset regnum, cura sacrorum ceremoniarumq; Latinae ac Troianae gentis penes sobolem Iuli mansit, ex qua sunt Iulij. Hos cum alijs quibusdam nobilissimis Latij familijs Tullus Hostilius Romanus rex, postquam Albam diruisset, Romam transtulit, ac in patres cooptauit. Serò ad magistratus emerferunt: nempe inter Patritios maiorum gentium ferè postremi, anno v. c. altero & trecentesimo, Cn. Iulio Decem-
uiri

uiro legibus scribendis priore eiusce magistratus lectione. Omnis dehinc generis honores nacta, mansit in patritiatu & ordine senatorio, mediocribus opibus, nullo insigniter praestanti viro, factisq; praclaris illustrior.

Cæsarum familia.

IN Iulia gente familia fuit Cæsarum: qua ratione cognominis, haud liquet, nec cui primum contigerit. Nam ante Cæsarem Dictatorem, patremq; eius, & auum Iulij Cæsares fuerunt: vt ille qui Punico bello secundo, à Senatu ad Crispinum Consulem de Dictatore dicendo missus est. Cæsares verò consuevit Romanus sermo cognominare eos, qui vel caso matris vtero, vel cum caesarie nascerentur, vel oculis essent caesjs. Addunt quidam de elephanto in Aphrica occiso, quem indigenæ Cæsarem vocent: eamq; ob causam cognomen hoc primum auo Dictatoris contigisse. Sed qui hoc tradunt, infimæ sunt autoritatis: nempe Spartianus, & Seruius. Neque enim sola illius progenies ex Iulij hoc cognomen habuit: sed alij, & ante eum multò, & cum eo gentiles illius pleriq;. Consules ante Dictatorem fuerunt, Sex. Iulius Cæsar, cum L. Martio Philippo initio belli socialis. Sequenti anno L. Cæsar, cum Rutilio Luponec ante hos clarus quisquam fuit Cæsarum, aut summo magistratu Romæ functus. Multis post annis Consulatu ex eadem familia adeptus

ptus est L. Cæsar Sext. filius, frater patruelis L. Iulij Cæsaris, qui Dictatorem progeniuit, hic ad Præturam tantum peruenit. Pisis dum manè calciaretur extinctus, nullo manifesto morbo.

Ortus Cæsaris, & educatio.

Natus est Cæsar Romæ, C. Mario, & L. Valerio Flacco COS. ad 111. Idus Quintileis, qui mensis post eius mortem lege Antonia Iulius est ea causa dictus: educatus apud Aureliam matrem C. Cotte filiam, & Iuliam amitam Marij coniugem. Vnde illi patritio amor plebeie factionis, & odium Syllæ. Literas Latinas Græcasq; tum & præcepta dicendi edoctus est à M. Antonio Gniphone, homine Gallo, qui magno ingenio vir, ac singulari memoria, præterea moribus comis, & natura facilis, primò in ædibus L. Cæsaris patris Græcam Latinamq; Grammaticam & Rhetoricen docuit: hinc in suis ipsius, multa discipulorum liberalitate consequutus, cum nunquam pacisceretur de mercede. Fuit Cæsar admirabili docilitate, & ad dicendi facultatem appositus. Sermo eius Latinus, excultus est domestica consuetudine ab Aurelia matre, quæ purè ac elegantè Romanè loquebatur, vt Mutia, Lælia, Cornelia, & aliæ primariæ matronæ: in quarum familijs insignes oratores extiterunt.

C. S V E T O -
 N I I T R A N Q V I L -
 L I , X I I . C A E -
 S A R E S .

D. I V L I V S C A E S A R .



ANNVM agens Cæsar XVI.
 patrem amisit: sequentibusque
 COSS. Flamen Dialis destina-
 tus, dimissa Cossutia, quæ fami-
 lia equestris, sed admodum di-
 ves Prætextato desponsata fuerat, Corneliam
 Cinna IIII. COS. filiam duxit uxorem: ex
 qua illi mox Iulia nata est: neque ut repudia-
 ret illam compelli à Dictatore Sylla vlllo modo
 potuit. Quare & sacerdotio, & vxoris dote, &
 gentilitijs hereditatibus multatus, diuersa-
 rum partium habebatur: ut etiam discedere è
 medio, & (quanquam morbo quartane aggra-
 uante) propè per singulas noctes commutare la-
 tebras cogeretur, seque ab inquisitoribus pe-
 cunia redimere: donec per virgines Væstales,
 perque Mamercurum Aemilium, & Aurelium
 Cottam propinquos & affines suos, veniam
 impetrauit. Satis constat Syllam (cùm depre-
 cantibus amicissimis, & ornatissimis viris ali-
 quandiu denegasset, atq; illi pertinaciter con-
 tenderent) expugnatum tandem proclamasse.

b 2

sue

siue diuinitus, siue aliqua coniectura vinceret, ac sibi haberent: dummodo scirent eum, quem incolumem tantopere cuperent, quoadq; optimum partibus (quas secum simul defendissent) exitio futurum. Nam Cæsari multos Marios inesse.

Prima Cæsaris militia. 2

Stipendia prima in Asia fecit, Marci Theremi Prætoris contubernio, à quo ad accersendam classem in Bithyniam missus, defecit apud Nicomedem, non sine rumore prostrata regi pudicitia: quem rumorem auxit intra paucos rursus dies, repetita Bithynia per causam exigende pecunie, quæ deberetur cuidam libertino clienti suo. Reliqua militia, secundiore fama fuit: & à Thermo in expugnatione Mitylenarum, corona civica donatus est.

Secunda eius militia, & ipsius ad urbem reditus. 3

Meruit & sub Servilio Isaurico in Cilicia, sed brevi tempore. Nam Syllæ morte comperta, simul spe nouæ dissensionis, quæ per M. Lepidum mouebatur, Romam properè rediit, & Lepidi quidem societate (quanquam magnis conditionibus inuitaretur) abstinuit: cum ingenio eius diffusus, tum occasione, quam minorem opinione offenderat.

Accusatio Dolabellæ. 4

Cæterum composita seditione civili, Cornelium Dolabellam cōsularem & triumphalem

phalem virum, repetundarum postulavit: absolutusq; Rhodum secedere statuit: & ad declinandam invidiam, & ut per otium ac quietem Apollonio Moloni clarissimo tunc dicendi magistro, operam daret. Huc dum hybernis iam mensibus traiecit, circa Pharmacusam insulam à prædonibus captus est: mansitq; apud eos non sine summa indignatione propè XL. dies cum vno medico, & cubicularijs duobus. Nam comites, seruosq; cæteros in initio statim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat. Numeratis deinde L. talentis expositus in littore non distulit, quin è vestigio classe deducta, persequeretur abeuntes: ac redactos in potestatem supplicio, quod illis sepe minatus inter iocum fuerat, afficeret. Vastante regiones proximas Mithridate, ne desidere in discrimine sociorum videretur, ab Rhodo, quò pertenderat, transit in Asiam: auxilijsq; contractis, & præfecto regis provincia expulso, nut anteis ac dubias civitates retinuit in fide.

Tribunatus militum eius, & alia
per eum gesta.

Tribunatu militum (qui primus Romanis reuerso per suffragia populi honor obtigit) autores restituenda tribunicia potestatis, cuius vim Sylla diminuerat, enixissime iuuit. Lucio etiam Cinna vxoris fratri, & qui cum eo civili discordia Lepidum secuti, post necem

COS. ad Sertorium confugerant: reditum in civitatem rogatione Plotia confecit, habuitq; & ipse super ea re concionem.

Quæstura eius, & alia gesta. 6

Qvestor Iuliam amitam, vxoremq; Corneliam defunctas laudavit è more pro Rostris: sed in amite quidè laudatione, de eius ac patris sui vtraque origine sic refert: Amita mea Iulia maternum genus ab regibus ortum, paternum cum dijs immortalibus coniunctum est. Nam ab Anco Martio sunt Martij reges, quo nomine fuit mater: à Venere Iulij, cuius gentis familia est nostra. Est ergo in genere & sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent, & ceremonia Deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges. In Cornelie autem locum Pompeiam duxit Q. Pompeij filiam, L. Syllæ neptem: cum qua deinde diuortium fecit, adulteratam opinatus à Publico Clodio: quem inter publicas ceremonias penetrasse ad eam muliebri veste tam constans fama erat, vt Senatus quæstionem de pollutis sacris decreuerit.

Gemitus Cæsaris apud statuam Magni Alexandri, eiusque somnium de matris concubitu. 7

Qvestori vltior Hispania obuēnit: vbi cum mandato P. R. iure dicundo conuentus circumiret, Gadeisq; venisset, animaduersa apud Herculis templum Magni Alexandri

xandri imagine, ingemuit: & quasi pertesus ignaviam suam, quòd nihil dum à se memorabile actum esset in etate, qua iam Alexander orbem terrarum subegisset, missionem continuo efflagitavit ad captandas quàm primùm maiorum rerum occasiones. In vrbe etiam confusum eum somnio proxima noctis (nam visus erat per quietem matri stuprum intulisse) coniectores ad amplissimam spem incitauerunt, arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes: quando mater, quam subiectam sibi vidisset, non alia esset, quàm terra, quæ omnium parens haberetur.

Gesta per eum in vrbe.

8

DEcedens ergo ante tempus, colonias Latinas de petenda ciuitate agitantes adiit: & ad audendum aliquid cõcitasset, nisi COS. S. conscriptas in Ciliciam legiones paulisper ob id ipsum retinuisset: nec eò secius maiora mox in vrbe molitus est.

Suspicio coniurationis eius cum

Crasso & Sylla.

9

SI quidem ante paucos dies quàm Aedilitatem iniret, venit in suspicionem conspirasse cum M. Crasso cõsulari, item Publio Sylla, & L. Antronio, post designationem consulatus, ambitus condènatis, vt principio anni Senatuum adorirentur, & trucidatis, quos placitum esset, Dictaturam Crassus invaderet, ipse ab eo ma-

b

4

gizt

giſter equitum diceretur, conſtitutáq; ad arbitrium Repub. Syllæ & Antronio cōſulatus reſtitueretur. Meminerunt huius coniurationis Tanuſius Geminus in hiſtoria, Marcus Bibulus in edictis, C. Curio pater in orationibus. De hac ſignificare videtur & Cicero in quadam ad Atticum epiſtola, referens Cæſarem in Conſulatu confirmáſſe regnum, de quo edilis cogitarat. Tanuſius adijcit Cráſſum poenitentia vel metu diem cædi deſtinatum non obijſſe, & idcirco ne Cæſarem quidem ſignum quod ab eo dari conuenerat, dediſſe. Conueniſſe autem Curio ait, vt togam de humero deijceret. Idem Curio, ſed & M. Actorius Naſo autores ſunt conſpiráſſe eum etiam cum Cn. Piſone adoleſcente: cui ob ſuſpicionem vrbane coniurationis prouincia Hiſpania vltro extra ordinem data ſit: pactúmq; vt ſimul foris ille, ipſe Romæ ad res nouas conſurgerent, per Lambranos & Tranſpadanos deſtitutum vtriuſq; conſilium morte Piſonis.

Aedilitas eius, & geſta in ea. 10

A Edilis, præter comitium ac forum, baſilicásque, etiam Capitolium ornauit porticibus ad tempus extructis: in quibus abundante rerum copia, pars apparatus exponeretur. Venationes autem ludósque & cum collega & ſeparatim edidit: quo factum eſt, vt communium quoq; impèſarum ſolus gratiam caperet.

Nec

Nec dissimularet collega eius M. Bibulus enu-
nisse sibi, quod Polluci. Ut enim geminis fratri-
bus aedes in foro cōstituta, tantum Castoris vo-
cicaretur, ita suā Caesarisq; munificētiam, vnius
Caesaris dici. Adiecit insuper Caesar etiā gla-
diatorum munus, sed aliquantò paucioribus,
quā destinauerat, paribus. Nam cum multi-
plici vndiq; familia cōparata, inimicos exter-
ruisset, cautum est de numero gladiatorum, quo
ne maiorem cuiquam habere Romae liceret.

Gesta per eum in vrbe.

II

Conciliato populi fauore, tentauit per par-
tem Tribunorum, vt sibi Aegyptus pro-
uincia plebiscito daretur, nactus extraordina-
riū Imperij occasionem, quod Alexandrini re-
gem suum, socium atq; amicum à Senatu ap-
pellatum expulerant, resque vulgò improbaba-
tur: nec obtinuit, aduersante optimatū factio-
ne: quorum auctoritatem, vt quibus posset modis
inuicem diminueret, trophæa C. Marij de Lu-
gurtha, deq; Cimbris atque Theutonibus, olim à
Sylla disiecta, restituit: atq; in exercenda de-
ficarijs quaestione, eos quoq; sicariorum numero
habuit, qui proscriptione obrelata ciuium Ro-
manorum capita, pecunias ex erario accepe-
rant, quanquam exceptos Cornelij legibus.

De eiusdem gestis.

12

Suaduit etiam, qui C. Rabirio perduel-
lionis diem diceret: quo praecipuo adiuto-

re, aliquot ante annos Lucij Saturnini seditiosum Tribunatum Senatus coërcuerat: ac sorte iudex in reum ductus, tam cupidè condemnauit, vt ad populum prouocanti nihil equè ac iudicis acerbitas profuerit.

Pontificatus eius maximus. 13

DEposita prouinciæ spe, Pontificatum maximum petijt, non sine profusissima largitione. In qua reputans magnitudinem æris alieni, cum manè ad comitia descenderet, prædixisse matri osculanti fertur, domum se nisi pontificem non reuersurum: atq; ita potentissimos duos competitors, multumq; etate ac dignitate antecedentes superauit, vt plura ipse in eorum tribubus suffragia, quàm vterque in omnibus, tulerit.

Prætura eius, & gesta alia. 14

PRator creatus, detecta coniuratione Catiline, Senatúq; vniuerso in socios facinoris vltimam statuente pœnam, solus municipatim diuidendos custodiendosque publicatis bonis censuit. Quin & tantum metum iniecit asperiora suadentibus, identidem ostentans, quanta eos in posterum à plebe Romana maueret inuidia, vt Decium Syllanum c o s. designatum non piguerit sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, velut grauius atque ipse sensisset exceptam: obtinissetq; , ad eò transductis ad se iam pluribus,

bus, & in his Ciceronis Consulis fratre, nisi labentem ordinem confirmasset M. Catonis oratio. Ac ne sic quidem impedire rem destitit, quoadusque manus equitum Romanorum, quae armata praesidiij causa circumstabat, immoderatus per seueranti necem comminata est: etiam strictos gladios vsq; eò intentans, vt sedentem vnà proximi deseruerint, vix pauci complexu togâq; obiecta protexerint. Tunc planè deterritus non modò cessit, sed etiam in reliquum anni tempus curia abstinuit.

Eius gesta in officio praeturae. 15

Primo Praetura die Q. Catulum de refectione Capitolij ad disquisitionem populi vocauit, rogatione promulgata, qua curationem eam in alium transferebat. Verùm impar optimatum conspirationi, quos relicto statim nouorum Consulum officio, frequentes obstinatosq; ad resistendum concurrisse cernebat, hanc quidem actionem deposuit.

Priuationo eius à praetura, & item restitutio. 16

Caeterùm Caecilio Metello Trib. Plebis turbulentissimas leges aduersus collegarum intercessionem ferenti, autorem propugnatorémque se pertinacissimè praestitit, donec ambo administratione Reip. decreto Patrum summouerentur. Ac nihilo minus permanere in magistratu, & ius dicere ausus, vt comperit paratos,

paratos, qui vi, ac per arma prohiberent, dimissis liētoribus, abiectāq; prætexta, domum clam refugit, pro conditione temporum quieturus. Multitudinem quoq; biduo post sponte, & vltro confluentem, operamq; sibi in asserenda dignitate tumultuosius pollicentem, compescuit. Quod cum præter opinionem euenisset, Senatus ob eundem cœtum festinatò coactus, gratias ei per primores viros egit: accitumq; in curiam, & amplissimis verbis collaudatum, in integrum restituit, inducto priore decreto.

Actio eius ob coniurationem Catilinæ.

17

Recidit rursus in discrimen aliud, inter socios Catilinæ nominatus, & apud Nouium Nigrum Quæstorem à Lucio Vectio indice, & in Senatu à Q. Curio, cui (quod primus consilia coniuratorum detexerat) constituta erant publicè præmia. Curius è Catilina se cognouisse dicebat. Vectius etiam chirographum eius Catilinæ datum pollicebatur. Id verò Cæsar nullo modo tolerandum existimans, eum implorato Ciceronis testimonio, quædam se de coniuratione vltro ad eum detulisse docuisset, ne Curio præmia darentur, effecit. Vectium pignoribus captis, & direpta supellectile male mulctatum, ac pro rostris in concione penè disceptum, coniecit in carcerem. Eòdem Nouium Quæstorem, quod compellari apud se maiorem pote

potestatem passus esset.

Ulterior Hispania ei sorte data
post præturam. 18

EX prætura vltiorē sortitus Hispaniam, retinentes creditores interuētū sponſorum remouit: ac neq; more, neq; iure, antequam prouincia ordinaretur profectus est. Incertum, mentūne iudicij, quod priuato parabatur, an quō maturius socijs implorantibus subueniret: pacatāq; prouincia, pari festinatione, non expectato successore, ad triumphum simul, Consulatumq; decessit. Sed cum editis iam comitijs ratio eius haberi non posset, nisi priuatus introisset urbem, & ambienti vt legibus solueretur, multi contradicerent, coactus est triumphum, ne Consulatu excluderetur, dimittere.

Consulatus eius cum Bibulo. 19

EDnobis Consulatus competitoribus, Lucio Luceio, Marcōq; Bibulo, Luceium, sibi adiunxit: pactus vt is, quoniam inferior gratia esset, pecuniāq; polleret, nummos de suo communi nomine per centurias pronuntiaret. Qua cognita re, optimates, quos metus ceperat, nihil non ausurum eum in summo magistratu concordis, & consentiente collega, autores Bibulo fuerunt tantundem pollicendi: ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitionem è Repub. fieri. Igitur cum Bibulo Consul creatus est. Eandem ob
causam

causam opera optimatibus data est, vt provin-
cia futuris COSS. minimi negotij, id est, sylua,
callésq; decernerentur. Qua maximè iniuria
instinctus omnibus officijs Cn. Pompeium asse-
ctatus est, offensum patribus, quòd Mithrida-
te rege victo, cunctantius confirmarentur acta
sua: Pompeioq; M. Crassum reconciliauit, vete-
rem inimicū ex Consulatu, quem summa discor-
dia simul gesserant: ac societatem cum vtroque
inijt, ne quid ageretur in Repub. quod displi-
cuisset vlli è tribus.

Gesta per eum in Consulatu. 20

In ito honore, primus omnium instituit, vt
tam Senatus quàm populi diurna acta con-
ficerentur & publicarentur. Antiquum etiam
retulit morem, vt quo mense fasces non haberet,
accensus ante eum iret, lictores ponè sequerentur.
Lege autem Agraria promulgata, obnuntiantem
collegam armis foro expulit. Ac postero die in
Senatu conquestum, nec quoquam reperto, qui
super tali consternatione referre, aut censere
aliquid auderet, qualia multa sepe in leuioribus
turbis decreta erant, in eam coëgit desperationem,
vt quoad potestate abiret, domo abditus nihil
aliud quàm per edicta obnuntiaret. Vnus ex eo
tempore omnia in Republica & ad arbitrium
administrait: vt nonnulli urbanorum, cum quid
per iocum testandi gratia signarent, non Cesare & Bibulo, sed Iulio & Cesare

Caesare COSS. actum scriberent, bis eundem
praepoñentes, nomine atq; cognomine: ut q; vul-
gò mox ferrentur hi versus:

Non Bibulo quicquã nuper, sed Caesare factũ est.

Nam Bibulo fieri Consule nil meminì.

Campum Stellatam maioribus consecratum,
agrũmque Campanum ad subsidia Republicae
vectigalem relictum, diuisit extra sortem, ac
viginti millibus ciuium, quibus terni pluresue
liberi essent. Publicanos remissionem petentes,
tertia mercedum parte releuauit: ac ne in loca-
tione nouorum vectigalium immoderatus lici-
tarentur, propalam monuit. Caetera item quae
cuique libuissent, delargitus est contradicente
nullo: ac, si conaretur quis, absterrito. M. Ca-
tonẽ interpellatẽ extrahi curia per lictorem,
duci que in carcerem iussit. Lucio Lucullo libe-
rius resistenti tantum calumniarum metũ in-
iecit, ut ad genua ultro sibi accideret. Cicerone
in iudicio quodam deplorante temporum sta-
tum, P. Claudium inimicũ eius frustra iamprẽ-
dem à patribus ad plebem transire nitentem,
eodem die horaq; nona traduxit. Postremò in
vniuersos diuersae factionis induclũ præmũs,
ut se de inferenda Pompeio nece sollicitatum à
quibusdã profiteretur, productusq; pro Rostri-
s autores ex cõpacto nominaret, sed vno atq; al-
tero frustra, nec sine suspitione fraudis nomina-
tis, desperans tam precipitis consilij euentum,
intere

intercepisse veneno indicem creditur.

Calpurniam ducit vxorem, & Iuliam
suam Pompeio tradit. 21

Sub idem tempus Calpurniam L. Pisonis fi-
liam, successuri sibi in Cōsulatu, duxit vxor-
rem, suamq; Iuliam Cn. Pompeio collocavit, re-
pudiato priore sponso Seruilio Cepione, cuius vel
præcipua opera paulo antè Bibulum impu-
gnauerat. Ac post nouam affinitatem, Pem-
peium primùm rogare sententiam cœpit, cum
Crassum soleret, essetq; consuetudo, vt quem or-
dinem interrogandi sententias C. S. Calend.
Ianuarijs instituisset, eū toto anno conseruaret.

De Imperio Galliarum, ei concessio
post Consulatum. 22

Socero igitur generoq; suffragantibus, ex
omni prouinciarum copia Gallias potissi-
mùm elegit, cuius emolumento & opportuni-
tate idonea sit materia triumphorum: & ini-
tio quidem Galliam Cisalpinam, Illyrico adie-
cto, lege Vatinia accepit: mox per Senatum Co-
matam quoque: veritis patribus, ne si ipsi ne-
gassent, populus & hanc daret. Quo gaudio
elatus non temperauit, quin paucos post dies
frequenti curia iactaret, inuitis & gementi-
bus aduersarijs adeptum se quæ concupisset: pro
inde ex eo insultaturum omnium capitibus: ac
negante quodam per contumeliam, facile hoc vl-
li faxinæ fore: responderit, quasi alludens, in

Assyr

*Assyria quoq; regnasse Semiramim, magnâq;
Asia partem Amazonas tenuisse quondam.*

Accusatio gestorum Consula-
tus eius.

23

Functus Consulatu, C. Memmio, Lucioq;
Domitio Praetoribus, de superioris anni a-
ctis referentibus, cognitionē Senatui detulit; nec
illo suscipiente, triduoq; per irritas altercationes
absumpto, in provinciam abijt: & statim Qua-
stor eius in praediciū aliquot criminibus arre-
ptus est. Mox & ipse à L. Antistio Tribuno
plebis postulatū, appellato demum collegio, obti-
nuit (cum Reipub. causa abisset) reus ne fieret.
Ad securitatē ergo posterī tēporis, in magno ne-
gotio habuit, obligare semper annuos magistra-
tus, & e competitoribus nō alios adiuvare, aut
ad honorem pati peruenire, quān qui sibi pepi-
gissent propugnatos absentiam suam: cuius
pacti non dubitavit à quibusdam insurādum,
atq; etiam syngrapham exigere.

De Domitio minante Caesari, & gestis:
per eum in Gallia.

24

Sed cum L. Domitius Consulatus candida-
tus palām minaretur eos. se effecturum,
quod Praetor nequisset, adempturumq; ei exer-
citus, Crassum Pompeiumq; in urbē provinciae
suae Lucam extractos, compulit, ut detrudendū
Domitij causa Consulatum alterum peterent:
perfecitq; utrunq; & ut in quinquennium sibi

C. Imper

Imperium prorogaretur. Qua fiducia ad legiones, quas à Rep. acceperat, alias publico: alias privato sumptu addidit: vnā etiam ex transalpinis conscriptam, vocabulo quoque Gallico (Alauda enim appellabatur) quam disciplina cultuq; Romano institutā & ornatam, postea vniuersam ciuitate donauit. Nec deinde vlla belli occasione, ne iniusti quidē, ac periculosi abstinuit. tā federatis quā infestis, ac feris gentibus vltro lacesitis: adeo vt Senatus quondam legatos ad explorandum statum Galliarū mittendos decreuerit, ac nonnulli dedendum eum hostibus censuerint. Sed prosperè decedentibus rebus & sepius & plurius quā quisquam vnquam dierum supplicationes impetrauit.

Alia gesta per eum in Gallia. 25

Gessit autem i. x. annis (quibus in Imperio fuit) hæc fere: Omnem Galliam, quæ à salta Pyreneo, Alpibusq; & monte Gebenna, fluminibus Rheno & Rhodano continetur, patetq; circumita ad his & tricenis centum millia passuum, præter socias ac bene meritas ciuitates, in prouinciæ formam redegit, eiq; in singulos annos stipendiū nomen imposuit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggressus maximis affecit cladibus. Aggressus & Britannos ignotos antea, superatisq; pecunias & obsides imperauit. Per tot successus ter, nec amplius, aduersum ca-

sum expertus: in Britannia classe vi tempesta-
tis propè absumpta: & in Gallia, ad Gergoniã
legione fusa: & in Germanorum finibus, Titu-
rio & Arunculeio legatis per insidias casis.

Mors matris, filia, & neptis eius, & alia
gesta per eum. 26

Eodem temporis spatio matrem primò, dein
de filiam, nec multò post neptē amisit. In-
terimq; consternata P. Clodij cæde Republica,
cùm Senatus vnum COS. nominatimq; Cn.
Pompeium fieri censuisset, egit cum Tribunis ple-
bis collegam se Pompeio destinantibus, id potius
ad populum ferrent, ut absenti sibi, & quãdo-
cunq; Imperij tempus expleri cepisset, petitio se-
cundi Consulatus daretur: ne ea causa matu-
rius, & imperfecto adhuc bello decederet. Quod
ut adeptus est, altiora iam meditãs, & spei ple-
nus, nullum largitionis, aut officiorum in quæ-
quam genus publicè, priuatimq; omisit. Forum
de manubijs inchoavit: cuius area super H. s.
millies constitit. Ut unus populo, epulumq; pronis-
tiauit in filia memoria, quod ante eum nemo se-
cit. Quorũ ut quãmaxima expectatio esset,
ea quæ ad epulum pertinerent, quãuis macella-
rijs oblocata, etiam domesticatim apparabat.
Gladiatores notos, sicubi infestis spectatoribus
dimicarent, vi rapiendos, reservandosq; manda-
bat. Tyrones neq; in ludo, neque per lanistas,
sed in domibus persequites Romanos, ac etiam

per senatores armorum peritos erudiebat, precibus enitens (quod epistolis eius ostenditur) ut disciplinam singulorum susciperent, ipsiq; dictata exercentibus darent. Legionibus stipendium in perpetuum duplicavit. Frumentum, quoties copia esset, etiam sine modo, mensuraq; praeiuit, ac singula interdum in incipia, & praedia viritim dedit.

Affinitas eius cum Pompeio reuocata, & alia gesta.

27

AD retinendam autem Pompeij necessitudinem, ac voluntatem, Octavia sororis suae neptem, quae C. Marcello nupta erat, conditione ei detulit: sibiq; filiam eius in matrimonium petiit, Fausto Sylle destinatam. Omnibus vero, circa eum, atq; etiam parte magna Senatus, gratuito, aut leui scenore obstrictis, ex reliquo quoque ordinum genere, vel inuitatos, vel sponte ad se commeantes uberrimo congiario prosequebatur: liberos insuper, seruosq; cuiusq; prout domino patrono ve gratius quis esset: Tum reorum aut oblatorum, aut prodigae inuentus subsidium vnicum, ac promptissimum erat: nisi quos grauior criminum, vel inopia, luxuria ve visurgeret, quam ut subueniri posset a se. His plane palam bello civili opus esse dicebat.

Amicitia regum & prouinciarum alle-

cta per eum, cum decreto Senatus

contra eum facto.

28:

Nec:

NEc minore studio reges atque prouincias per terrarum orbem alliciebat, alijs captiuorum millia dono offerens, alijs citra Senatus Populiq; autoritatem quò uellent, & quoties uellent, auxilia submittens: superq; Italiae Gallicarumq; & Hispaniarũ, Asiae quoq; & Graeciae potentissimas vrbes præcipuis operibus exornans: donec attonitis iam omnibus, & quorsum illa tenderet reputantibus, M. Claudius Marcellus C. O. S. edicto præfatus de summa se Rep. acturum, retulit ad Senatum, ut ei succederetur ante uerbum: quoniã bello confecto pax esset, ac dimitti deberet victor exercitus: & ne absentis ratio comitijs haberetur, quando nec plebis cito Pompeius postea abrogasset. Acciderat autem, ut is legem de iure magistratuum ferens, eo capite quo à petitione honorum absentes submouebat, ne Casarem quidem exciperet per obligationem: ac mox lege iam in aes incisa, & in ararium condita, corrigeret errorem. Nec contentus Marcellus prouincias Casari & privilegium eripere, retulit etiam ut colonis, quos rogatione Vatinia Nouumcomum deduxisset, ciuitas adimeretur, quòd per ambitionem, & ultra præscriptum data esset.

Prouisio Cæsaris contra decretum Senatus.

29

Commutus his Casar, ac indicans (quod sepe ex eo auditum ferunt) difficilius se

principem civitatis à primo ordine in secundum, quam ex secundo in novissimum detrudi, summa ope restitit, partim per intercessores Tribunos, partim per Servium Sulpitium alterum Consullem. In sequenti quoque anno, C. Marcello, qui fratri patrueli suo Marco in consulatu successerat, eadem tentante, collegam eius Aemilium Paulum, Caiumque Curionem violentissimum Tribunorum ingenti mercede defensores paravit. Sed cum obstinatius omnia agi videret, & designatos etiam eos se à parte diversa, Senatus literis deprecatus est, ne sibi beneficium populi adimeretur: aut ut ceteri quoque Imperatores ab exercitiibus discederent, confisus (et putant) facilius se simul atque libuisset, veteranos convocaturum quam Pompeium novos milites. Cum adversarius autem pepigit, ut dimissis octo legionibus, transalpinaque Gallia, duae sibi legiones, & cisalpina provincia, vel etiam una legio cum Illyrico concederetur, quoad eos ferret.

Causae civitum bellorum Caesaris. 30

Verum neque Senatu interveniente, & adversarius negatibus ullam se de Rep. facturum actionem, transiit in citeriorem Galliam: conventibusque peractis Ravenna substitit, bello vindicaturus, si quid de Tribunis plebis intercedentibus pro se, gravius à Senatu constitutum esset. Haec praetextum quidem illi civilium armorum hoc fuit. Causis autem alias fuisse opinatur.

tur.

tur. Cn. Pompeius ita dictitabat, quod neq; ope
 ra consummare quae instituerat, neq; populi expe-
 ctationem, quam de adventu suo fecerat. priua-
 tis opibus explera posset, turbare omnia ac permi-
 scere voluisse. Alij timuisse dicunt, ne eorum,
 quae primo consulatu aduersus auspicia, legesq;
 & intercessionem gessisset, rationem reddere cog-
 retur: cum M. Cato identidem, nec sine iurau-
 rando denuntiaret, delaturum se nomen eius,
 simul ac primum exercitum dimisisset: cumq;
 vulgo fore praedicarent, vt si priuatus redisset,
 Milonis exemplo circumpositis armatis causam
 apud iudices diceret. Quod probabilius facit
 Asinius Pollio, Pharsulica acie casus, prostrata
 tosq; aduersarios prospicientem, haec eum ad ver-
 bum dixisse referens: Haec voluerunt tantis re-
 bus gestis, C. Caesar condemnatus essem, nisi ab
 exercitu auxilium petissem. Quidam putant
 captum Imperij consuetudine, pensitatusq; suis
 & inimicorum viribus, vsu occasione rapien-
 da dominationis, quam et. ate prima concupis-
 set. Quod existimasse videbatur & Cicero scri-
 bens de Officijs tertio libro, semper Caesarem vo-
 ore habuisse eos in Phoenis.

Εἰς τὴν γὰρ ἀδικίαν ἦν, τὴν αὐτῶν πῆρ
 κάλλιστον ἀδικίαν. Ἰάλλα δ' ἐνοσβῆν ἤγεον.

Euripidis versus, quos sic ipse conuertit,

Nam si violandum est ius Imperij gratia
 Violandum est: alijs rebus pietatem colas.

Progressus eius à Rauenna in
Rubiconem.

31

Cum ergo sublatam tribunorum intercessio-
nem, ipsosq; vrbe cecidisse nuntiatum est, præ-
missis confestim clam cohortibus, ne qua suspi-
cio moueretur, & spectaculo publico per dissi-
mulationem interfuit, & formam, qua ludum
gladiatorium erat edificaturus, cõsiderauit, &
ex consuetudine cõuicise frequẽti dedit. Dein
post solis occasum, mulis è proximo pistrino ad
vehiculum iunctis, occultissimum iter modico
comitatu ingressus est: & cum luminibus ex-
tinctis decessisset via, diu errabundus, tandem
ad lucem duce reperto, per angustissimos trami-
tes pedibus euasit: consecutusq; cohortes ad Ru-
biconem flumen, qui provincie eius finis erat,
paulum constitit: ac reputans quantum molire-
tur, conuersus ad proximos, Etiam nunc (in-
quit) regredi possumus: quòd si ponticulus trans-
ierimus, omnia armis agenda erunt.

Ostentum factum apud Rubiconem.

Cæsari dubitanti.

32

Cum lanti ostentum tale factum est: Qui
dã eximia magnitudine & forma, in pro-
ximo sedens repente apparuit arundine canens:
ad quem audiendum, cum præter pastores, pluri-
mi etiam ex stationibus milites concurrissent,
interq; eos & aeneatores, rapta ab vno tuba pro-
filuit ad flumen: & ingenti spiritu classicum
exorsus

exorsus pertendit ad alteram ripam. Tunc Caesar, Fatur (inquit) quò Deorū ostenta, & inimicorū iniquitas vocat: lacta est alea, inquit.

Transitus Rubiconis, & eius concio. 33

A Tque ita traiecto exercitu, adhibitis Tribunis ple. qui pulsī superuenerant pro concione fidem militum flens, ac vēste à pectore discissa, inuocauit. Existimatur etiam equestres census pollicitus singulis, quod accidit opinione falsa. Nam cum in alloquēdo exhortandoq; sapius digitum leuæ manus ostentans, adfirmaret se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam def. nsurus esset, anulum quoq; æquo animo detracturum sibi: extrema concio, cui facilius erat videre concionantem, quàm audivere, pro dicto accepit, quod visu suspicabatur, promissumq; ius anulorū cum millibus cccc. fama distulit.

Aduentus eius in urbem, &

alia gesta.

34

O Rdo & summa rerum, quas deinceps gessit, sic se habent: Picenum, Umbriam, Hetruriam occupauit: & L. Demitio, qui per tumultum successor ei nominatus: Corfinium presidio tenebat, in deditionem redacto atq; dimisso, secundum superum mare Brundisium tendit, quò COS S. Pompeiusq; confugerant, quamprimū transfretaturi: hos frustra per omnes moras exitu prohibere conatus, Romanam

iter conuertit: appellatisq; de Repub. patribus, validissimas Pompeij copias, quae sub tribus legatis M. Petreio, & L. Afranio, & M. Varro in Hispania erant, inuasit. professus antè inter suos, ire se ad exercitum sine duce, & inde reuersurum ad duces sine exercitu. Et quamquam obsidione Masiliæ, quæ sibi in itinere portas clauserat, summaq; frumentaria rei penuria retardante, breui tamen omnia subegit.

Victoria eius contra Pompeium, Prolemaum, & quosdam alios. 35

Hinc vrbe repetita, in Macedonia transgressus, Pompeiũ per quatuor penè menses maximis obsessum operibus, ad extremũ Pharsalico prælio fudit: & fugientem Alexandriam persecutus, vt occisum deprehendit, cum Ptolemaeo rege, à quo sibi quoq; insidias tendi videbat, bellum sanè difficillimum gessit: neq; loco, neq; tẽpore æquo, sed hyeme anni, & intra menia copiosissimi ac solertissimi hostis, inops ipse rerum omnium, atq; imparatus. Regnum Aegypti victor, Cleopatræ, fratriq; eius minori permisit: veritus provinciam facere, ne quandoque violentiorem præsidem uacta, nouarum rerum materia esset. Ab Alexandria in Syria, & inde Pontum transiit, vrgentibus de Pharnace nuncijs: quem Mithridatis Magni filium, ac tunc occa sione temporum bellantem, iamq; multiplici successu præferocem intra quintum (quam adfue

adfuerat) diem, quatuor, quibus in conspectum venit. horis, vna profugavit acie, crebro commemorans Pompeij felicitatem, cui praecipua militiae laus de tam imbelli genere hostium contigisset. Dehinc Scipionem ac Iubam reliquias partium in Africa refouenteis devicit, Pompeij liberos in Hispania.

Eius & legatorum suorum clades. 36

Omnibus civilibus bellis nullam cladem, nisi per legatos suos passus est, quorum C. Curio in Africa perijt, C. Antonius in Illyrico in aduersariorum devenit potestatem: P. Dolabella classem in eodem Illyrico, Cn. Domitius Calvinus in Ponto exercitum amiserunt. Ipse prosperrime semper, ac ne ancipiti quidem vnquam fortuna, praeterquam bis dimicavit: smel ad Dyrrhachium, vbi pulsus, non instante Pompeio, negavit cum vincere scire: iterum in Hispania ultimo praelio, cum desperatis rebus etiam de consciscenda nece cogitavit.

Triumphus Caesaris.

37

Confectis bellis, quinque triumphavit, post devictum Scipionem quater eodem mense, sed interiectis diebus, & rursus semel post superatos Pompeij liberos Primum & excellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, novissimum Hispaniensem, diverso quaque apparatu & instrum

strumento. Gallici triumphi die velabrum præteruehens; penè curru excussus est, axe defracto. Ascenditq; Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus. Pontico triumpho inter pompa feracula trium verborum prætulit titulum, Veni, Vidi, Vici, non acta belli significantem, sicut cæteri, sed celeriter confecti notam.

De præmiis veteranis, & liberalitate populo per eum exhibitis. 38

Veteranis legionibus prædæ nomine in pedites singulos super bina H. s. (quæ initio civilis tumultus numerauerat) in equites viciua quaterna millia nummum dedit. Assignauit & agros, sed non continuos, ne quis possessorum expelleretur. Populo præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, tricenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viritim diuisit: & hoc amplius, cætenos pro mora: Annuam etiam habitationem Romæ vsq; ad bina millia nummum in Italia non ultra quinque sesterios remisit. Adiecit epulum ac viscerationem, & post Hispaniensem victoriam duo præntia. Nam cum prius parçè, neq; pro liberalitate sua præbitum iudicaret, quinto post die aliud largissimum præbuit.

Varia spectacula per eum edita. 39

Edidit spectacula varij generis: munus gladiatorum: ludos etiam regionatim vrbe

tota, & quidem per omnium linguarum his-
triones. Item Circenses, athletas, nau machiam.
Munere in foro depugnauit: Furius, Leptinus
stirpe pratoria, & A. Calpurnius Senator quon-
dam, actorque causarum: Pyrrhicam saltau-
runt. Asia Bithyniaeq; principum liberi. Lu-
dis Decimus Laberius, eques Romanus mi-
mum suum egit: donatusque est quingentis se-
stertijs, & anulo aureo. Sessum in XIII. sce-
na per sulum orchestram transijt. Circensibus,
spatio circi ab utraque parte producta, & in-
gyrum euriपा addito, quadrigas, bigasque, &
equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuue-
nes. Troiam ludit turma duplex, maiorum, mi-
norumque puerorum. Venationes edite per dies
quinque: ac nouissimè pugna diuisa in duas
acies, quingenis peditibus, elephantis vicens,
tricens equitibus hinc & inde commissis. Nam
quò laxius dimicaretur, sublata meta, inque
earum locum bina castra ex aduerso constitu-
ta erant. Athlete, stadio ad tempus extru-
cto, in regione Martij, campi certauerunt per
triduum. Nauali pralio in morem cochleae de-
fosso lacu, biremes, ac triremes, quadriremesque,
Tyriae, & Aegyptiae classes, magno pugna-
torum numero conflixerunt. Ad quae omnia spe-
ctacula tantum undique confluxit hominum,
ut plerique aduena aut inter vicos, aut inter
vias tabernaculis positus manerent: ac saepe pra-
turba.

turba elisi, exanimatiq; sint plurimi, & in his duo Senatores.

Ordinatio annū, & fastorum die-
rum per eum facta. 40

Conuersus hinc ad ordinandum Reip. sta-
tum fastos correxit, iam pridem vitio Pon-
tificum per intercalandi licentiam adeò turba-
tos, vt neque messium feria æstate, neque vin-
demiarum autumno competere. Annumq; ad
cursum Solis accommodauit, vt CCC LXV. die-
rum esset: & intercalario mense sublato, vnus
dies quarto quoq; anno intercalaretur. Quò au-
tem magis in posterum è Calendis Ianuarijs no-
bis temporum ratio cõgrueret, inter nouembrem,
ac Decẽbrem mensẽ, interiecit duos alios: fuit q;
is annus, quo hæc constituebatur, xv. mensium,
cum intercalario, qui ex consuetudine in eum
annum inciderat.

Senatus ac officiorum supplemen-
tum & ordinatio. 41

Senatum suppleuit, patritios allegit: Præto-
rum, Aedilium, Quæstorum, minorum
etiam magistratuum numerum ampliavit: nu-
datos opere censorio, aut sententia Iudicium de
ambitu condemnatos restituit. Comitia cum pò-
pulo partitus est, vt exceptis Consulatus compe-
titoribus, de cætero numero candidatorum, pro
parte dimidia, quos populus vellet, pronuntia-
rentur: pro parte altera, quos ipse dedisset. Et
cedebat

edebat per libellos circum tribus missos scriptura breui: Caesar dictator illi tribui: Commendo vobis illum, & illum, vt vestro suffragio suam dignitatem teneant. Admisit ad honores & proscriptorum liberos. Iudicia ad duo genera iudicum redegit, equestris ordinis ac Senatorij. Tribunos ararios, quod erat tertium, sustulit. Recensum populi, nec more, nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit: atque ex viginti trecentisq; millibus accipientium frumentum è publico, ad centum quinquaginta retraxit. Ac ne qui novi cœtus recensiois causa moveri quandoque possent, instituit, quotannis in demortuorum locum ex his, qui recensiti non essent, subsortitio à Praetore fieret.

Sanctiones per eum editæ.

42

Octoginta autem civium millibus in transmarinas colonias distributis, vt exhaustæ quoque vrbis frequentia suppeteret, sanxit. Ne quis civis maior annis viginti, minorve decem, qui sacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abesset: ne quis Senatoris filius, nisi contubernalis, aut comes magistratus, peregre proficisceretur: neve hi qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingensuorum inter pastores haberent. Omnesq; medicinam Romæ professos, & liberalium artium doctores, quò libentius & ipsi urbem incolerent, & ceteri appeterent, civitate dona-

uit. De pecunijs mutuis, dissecta nouarum tabularum expectatione, quæ crebrò mouebatur, decreuit tandem, vt debitores creditoribus satisfacerent, per æstimationem possessionum, quæ antiquasq; ante civile bellum comparassent, deducta summa æris alieni, si quid vsuræ nomine numeratum, aut perscriptum fuisset: quæ conditioque quarta pars ferè crediti deperibat. Cuncta collegia, præter antiquitus constituta, detraxit. Pœnas facinorum auxit: & cum locupletes cõfacilius scelere se obligarent, quòd integris patrimonijs exulabãt, parricidas (vt Cicero scribit) bonis omnibus, reliquos dimidia parte mulctauit.

Labor eius in iure dicendo, & leges per eum editæ.

43

Ivs laboriosissimè, ac seuerissimè dixit: Repe-
tundarum conuictos etiam ordine Senatorio
monit. Diremit nuptias Præterij viri, qui di-
gressam à marito post biduum statim duxerat,
quamuis sine probri suspitione. Peregrinarum
mercium portoria instituit. Leclicarum vsus,
item conchyliata vestis, & margaritarum, nisi
certis personis & etatibus, perque certos dies,
ademit. Legem præcipue sumptuariam exer-
cuit: dispositis circa macellum custodibus, qui
obscena contra vetitum retinerent, deportarentq;
ad s. submissis nonnunquam licitoribus atque
militibus, qui si quæ custodes fessillissent, iam
apposita, è triclinio auferrent.

Fest

Festinatio eius in ornanda vrbe, &
Imperio ampliando. 44

NAm de ornanda instruendaq; vrbe, item de tuendo ampliandoq; Imperio plura ac maiora in dies destinabat. In primis Martis templum, quantum nusquam esset extruere, repleto, & complanato lacu, in quo naumachiae spectaculum ediderat, theatrumq; summae magnitudinis Tarpeio monti accubans. Ius civile ad certum modum redigere, atque ex immensa, diffusaq; legum copia, optima quaeq; & necessaria in paucissimos conferre libros. Bibliothecas Graecas & Latinas, quas maximas posset, publicare, data M. Varroni cura comparandarum ac digerendarum. Siccare Pontinas paludes: emittere Fucinum lacum: viam munire, à mari supero per Apennini dorsum ad Tyberim vsque, persodere Isthmum: Dacos, qui se in Pontum & Thraciam effuderant, coercere: mox Parthis inferre bellum per Armeniam minorem, nec nisi antè expertos aggredi prelio. Talia agentem, atque meditantem mors prauehit: de qua prius quam dicam, ea quae ad formam & habitum, & cultum & mores, nec minus quae ad ciuilia & bellica eius studia pertineant, non alienum erit summatim exponere.

Statura & cultus corporis eius. 45

Fuisset aditur excelsa statura, colore candido, teretibus membris, ore paulò pleniore
d nigris,

nigris, vegetisq; oculis, valetudine prospera: nisi quod tempore extremo repente animo linqvi, atque etiam per somnium exterreri solebat. Comitiali quoque morbo bis inter res gerendas correptus est. Circa corporis curam morosior, vt non solum toderetur diligēter, ac raderetur, sed velleretur etiā: vt quidam exprobrauerunt. Caluicij verò deformitatem iniquissimè ferre, obtrectatorum saepe iocis obnoxiam expertus: idcoque & deficientem capillum reuocare à vertice assueuerat: & ex omnibus decretis sibi à Senatu, populoque honoribus, non aliud aut recepit, aut usurpauit libētius, quàm ius laureæ coronæ perpetuò gestandæ. Etiam cultu notabilem ferunt. Usus enim lata clauo ad manus fimbriato, nec vt vnquam aliter quàm super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura: vnde emanasse Sylla dictum constat, optimates sepius admoventis, vt male precipitum puerum cauerent.

Habitatio eius, & structura villarum eius.

46

Habitauit primò in Suburra modicis edibus: post autem Pontificatum maximum in sacra via domo publica. Munditiarum, lautitiarumq; studiosissimum multi prodiderunt. Villam in Nemorensi à fundamentis inchoatam, magnoque sumptu absolutam, quia non tota ad animum ei responderat, totam diruisse, quāquam tenuem adhuc & oberatum: in

expe

expeditionibus tessellata & scētilia pauimenta
circuntulisse.

Cupiditas eius circa gemmas, mar-
garitas, & signa operis antiqui. 47

Britanniam petisse spe margaritarū, qua-
rum amplitudinem conferentem, interdum
sua manu exegisse pondus. Gemmas, storum ata,
signa, tabulas operis antiqui semper animosissi-
mē comparasse: seruitia recentiora politiora que
immenso pretio, & cuius ipsum etiam puderet,
sic vt rationibus vetaret inferri.

De conuiuuiis, & domestica disci-
plina suorum. 48

Conuiuatum assidue per prouincias duobus
trielinjs: vno quo sagati palliati ve, alte-
ro quo togati cum illustrioribus prouinciarum
discumberent. Domesticam disciplinā in paruis
ac maioribus rebus diligenter adco. seuer q̄ re-
xit, vt pistorem, alium quā sibi panē conuiuuiis
subiicientem, cōpedibus vinxerit: libertum gra-
tissimum, ob adulteratā cquitis Romani vxorē
(quāuis nullo querente) capiti ali panā affecerit.

Pudicitia eius prostrata apud Nico-
medem regem. 49

Pudicitia eius famam, nihil quidem prater
Nicomedis contubernium la sit, graui tamē
& perenni opprobrio, & ad omniū conuicia ex-
posito. Omitto Calui Lucius, notissimos versu:

Bithynia quicquid dicitur & predicator Caesaris
d 2 Inqua

Unquam habuit.

Prætereo actiones Dolabella, & Curionis patris: in quibus eum Dolabella pellicem reginæ, spondam interiorem reginæ lecticæ, ac Curio stabulum Nicomedis, & Bithynicum fornicem dicunt. Missa etiam facio edicta Bibuli, quibus proscripsit collegam suum, Bithynicam reginam, eiq; regem antea fuisse cordi, nunc esse regnum. Quo tempore, ut M. Brutus refert, Octavius etiam quidam, valetudine mentis liberius dicax, conuentu maximo cum Pompeium regem appellasset, ipsum reginam salutauit. Sed C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicomedi stetitisse obiecit cum reliquis exoletis pleno conuiuium accubantibus nonnullis vrbicis negotiatoribus, quorum refert nomina. Cicero verò non contentus in quibusdam epistolis scripsisse, à satellitibus eum in cubiculum regium eductum, in aureo lecto, veste purpurea decubuisse, floremq; ætatis à Venere orti, in Bithynia contaminatum. Quondam etiam in Senatu defendenti enixè causam filie Nicomedis, beneficiaq; regis in se commemoranti, Remoue (inquit) isthæc oro: quando notum est, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis. Gallico deniq; triumpho milites eius inter cætera carmina, qualia currum prosequentes, ioculariter canunt, etiam vulgatissimum illud pronuntiauerunt,

Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.

Eccc

Ecce Caesar nunc triumphat q̄ subegit Gallias:
Nicomedis non triumphat, qui subegit Caesare.

Luxuria & libido eiusdem. 50

Ponum & sumptuosum in libidines fuisse
 constans opinio est. plurimasq; & illustres
 feminas corrupisse, in quibus Posthumiã Ser-
 uij Sulpitij, Lolliam Auli Gabinij, Tertullam
 M. Crassi, etiam Cn. Pompeij Mutiam. Nam
 certè Pompeio, & à Curionibus patre & filio,
 & à multis exprobratum est, quòd cuius causa
 post tres liberos exegisset uxorem. & quem ge-
 mens Aegyptium appellare cõsueisset, eius postea
 filiam potentie cupiditate in matrimonium re-
 cepisset. Sed ante alias dilexit M. Bruti matrẽ
 Seruiliam: cui & proximo suo Consulatu sexa-
 gies H. s. margaritam mercatus est: & bello ci-
 uili super alias donationes amplissima pradia
 ex auctionibus hasta minimo addixit. Cũ
 quidem plerisq; utilitatem miratibus, facetissi-
 mè Cicero, Quò melius (inquit) emptum sciatis,
 Tertia deducta est: existimabatur enim Serui-
 lia etiam filiam suam Tertiã Casari conciliare.

Luxuria eius in prouinciales
 matronas. 51

NE prouincialibus quidẽ matrimonijs ab-
 stinuisse, vel hoc disticho apparet iactato
 a quẽ à militibus per Gallicum triumphum,
 Urbani seruate uxores, mœchum caluum
 adducimus.

Auro in Gallia stuprum emisti: hęc sumpsisti matrum.

Luxuria eius in varias reginas. 52

Dillexit & reginas, inter quas Eunoën & auram Bogudis uxorem: cui, marito oq; eius plurima & immensa tribuit, ut Vasa scripsit: sed maximè Cleopatram: cum qua & conuiuia in primam lucem sepe protraxit, & eadem naue Thalamego penè Aethiopia tenus Aegyptum penetravit, nisi exercitus sequi recusasset. Quam denique accitam in urbem, non nisi maximis honoribus, præmijsq; auctam remisit, filiumq; natum appellare nomine suo passus est. Quem quidē nonnulli Græcorū similem quoque Caesaris & forma, & incessu tradiderunt. Id. Antonius agnitum etiam ab eo, Senatui affirmavit: que scire C. Idartiu, & C. Oppium reliquosq; Caesaris amicos: quorum C. Oppius, quasi planè defensione, ac patrocinio res egeret, librum edidit, non esse Caesaris filiū, quem Cleopatra dicat. Helius Cinna Trib. Pleb. plerisque confessus est, habuisse se scriptam, paratamq; legem, quam Caesar ferre iussisset, cum ipse abisset, uti uxores liberorum querendorum causa: quas, & quot ducere vellent, liceret. Ac ne cui dubium omnino sit, & impudicitia eum, & adulteriorum flagrasse infamia, Curio pater quadam eum oratione, omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem appellat.

Pars 6

Parfimoniam eius in cibo & potu. 53

Vini parcissimum, ne inimici quidem negauerunt. Verbum M. Catonis est: Vnum ex omnibus Caesarem, ad evertendam Rempublicam sobrius accessisse. Nam circa vitium C. Oppius ad id indifferentem docet, ut quondam ab hospite conditum roscum, pro viridi appositum, aspernantibus ceteris, solum etiam largius dicat appetisse, ne hospitium aut negligentiam, aut rusticitatis videretur arguere.

Rapacitas eius.

Absinentiam neque in imperijs, neque in magistratibus praestitit. Ut enim quidam monumentis suis testati sunt, in Hispania à Proconsule, & à socijs pecunias accepit emendicatas in auxilium aeris alieni: & Lusitanorum quaedam oppida, quaequam nec imperata detrectarent, & aduenienti portas patefacerent, diripuit hostiliter. In Gallia fana templaque Deorum donis refert, & expilauit: vrbes diruit, saepius ob praedam, quam ob delictum: unde factum, ut auro abudaret, tenuisq; millibus nummum in libras promerciale, per Italiam provinciasq; diuenderet. In primo Consulatu tria milia pondo auri furatus è Capitolio, tantundem in aurati aeris reposuit. Societates, ac regna pretio dedit: ut qui vni Ptolemaeo propè sex millia talentorum suo Pompeijq; nomine abstulerit. Postea vero euidentissimis rapinis ac facti-

legijs, & onera bellorum ciuiliū, & triumphorum, ac munerum sustinuit impendia.

Eloquentia, & ars oratoria eiusdem. 55

Eloquentia militari, qua re aut equauit præstantissimorum gloriam, aut excessit, post accusationem Dolabellæ, haud dubiè principibus patronis annumeratus est. Certè Cicero ad Brutum oratores enumerans, negat se videre cui Caesar debeat cedere: aitq; eum elegantem, splendidam quoque, ac etiam magnificam, ac generesam quodam modo rationem dicendi tenere. & ad Cornelium Nepotem de eodem ita scripsit: Quid? oratorum quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? Quis sententijs aut acutior, aut crebrior? Quis verbis aut ornatiore, aut elegantiore? Genus eloquentiæ duntaxat adolescens adhuc Strabonis Caesaris secutus videtur: cuius etiam ex oratione, qua inscribitur pro Sardis, ad verbum nonnulla transtulit in diuinationem suam. Pronuntiasse autem dicitur voce acuta, ardenti motu, gestuq; non sine venustate. Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quaedam feruntur, pro Q. Metello, quam non immeritò Augustus existimat magis ab actuarijs exceptam, male subsequentibus verba dicentis, quàm ab ipso editam. Nam in quibuslibet exemplaribus inuenio, ne inscriptam quidem pro Metello, sed quam scripsit Metello, cum ex persona Caesaris sermo sit, Metellum

tellum, seque aduersus communium obrectatorum criminationes purgantis. Apud milites quoque in Hispania, idem Augustus orationem esse vix ipsius putat, quae tamen duplex fertur: una quasi priore habita praelior: altera posteriore, quo Asinius Pollio ne tempus quidem concionandi habuisse enim dicit, subita hostium incursione.

Libri, commentaria & epistolae

per eum editae.

56

Reliquit & rerum suarum commentarios, Gallici, ciuilique belli Pompeiani. Nam Alexandrini, Africique, & Hispaniensis, incertus autor est. Alij enim Oppium putant, alij Hircium: qui etiam Galli belli nouissimum, imperfectumque librum suppleuerit. De commentarijs Caesaris Cicero in eodem libro, sic refert: Commentarios scripsit valde quidem probandos: nudi sunt, recti & venusti, omni ornatu orationis, tanquam veste detracta: sed dum voluit alios habere, paratam unde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui illa volunt calamistris inurere, sanos quidem homines a scribendo deterruit. De eisdem commentarijs Hircius ita praedicat: Adeo probantur omnium iudicio, ut praerepta, non praebita facultas scriptoribus videatur. Cuius tamen rei maior nostra quam reliquorum est admiratio. Cateri enim quam bene atque emendate, nos etiam quam facile atque

celeriter eos perscripserit, scimus. Pollio Asi-
 nius parum diligenter, parumq; integra veri-
 tate compositos putat: cum Caesar pleraque &
 quae per alios erant gesta, temere crediderit, &
 quae per se vel consulto, vel etiam memoria la-
 psus, perperam ediderit. Existimâque rescri-
 pturum, & correcturum fuisse. Reliqui & de
 Analogia libros duos, & Anticatores totidem,
 ac praeterea poemata, quod inscribitur Iter. Quo-
 rum librorum primos in transitu Alpium, cum
 ex citeriore Gallia conuentibus peractis, ad
 exercitum rediret, sequentes sub tempus Mun-
 densis praelij fecit: nouissimum dum ab urbe
 in Hispaniam vltiorem IIII. & XX. die
 peruenit. Epistole quoque eius ad Senatum exi-
 tant, quas primùm videtur ad paginas & for-
 mam memorialis libelli conuertisse, cum an-
 tea COSS. & duces non nisi transversa char-
 ta scriptas mitterent. Extant & ad Cicero-
 nem: item ad familiares domesticis de rebus: in
 quibus si qua occultius perferenda erant, per-
 notas scripsit, id est, sic structo literarum or-
 dine, vt nullum verbum effici posset: quae si quis
 inuestigare & persequi vellet, quartam ele-
 mentorum literam, id est, d, pro a, & perinde
 reliquas commutet. Feruntur & à puero, &
 ab adolescentulo quaedam scripta: vt laudes
 Herculis, tragoedia Oedipi: item dicta collecta-
 nea: quos omnes libellos retuit Augustus pu-
 blicari

blicari in epistola, quam breuem admodum, ac simplicem ad Pompeium Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegauerat, misit.

Pueritia & labor eius in armis. 57

Armorum & equitandi peritissimus, laboris ultra fidem patiens erat: in agmine nonnunquam equo, sepius pedibus antebat, capite detecto, seu sol, seu imber esset. Longissimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus meritoria rheda centena passuum millia in singulos dies si flumina morarentur nando traieciens, vel inimicus inflatis vtribus, ut persepe nuntios de se praeueniret.

Cautela & audacia eius in expeditionibus. 58

In obeundis expeditionibus, dubium cautiore, an audentior. Exercitum neque per insidiosa itinera duxit unquam, nisi per speculatas locorum situs: neq; in Britanniam transiit, nisi ante per se portus, & navigationem, & accessum ad insulam explorasset. At idem obseffione castrorum in Germania nuntiata, per stationes hostium Gallico habitu penetravit ad suos. A Brundusio Dyrrhachium inter oppositas classes hyeme transmisit. Cessantibusq; copijs, quas sulsequi iusserat, cum ad accersendas frustra sepe misisset, nouissimè ipse clam noctu parvulum nauigium solus obuoluta capite conscendit: neq; aut quis esset ante detexit, aut guber

gubernatorem cedere aduersa tempeſtati paſſus eſt, quàm penè obrutus fluctibus.

Deſpectus prodigiorum eidem
occurrentium. 59

NE religione quidem vlla à quoquam in-
cepto abſterritus vnquã vel retardatus
eſt. Cùm immolanti auſuſſet hoſtia proſectio-
nem aduerſus Scipionem & Iubam non diſtu-
lit. Prolapſus etiam in egreſſu nauis verſo ad
melius omine, Teneo te (inquit) Africa. Ad elu-
dendas autem vaticinationes, quibus felix &
inuictum in ea prouincia fataliter Scipionum
nomen ferebatur, deſpectiſſimum quendam ex
Corneliorum genere, cui ad opprobrium vite,
Salutioni cognomen erat, ſecũ in caſtris habuit.

Præliorum aſſumptio locis & tempo-
ribus inopinatis etiam apud ſuos. 60

PRælia non tantum deſtinato, ſed ex occaſio-
ne ſumebat, ac ſæpe ab itinere ſtatim, inter-
dum ſpurciſſimis tempeſtatibus, cùm minimè
quis moturum putaret: nec niſi tempore extremo
ad dimicandũ cūctãtiôr factus eſt. Quò ſæpius
viciſſet, hoc minus experiendos caſus opinãſ, ni-
hilq; ſe tantum acquiſiturum victoria, quãtum
auferre calamitas poſſet. Nullũ vnquã hoſtem
fudit, quẽ nõ caſtris quoq; exueret: ita nullũ ſpa-
tiũ perterritis dabat. Ancipiti prælio equos di-
mittebat, & in primis ſuũ, quò maior permanẽ-
di neceſſitas imponeret ur, auxilio fugæ erepto.

De

De equo eius insigni, cum pedibus
propè humanis. 61

V Tebatur autem equo insigni pedibus propè humanis, & in modum digitorum vngulis fissis: quem natum apud se, cum aruspices Imperium orbis terræ significare domino pronūtiassent, magna cura aluit nec patientē sessoris alterius, primus ascendit: cuius etiam instar pro æde Veneris genitricis postea dedicauit.

Virtus eius in acie inclinata reparāda 62

I nclinatam aciem solus sepe restituit obstens fugientibus, retinensq; singulos, & conuortis faucibus conuertens in hostem: & quidem ad id plerunque trepidos, vt aquilifero morantibus sit comminatus, alius in manu detinentis reliquerit signum.

Constantia, & seueritas eius
contra Cassium. 63

N on minora illa constantie eius. imò maiora etiam indicia fuerunt. Post aciem Pharsalicam, cum præmissis in Asiam copijs, per angustias Helleponti victor nauicula traieceret, L. Cassium partis aduersæ cum decem rostratis nauibus obuium sibi, neque refugit: & cominus tendens, vltro ad deditio:em hortatus, supplicem ad se recepit.

Mira euasio eius nauado. 64

A lexandriæ circa oppugnationem pontis, eruptione hostium subita compulsus in scaph

scapham, pluribus eodem præcipit antibus càm desilisset in mare, nando per ducentos passus euasit ad proximam nauem, elata leua, ne libelli, quos tenebat, made fierent: paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis.

Probatio, & disciplina eius
in milites. 65

Militem neque à moribus, neq; à fortuna probabat, sed tantum à viribus, tractabatq; pari seueritate, atq; indulgentia. Nō enim ubiq; ac semper, sed cum hostis in proximo esset, coëcebat tñ maximè exactor grauisimus disciplina: vt neq; itineris, neq; prælii tēpus denuntiaret: sed paratū, & intentum momentis omnibus, quò vellet, subito educeret. Quòd etiam sine causa plerunq; faciebat, præcipuè pluuijs, & festis diebus. Ac subinde obseruandum se admonens, repente interdii, vel nocte subtraheret: auzebatq; iter, vt serius subsequentes defatigaret.

De eodem. 66

Fama verò hostilium copiarum perterritos non negando, minuendone: sed insuper amplificando, ementiendoq; confirmabat. Itaq; cum expectatio aduentus Iubaë terribilis esset, conuocatis ad concionem militibus, Scitote (inquit) paucissimis his diebus regem affuturum cum X. legionibus, equitum XXX. leuis armaturæ C. millibus, elephantis CCC. Proinde desinant quidam querere ultra, aut opinari, mihi que

(qui compertum habeo) credam: aut quidem vetustissima naue impositos, quocunque vento, in quascunque terras iubebo auehi.

Coërcitio & cultus militum eius. 67.

Delicta neque observabat omnia, neque pro modo exequabatur: sed desertorum, ac seditiosorum, & inquisitor, & punitor acerimus, comminebat in ceteris. Ac nonnunquam, post magnam pugnam, atque victoriam, remissa officiorum munere, licentiam omnem passim, lasciuiendi permittebat: iactare solitus, milites suos etiam vnguentatos bene pugnare posse: nec milites eos pro concione, sed blandiori nomine commilitones appellabat: habebatque tam cultos, ut argento, & auro politis armis ornaret: simul & ad speciem, & quò tenaciores eorum in prelio essent metu damni. Diligebat quoque usque adeo, ut audita clade Tituriana, barbam, capillumque summisserit: nec antè dempsisset, quam vindicasset. Quibus rebus & deuotissimos sibi, & fortissimos reddidit.

Amor & fidelitas militum ad eum. 68.

Ingressu ciuile bellum, Centuriones cuiusque legionis singulos equites è viatico suo obtulerunt: & vniuersi milites gratuitam, & sine frumento, stipendioque operam: cum tenuiorum tutelam locupletiores in se contulissent. Neque in tam diuturno spatio quisquam omnino descivit: plerique capti concessam sibi sub conditione

vitam.

vitam, si militare aduersus eum vellent, recusa-
 runt. Famem, & ceteras necessitates non eum
 obsiderentur modo, sed etiam si alios ipsi obside-
 rent, tantopere tolerabant, vt Dyrhachina mu-
 nitione Pompeius, viso genere panis ex herba
 (quo sustinebantur) cum feris sibi rem esse dix-
 rit: amoueriq; ocyus, nec cuiquam ostendi iusserit:
 ne patientia, & pertinacia hostis, animi suo-
 rum frangerentur. Quanta fortitudine dimi-
 cauerint, testimonio est, quod aduerso semel apud
 Dyrhachium prelio, pœnam in se vltro depo-
 poscerunt: vt consolandos eos magis Imperator,
 quàm puniendos habuerit. Ceteris prelijs in-
 numeras aduersariorum copias multis partibus
 ipsi pauciores facile superauerunt. Deniq; vna
 sexta legionis cohors præposita castello, quatuor
 Pompeij legiones per aliquot horas sustinuit, pe-
 nè omnis confixa multitudine hostilium sagit-
 tarum, quarum C. ac XXX. millia intra vallum
 reperta sunt. Nec mirum, si quis singulorum
 facta respiciat, vel Casij Scauæ Centurionis,
 vel C. Acilij militis. Ne de pluribus referam:
 Scaua excusso oculo, transfixus femore, & hu-
 mero, C. & XX. ictibus scuto perforato, custodia
 porte commissi castelli retinuit: Acilius naua-
 li ad Masiliam prelio, iniecta in puppem ho-
 stium dextra, & abscissa memorabile illud
 apud Græcos Cynegiri exemplum imitatus,
 transfiliuit in nauem, ymbone obuios agens.

Labor eius contra seditionem
militarem.

69

Seditionem per decem annos Gallicis bellis nullam omnino mouerūt, ciuilibus aliquas: sed ut celeriter ad officium redierint, nec tam indulgentia ducis, quàm auctoritate. Non enim cessit vnquam tumultuantibus, atq; etiam obuiam semper ijt: & nonam quidem legionem apud Placentiam, quanquam adhuc in armis Pompeius esset, totam cum ignominia missam fecit: egregq; post multas, & supplices preces, nec nisi exacta de fontibus poena, restituit.

Facilis reconciliatio militum

iratorum.

70

Decumanos autem Romæ cum ingentibus minis, summoq; etiã vrbis periculo missionem, & premia flagitantes, ardente tunc in Africa bello, neq; adire cunctatus est, quanquam deterrentibus amicis, neq; dimittere: sed vna voce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit, & flexit, ut ei mites esse confestim responderint, & quamuis recusantem vltro in Africam sint secuti: ac sic quoq; seditiosissimū quenq; & præda, & agris destinati tertia parte mulctatavit.

Fides, & studium eius erga clientes.

71

Studiū, & fides erga clientes ne iuueni quidem defuerunt. Id a sintham nobile iuuenē, cum aduersus Hieropsalem regem tam enixè defendiss

pendisset, vt Iube regis filio in altercatione barbam inuasit, stipendiarium quoq; pronuntiatum, & abstrahentibus statim eripuit, occultauitq; apud se diu, & mox ex Pratura proficiscens in Hispaniam, inter officia statim prosequentium, fascesq; lictorum lectica sua auexit. Cultus, & dilectio amicorum eius. 72

Amicos tanta semper facilitate, indulgentiaq; tractauit, vt C. Oppio comitanti se per syluestre iter, correptoq; subita valetudine, & in diuersorio loco, quod vnū erat, cesserit: & ipse humi, ac sub dio accubuerit. Iam autem rerum potēs, quosdā etiā infimi generis ad amplissimos honores prouexit. Cū ob id culparetur professus est palam, si grassatorum, & sicariorum ope in tuenda sua dignitate vsus esset, talibus quoq; se parem gratiam relaturum.

Odiorum facilis remissio eiusdem. 73

Simultates contra nullos tam graues excepit vnquā, vt non occasione oblata libens deponeret. C. Memmij, cuius asperrimis orationibus nō minore acerbitate rescripserat, etiā suffragator mox in petitione Consulatus fuit. C. Caluo post famosa epigrammata de reconciliatione per amicos agēti, vltro, ac prior scripsit. Valerij Catullū, à quo sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita non dissimulauerat, satisfaciētē eadem die adhibuit cœnæ: hospitioq; patris eius, sicut consuuerat, vti perseuerauit.

Lenitas, & mansuetudo eius in vlciscendo iniurias illatas. 74

Sed & in vlciscendo natura lenissimus. *Pi*
*S*ratas, à quibus captus est, cum in deditio-
 redegisset, quoniam suffixurum se cruci ante
 irauerat, iugulari prius iussit, deinde suffigi.
Cornelio Phagite, cuius quondam nocturnas
 insidias eger, ac latens, ne perduceretur ad *Syl-*
lam, vix premio dato euaserat, nunquam nocere
 sustinuit. *Philemonem* à manu seruum, qui
 necem suam per venenum inimicis promiserat,
 non grauius, quàm simplici morte, puniit. In *P.*
Clodium Pompeiæ vxoris suæ adulterum, atq;
 eadem de causa pollutarum ceremoniarum reum,
 testis citatus, negauit se quicquam comperisse;
 quamuis & mater *Aurelia*, & soror *Iulia*,
 apud eosdem iudices, omnia ex fide retulissent.
 Interrogatusq;, cur igitur repudiasset vxorem:
 Quoniam, inquit, meos tam suspitione, quàm
 crimine iudico carere oportere.

Moderatio, & clementia eiusdem. 75

Moderationem verò, clemētiamq;, tum in
 administratione, tum in victoria belli ci-
 uilis admirabile exhibuit. Denuntiante *Pom-*
peio, pro hostibus se habiturum, qui *Reip.* defuis-
 sent, ipse medios, & neutrius partis, suorum sibi
 numero futuros pronuntiauit. Quibus autem
 ex commendatione *Pompeij* ordines dederat, po-
 testatem transeundi ad eum omnibus fecit. *Ma*

tis apud Ilerdam deditionis conditionibus, cum
 assiduo inter utrasque partes usu, atq; commer-
 cio, Afranius ac Petreius deprehensos inter ca-
 stra Iulianos subita poenitentia interfecissent,
 admissam in se perfidiam non sustinuit imita-
 ri. Acie Pharsalica proclamavit, ut ciuibus
 parceretur: deincepsq; nemini no suorum, quem
 vellet vnum, partis aduersae seruare concessit:
 nec ulli perisse, nisi in prelio reperiuntur, exce-
 ptis duntaxat Afranio, & Fausto, & L. Ce-
 sare iuvene: ac ne hos quidem voluntate ipsius
 interemptos putant. Quorum tamen & Afrani-
 us, & Faustus priores post impetratam ve-
 niam rebellauerunt: & L. Caesar libertis, seruisq;
 eius ferro, & igni crudelem in modum enectis,
 bestias quoq; ad munus populi comparatas con-
 trucidauerat. Deniq; tempore extremo etiam
 quibus nondum ignouerat, cunctis in Italiam
 redire permisit, magistratusq; & Imperia cape-
 re. Sed & statuas L. Syllae, atq; Pompeij, a ple-
 be disiectas, reposuit. Ac si qua posthac, aut cogi-
 tarentur grauius aduersus se, aut dicerentur,
 inhibere maluit, quam vindicare. Ita q; & dete-
 ctas coniurationes, conuentusq; nocturnos non
 ultra arguit, quam ut edicto ostenderet esse si-
 bi notas: & acerbè loquentibus satis habuit pro
 concione denuntiare, ne perseverarent. Aulicq;
 Cecinna criminosisimo libro, & Pitholai car-
 minibus, maledicentissimis, dicerat am existima-
 tionem:

tionem suam civili animo tulit.

Abusus dominationis, & potestatis
eiusdem.

P Regravant tamen cetera facta, dicta q̄
eius, ut & abusus dominatione, & iure ce-
sus existimetur. Non enim honores modo nimios
recepit, ut continuum Consulatum, perpetuam
Dictaturā, praefecturamq; morū, in super pra-
nomen Imperatoris, cognomen patris patriae, sta-
tuam inter reges, suū gestū in orchestra, sed &
ampliora etiam humano fastigio decerni sibi
passus est: sedem auream in curia, & pro tribu-
nali, thensam, & ferculū Circensi pompa, tem-
pla, aras simulacra iuxta Deos, pulvinar, fla-
minem, lupercos, appellationē mensis è suo nomi-
ne, ac nonnullos honores ad libidinem cepit, &
dedit. Tertium, & quartum Consulatum titulo
tenus gessit, contentus Dictaturae potestate de-
crete cum Cōsulatibus simul: atq; utroq; anno
binos Consules substituit sibi in ternos novissi-
mos menses: ita ut medio tempore comitia nulla
habuerit, praeter Tribunorum, & Aedilium
plebis: praefectosq; pro Praetoribus constituerit,
qui praesente se res urbanas administrarēt. Pri-
die autem Calend. Ian. repentina Cons. morte
cessantem honorem in paucas horas petenti de-
dit. Eadē licentia spreto patriae more, magistra-
tus in plures annos ordinavit. Decem Praeto-
rīs viris Consularia ornamenta tribuit. Civi-

tate donatos, & quosdam è semibarbaris Gal-
lorum recepit in curiam. Præterea moneta pu-
blicisq; vectigalibus peculiare servos præpa-
suit. Trium legionum, quas Alexandria relin-
quebat, curam & Imperium Rusioni liberti
sui filio suo exoleto, demandavit.

Abusus, & arrogantia eiusdem. 77

Nec minoris impotentia voces pro palam
edebat, ut T. Amprius scribit, nihil am-
plius Reip. esse, appellatione modo, sine corpore,
ac specie: Syllam ne scisse literas, qui Dictaturam
deposuerit: debere homines consideratius iam lo-
qui secum, ac pro legibus habere quæ dicat. Eoq;
arrogantia progressus est, ut Aruspice tristitia,
& sine corde exta sacro quodam nuntiante, fu-
tura diceret latiora, cum vellet: nec pro ostento
ducendum, si pecudi cor defuisset,

Inciuitas, & indignatio eiusdem. 78

Verum præcipuam, & inexpiabilem sibi in-
vidiam hinc maximè mouit: Adeutes se-
cum pluribus, honorificèssimisq; decretis uni-
uersos P. C. sedens pro æde Veneris genitricis ex-
cepit. Quidam putant retentum à Cornelio Bal-
bo, cum conaretur assurgere: alij ne conatum
quidem omnino, sed etiam admonentem C. Tre-
batium, ut assurgeret, minus familiari vultu
respexisse. Idq; factum eius tantò intolerabi-
lius est visum, quòd ipse triumphanti, & sub-
sellia tribunicia præteruehenti sibi unum è col-
legio

legio Pontium Aquilã non assurrexiffe, ad eò indignatus fit, vt proclamauerit: Repete ergo à me Aquila Remp. Tribunus: & nec destiterit per continuos dies quicquam cuiquam nisi sub exceptione polliceri, si tamẽ per Pontium Aquilam licuerit.

De eodem, & regni affectatione. 79

A Diecit ad tam insignẽ respecti Senatus contumeliã, multò arrogantius factum. Nam cum sacrificio Latinarũ reuertente eo inter immodicas, ac non as populi acclamationes, quidã è turba statua eius coronã lauream candida fasciam præligatam imposuisset, & Tribuplebis Epidius Marullus, Caseliusq; Flauus coronã fasciam detrahi hincinẽq; duci in vincula iussissent, dolens seu parum prospere motam regni mentionem, siue, vt ferebat, ereptam sibi gloriam recusandi, Tribunos grauitè increpitatos potestate priuauit: neq; ex eo infamiam affectati etiam regij nominis discutere valuit: quanquam & plebi regem se salutanti, Caesarem se non regem esse responderit: & Lupercalibus pro Rostris à COS. Antonio admotum sepius capiti suo diadema repulerit, atq; in Capitolium Ioui Opt. Max. miserit. Quinetiam varia fama percrebuit migraturum Alexandriam, vel Ilium, translatis simul opibus Imperij, exhaustaq; Italia, delectibus & procurratione vrbis amicis permissa. Proximo autem

Senatu percrebuit fama, L. Cottam XV. virum
sententiam dicturum: vt quoniam libris fatali-
bus contineretur, Parthos, nisi à rege, non posse
vinci, Cesar rex appellaretur.

Conspiratorum coniuratio in eum. 80

Qua causa coniuratis maturandi fuit de-
stinata negotia, ne assentiri necesse esset.
Consilia igitur dispersim antea habita, & qua
sape bini, terni ve ceperant, in vnum omnes con-
tulerunt: ne populo quidem iam presenti statu
lato, sed clam palamq; detrectante dominatio-
nem, atq; assertores flagitante. Peregrinis in Se-
natum allectis libellus propositus est: Bonum
factum, ne quis Senatori nouo curiam monstra-
re velit. & illa vulgò canebantur: Gallos Cesar
in triumphum ducit: Iidem in curia Galli brac-
cas deposuerunt, latum clauum sumpserunt.

Q. Maximo suffecto, trimestriq; C O S. theatrum
introeunte cum lictor animaduerti ex more ins-
fisset, ab vniuersis conclamatum est, non esse Con-
sulem cum, post remotos Casetium, & Marul-
lum Tribunos, reperta sunt proximis comitijs
complura suffragia, C O S S. eos declarantium.
Subscripsere quidam L. Bruti statuæ, vtinam
viueres. Item ipsius Cesaris statuæ:

Brutus, quia reges eiecit, C O S. primus factus est:
Hic quia C O S S. eiecit, rex postremo factus est.

Conspiratum est in eum à L. X. amplius, C.
Cassio, Marcoq; & Decimo Bruto principibus
conspi

conspirationis. Qui primùm cunctati, vtrū in
illum in campo per comitia tribus ad suffragia
vocantem, partibus diuisis è ponte deſcenderent,
atq; exceptum trucidarent: an in sacra via, vel
in aditu theatri adorirentur: postquàm sena-
tus Idibus Martijs in Pompeij curiam editus
est, facile tempus, & locum prætulert.

Prodigia præcedentia mortem eius. 81
Sed Caesari futura cædes evidentibus prodi-
gijſ denuntiata est. Paucos ante menses cum
in colonia Capua deducti lege Julia coloni ad
extruendas villas sepulcra vetustissima diſſe-
rent: idq; eò studiosius facerent, quòd aliquan-
tum vasculorū operis antiqui scrutantes reperie-
bant: tabula aenea in monumento, in quo diceba-
tur Capys conditor Capuae sepultus, inuenta est,
conscripta literis, verbisq; Græcis hac sententia:
Quando ossa Capys detecta essent, fore vt Iulo
prognatus manu consanguineorum necaretur:
magnisq; mox Italiae cladibus vindicaretur.
Cuius rei, ne quis fabulosam, aut commētitiā
putet, auctor est Cornelius Balbus, familiarissi-
mus Caesaris. Proximis diebus equorum greges
quos in trauciendo Rubicone flumine consecra-
rat, ac vagos sine custode dimiserat, comperūt
pertinacissimè pabulo abſtinere, vbertimq; fle-
re. Et immolantem Aruspex Spurina monuit,
vt caueret periculum, quod non vltra Martias
Idus proferretur. Pridie autē easdem Idus auē
vlla
e 5
regal

regaliolum cum laureo ramulo Pompeiana curia se inferentem, volucres varij generis ex proximo nemore persecuta, ibidem discerpserunt. Ea vero nocte, cui illuxit dies cædis, & ipse sibi visus est per quietem interdum supra nubes volitare, alias cum Ioue dextras iungere. Et Calpurnia vxor imaginata est, collabi fastigium domus maritumq; in gremio suo confodi: ac subito cubiculi fores sponte patuerunt. Ob hæc simul, & ob infirmam valetudinem diu cunctatus, an se contineret, & quæ apud Senatum proposuerat agere, differret: tandem Decimo Bruto adhortante, ne frequentes, ac iam dudum opperientes destitueret, quinta ferè hora progressus est: libellumq; insidiarum indicem, ab obuiio quodam porrectum, libellis cæteris, quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus, commiscuit. Dein pluribus hostijs cæsis, cum litare non posset, introijt curiã, spreta religione: Spurinamq; irridens, & vt falsum arguens, quod sine vlla noxa Idus Martie adessent: quanquam is venisse quidem eas diceret, sed non præterisse.

Cædes, & mors Cæsaris. 82

Assidentem conspirati specie officij circumsteterunt: illicoq; Cimber Tullius, qui primas partes susceperat, quasi aliquid rogaturus propius accessit: renuentiq;, & gestu in aliud tempus differenti, ab utroq; humero togam apprehendit: deinde clamantem, *Ista quidem vis est,*
alter

alter Casca aduersum vulnerat paulum infra iugulum. Caesar Cascae brachiū abreptum, graphio traiecit: conatusque prosilire, alio vulnere tardatus est. Viq; animaduertit vndiq; se strigulis pugionibus peti, toga caput obuoluit: simul sinistra manu sinū ad ima crura deduxit, quò honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata. Atq; ita tribus & viginti plagis confossus est, vno modo ad primum ictum gemitu sine voce edito. Etsi tradiderunt quidam, M. Bruto irruenti dixisse, ἄξιόν ἐστι ταναοῦ; Exanimis diffugientibus cunctis aliquandiu iacuit, donec lecticae impositum, dependente brachio, tres seruuli domum retulerunt. Nec in tot vulneribus, vt Antistius medicus existimabat, lethale vllum repertum est, nisi quod secundo loco in petore acceperat. Fuerat animus coniuratis, corpus occisi in Tyberim trahere, bona publicare, acta rescindere: sed metu M. Antonij Consulis, & Magistri equitum Lepidi, destiterunt.

Testamentum eius recitatum. 83

Postulante ergo L. Pisone socero testamentū eius aperitur: recitaturq; in Antonij domo, quod Idibus Septembribus proximis in Laucano suo fecerat, demandaueratq; virgini Vestali Maximae. Q. Tubero tradit, heredē ab eo sibi solitū ex Consulatu ipsius primo vsq; ad initium ciuiliis belli, Cn. Pompeium idq; militibus pro concione recitatū. Sed nouissimo testamento

tres instituit heredes sororum nepotes, C. Octavianum, ex dodrante: & L. Pinarium, & Q. Pedium ex quadrante: reliquos in ima cera. C. Octavianum etiam in familiam, nomenq; adoptavit: pluresque percussorum in tutoribus filij, si quis sibi nasceretur, nominavit. Decimum Brutum etiam in secundis heredibus. Populo hortos circa Tyberim publice, & viritum trecentos sestertios legavit.

Funereus rogos, & Pompa exequiarum eius cum luctu publico. 84

FVnere indicto, rogos exstructus est in Martio campo iuxta Iulia tumulum: & pro Rostris aurata edes ad simulacrum templi Veneris genitricis collocata: intraq; lectus eburneus, auro ac purpura stratus: & ad caput trophaeum, cum veste, in qua fuerat occisus. Praesentibus munera (quia suffecturus dies non videbatur) preceptum est, ut omisso ordine, quibus quisque vellet itineribus vrbis, portaret in campum. Inter ludos cantata sunt quaedam ad miserationem, & invidiam caedis eius accommodata ex Pacuvij Armorum iudicio:

Men' me servasse, ut essent qui me perderent
Et ex Electra Attilij ad similem sententiam.
Laudationis loco C O S. Antonius per praecone-
nem pronuntiavit S. C. quo omnia ei divina si-
mul, atque humana decreverat. Item in suran-
dum, quo se cuncti pro salute vnus adstrinxerant

nant, quibus per pauca à se verba addidit. E-
 ctum pro Rostris in forum magistratus, & ho-
 noribus functi detulerunt. Quem cum pars in
 Capitolini Iouis cella cremare, pars in curia
 Pompeij destinaret, repente duo quidam gladijs
 succincti, ac bina iacula gestantes, ardentibus
 cereis succenderunt: confestimq; circumstantium
 turba virgulta arida, & cum subsellijs tribu-
 nalia, quicquid praeterea ad manum aderat, con-
 gessit: deinde tibicines, & scenici artifices vestem
 quam ex instrumento triumphorum ad presen-
 tem usum induerant, detractam sibi, atq; discis-
 sam iniocere flammæ: & veteranorum militum
 legionarij arma sua, quibus exculti funus cele-
 brabant. Matrona etiam pleraque ornamenta
 sua, quae gerebant, & liberorum bullas, atque
 praetextas. In summo publico luctu exterarum
 gentium multitudo circulatim suo quaeque more
 lamentata est: praecipueq; Iudei, qui etiam no-
 ctibus continuis bustam frequentarunt.

Honores ei mortuo per ple-
 bem collati.

85

Plebs statim à funere ad domum Bruti, &
 Casij cum facibus tetendit: atque egrè re-
 pulsa, obuium sibi Heluium Cinnam per erro-
 rem nominis, quasi Cornelius esset is, quem gra-
 uiter pridie concionatum de Cesare requirebat,
 occidit, caputq; eius praefixum hastæ circumtu-
 lit. Postea solidam columnam propè x. x. pedum
 lapidis

Lapidis Numidici in foro statuit: scripsitq;
 PARENTI PATRIAE. Apud eam longo
 tempore sacrificare, vota suscipere, controuersias
 quasdam interposito per Casarem iureiurando
 distrahere perseuerauit.

Suspicio, quam suis Cæsar reliquit. 86

Suspicionem Cæsar quibusdam suorum reli-
 quit, neque voluisse se diutius viuere, neque
 curasse, quòd ualitudine minus prospera utere-
 tur: ideoq; & quæ religiones monerent, & quæ
 renuntiarent amici, neglexisse. Sunt qui putent
 confisum eum nouissimo illo Senatusconsulto ac
 iureiurando, etiam custodias Hispanorum cum
 gladijs inspectantium se remouisse. Alij è di-
 uerso opinantur, insidias undique imminentes
 subire semel confessum satius esse, quàm cauere
 semper. Alij ferunt dicere solitum, non tam sua,
 quàm R. P. interesse, uti saluus esset: se iam pri-
 dem potentie, gloriæq; abunde adeptum: Rem-
 publicam, si quid sibi eueniret, neque quietam
 fore, & aliquantò deteriore conditione ciuilia
 bella subituram.

Genus mortis illaræ optatū per eum. 87

Illud planè inter omnes ferè constitit, talem
 Iei mortem penè ex sententiâ obtigisse. Nam
 & quondam cum apud Xenophontem legisset,
 Cyrum vltima ualitudine mandasse quedam
 de funere suo, aspernatus tam lentum mortis
 genus, subitam sibi, celeremque optauerat. Et

pridie

pridie quam occideretur, in sermone nato super
coenam apud M. Lepidum, quisnam esset finis
vite commodissimus, repentinum, inopinatumq;
praetulerat.

Aetas eius, ac stella crinita, & locus,

ac dies mortis eius. 88

Perijt sexto & quinquagesimo aetatis an-
no: atq; in Deorum numerum relatus est,
non ore modo decernentium, sed & persuasione
vulgi. Siquidem ludis, quos primo consecratos es-
heres Augustus edebat, stella crinita per septē
dies continuos fulsit, exoriens circa undecimam
horam. Creditumq; est, animam esse Caesaris in
caelum recepti: & hac de causa simulacro eius
in vertice additur stella. Curiam, in qua occisus
est, obstrui placuit: Idusq; Martias parricidii
nominari, ac ne vnquam eo die Senatus age-
retur.

Mors occisorum Caesaris. 89

Percussorum autem ferè, neque triennio
quisquam amplius supervixit, neque sua
morte defunctus est. Damnati omnes,
alius alio casu perijt: pars naufragio,
pars praelio: nonnulli semet eodem
illo pugione, quo Caesarem
violauerant, inter-

emerunt. C. SYE

C. SVETONII TRAN-
QVILLI D. OCTAVIVS

CAESAR AV-

GVSTVS.



ENTEM Octavianam Veli-
tris præcipuã olim fuisse, mul-
ta declarant. Nam & vicus
celeberrima parte oppidi iam
pridem Octavius vocabatur:
& ostendebatur ara Octa-
vio consecrata, qui bello dux finitimo, cum fortè
Marti rem diuinam faceret, nuntiata repente
hostis incursione, semicruda exta raptâ foco pro-
secuit, atq; ita prælium ingressus, victor redijt.
Decretu etiã publicu extabat, quo cauebatur, vt
quoq; anno in posteru simili modo exta Marti
redderentur, reliquiãq; ad Octavios referretur.

Origo profapiæ maiorum Octauij. 2

EA gens à Tarquinio Prisco rege, inter
Romanas gentes allecta in Senatum, mox
à Seruio Tullio in patritias transducta, pro-
cedente tempore ad plebem se contulit: ac rursus
magna vi per D. Iulium in patritiatum re-
dijt. Primus ex hac magistratum populi sus-
fragio cepit C. Rufus. Is Quæstorius Cn. & C.
procreauit: è quibus duplex Octauiorum fami-
lia defluxit, conditione diuersa. Siquidem Cn.
& deinceps ab eo reliqui omnes functi sunt
honori.

honoribus summis. At Caius, eiusq; posteri, seu fortuna, seu voluntate, in equestri ordine consti-
tère, vsq; ad Augusti patrem. Proavus Au-
gusti secundo Punico bello, stipendia in Sicilia
Tribunus militum fecit, Aemilio Pappo Impe-
ratore. Avus municipalibus magistris con-
tentus, abundante patrimonio, tranquillissime
seniuit. Sed hæc alij. Ipse Augustus nihil am-
plius, quàm equestri familia ortum se scribit
vetere, ac locuplete, & in qua primus Senator
pater suus fuerit. M. Antonius libertinum eï
proavum exprobrat Restionem, ex pago Thuri-
no, avum argentarium. Nec quicquam vltra
de paternis Augusti maioribus reperi.

De patre Octavij.

3

Octavius pater à principio ætatis, & re, &
æstimatione magna fuit, vt equidem mi-
rer, hunc quoq; à nonnullis argentarium, atque
etiam inter diuifores, operasq; campeftres prodi-
tum. Amplius enim innutritus opibus, honores
& adeptus est facile, & egregie administravit.
Ex Prætura Macedoniam sortitus, fugitivos
residuam Spartaci, & Catilinæ manum, Thu-
rinum agrum tenentes in itinere deleuit, nego-
tio sibi in Senatu extra ordinem dato. Provin-
ciæ præfuit, non minore iustitia, quàm fortitu-
dine. Nanque Bessis, ac Thracibus magno præ-
lio fufis, ita socios tractavit, vt epistola M. T.
Ciceronis extant, quibus Q. fratrem eodẽ tem-

f pore

pore parum secunda fama Proconsulatū Asia administrantem hortatur & monet, imitetur in promerendis socijs vicinum suum Octaviūm.

Mors patris Octavij, & de filiis eius. 4

DEcedens Macedonia, prius quā cōfiteri se candidatum Consulatus posset, morte obiit repentina, superstitibus liberis, Octavia maiore, quam ex Ancharia, & Octavia minore, item Augusto, quos ex Accia tulerat. Accia, M. Accio Balbo, & Iulia sorore C. Caesaris, genita est. Balbus paterna stirpe Aricinus, multis in familia Senatorijs imaginibus, à matre Magnum Pompeium arctissimo contingebat gradu: functusq; honore Præturae inter xx. viros, agrum Campanum plebi Iulia lege diuisit. Verum M. Antonius despicens etiam maternam Augusti originem, proavum eius Asiæ generis fuisse, & modò vnguentariam tabernam, modò pistrinum Ariciae exercuisse, obiicit. Cassius quidem Parmensis quadam epistola, non tantum ut pistoris, sed etiam ut nummularij nepotem, sic taxat Augustum: Materiam tibi farina siquidem ex crudissimo Ariciae pistrino, hanc pinsit manibus colybo decoloratis Nerulonenfis mensarius.

Tempus & locus natiuitatis Octavij. 5

Natus est Augustus, M. T. Cicerone, & Antonio coss. ix. Calend. Octobris, paulò ante Solis exortum, regione palatij ad ca-
pita

pita bubula, vbi nunc sacrarium habetur, aliquanto post, quam excessit, constitutum. Nam ut Senatus actis continetur, cum C. Lectorius adolescens patricij generis, in deprecanda grauiore adulterij pena, praeter aetatem, atq; natales, hoc quoque patribus conscriptis allegaret, se esse possessorem, ac velut adituum soli, quod primum D. Augustus nascens attigisset, peteretq; donari, quasi proprio suo ac peculiari Deo, decretum est, ut ea pars domus consecraretur.

Locus vbi nutritus fuit.

Nutritus in auito suburbano iuxta Velitras permodicus, & cella penuraria instar: tenetq; vicinitatem opinio, tanquam & nativibi sit. Huc introire nisi necessario, & castè, religio est: concepta opinione veteri, quasi temere aduentibus horror quidam, & metus obijciatur: sed & mox confirmata est. Nam cum possessor villa nouus, seu fortè, seu tentandi causa cecidit, se eò contulisset, euenit, ut post paucissimas noctis horas exturbatus inde subita vi, & incerta, paucè semianimis cum strato simul ante fores inueniretur.

Nomina & cognomina eius, cum causis ipsorum.

Infanti cognomen Thurino inditum est in memoriam maiorum originis: vel quod in regione Thurina, recens eo nato, pater Octavius

aduersus fugitiuos prosperè rem gesserat. Thurinum cognominatum satis certa probatione tradiderim, nactus puerilem imaginulam eius æream veterem, ferreis, ac penè iam exolescētibus literis hoc nomine inscriptā, quæ dono à me principi data inter cubiculares colitur. Sed & à M. Antonio in epistolis per contumeliam sæpe Thurinus appellatur: & ipse nihil amplius quàm mirari se rescribit, pro opprobrio nomē prius sibi obijci. Postea C. Cæsaris, & deinde Augusti cognomen assumpsit: alterum, testamento maioris auunculi: alterum, Munatij Planci sententia, cum quibusdam censentibus, Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem vrbs, præualuisset vt Augustus potius vocaretur, non tantum nouo, sed etiam ampliore cognomine: quòd loca quoq; religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur, ab auctu, vel ab auium gestu gustūve: sicut etiam Ennius docet scribens:

Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

Breuis descriptio totius vitæ, & gestorum eius.

Quadrimum patrem amisit: duodecimum annum agens, auiam Iuliam defunctā pro concione laudauit. Quadriēnio post virili toga sumpta, militaribus donis triumpho Cæsaris Africano donatus est: quanquam expertus belli, propter

pter etatem. Profectum mox auunculū in Hispanias, aduersus Cn. Pompeij liberos, vix tum firmus à graui valetudine, per infestas hostibus vias paucissimis comitibus, naufragio etiam facto, subsecutus magnopere demeruit, approbata cito etiam morum indole, super itineris industriam. Cesare post receptas Hispanias expeditionem in Dacos, & inde in Parthos destinante, premissus Apolloniam, studijs vacauit. Vtq; primum occisum eum, heredemque se comperit, diu cunctatus, an proximas legiones imploreret, id quidem consilium, vt præceptis, immaturumq; omisit. Caterum vrbe repetita, hereditatem adiit, dubitãte matre: vitrico verò Martio Philippo consulari multum dissuadente. Atque ab eo tempore exercitibus comparatis, primum cum M. Antonio, Marcoq; Lepido, dein tantū cum Antonio per duodecim ferè annos, nouissimè per quatuor & XL. solus Rempub. tenuit.

Quinq; bella ciuilia per eum gesta. 9

Proposita vitæ eius velut summa, partes singillatim, neque per tempora, sed per species exequar: quò distinctius demonstrari, cognosci que possint. Bella ciuilia quinque gessit, Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, Actiacum. Ex quibus primum, ac nouissimum aduersus M. Antonium: secundum aduersum Brutum, & Cassium: tertium aduersum L. Antonium. Triumijci fratrem: quartum aduersus

Sextum Pompeium, Cn. Pompeij filium. Omnium bellorum initium, & causam hinc sumpsit, nihil convenientius ducens, quam necem auunculi vindicare, tueriq; aetna.

Bellum Murinense, & alia gesta

eiufdem.

Confestim vt Apollonia redijt, Brutum, Cassiumq; etiam nec opinantes, & quia prauisum periculum subterfugerant, legibus aggredi, reosq; caedis absentes deferre statuit. Ludos autem victoriae Caesaris non audentibus facere, quibus obtigerat id munus, ipse edidit. Et quò constantius cetera quoque exequeretur, in locum Trib. Plebis fortè demortui candidatum petitorum se ostendit: quanquam Patritius, nec dum Senator. Sed aduersante conatibus suis M. Antonio Consule, quem vel praecipuum adiutorem sperauerat, ac ne publicum quidem & translaticium vlla in re sibi sine pactione grauisima mercedis impertiente, ad optimates se contulit, quibus eum inuisum sentiebat, maxime quòd D. Brutum obsessum Mutinae, proxinia à Cesare data, & per Senatum confirmata, expellere armis niteretur. Hortantibus itaque nonnullis, percussores ei subornauit. Hac fraude deprehensa, periculum inuicem metuens, veteranos simul in suum, ac Reip. auxilium quanta potuit largitione, contraxit. Iussusq; comparato exercitui pro Praetore praesse, & cum Hircio,

ac Pansa, qui Cōsulatum susceperant, D. Bruto opem ferre, demandatum bellum tertio mense confecit duobus prælüs. Priore Antonius eum fugisse scribit, ac sine paludamento, equoq; post biduum demum apparuisse. Sequenti satis constat non modo ducis, sed etiam militis functum munere: atque in media dimicatione, aquilifero legionis suæ graviter saucio, aquilam humeris subüsse, diuq; portasse.

De eodem, & morte Consulum. II

Hoc bello cum Hircius in acie, Pansaq; post ex vulnere perisset, rumor increbuit, ambos opera eius occisos: ut Antonio fugato, Rep. COSS. orbata, solus victores exercitus occuparet. Pansa quidem adeo suspecta mors fuit, ut Glyco medicus custoditus sit, quasi venenum vulnere indidisset. Adicit his Aquilius Niger, alterum è COSS. Hircium in pugna et tumultu ab ipso interemptum.

secta optimatum per eum deserta. IZ

Sed ut cognovit, Antonium post fugam à M. Lepido receptü, ceterosq; duces, & exercitus consentire pro patribus, causam optimatü sine cunctatione deseruit, ad prætextum mutæ voluntatis dicta, factaq; quorundam calumniatus: quasi alij se puerum, alij ornandum, tollendumq; iactassent: ne aut sibi, aut veteranis par gratia referretur. Et quò magis pœnitentiã prioris sectæ approbaret, Nursinos grandi pe-

cunia, & quam pendere nequirent, multatos extorres egit oppido: quod Mutinensi acie interemptorum civium tumultu publicè extracto adscriperant, pro libertate eos occubuisse.

Bellum Philippense, & Imperium eius Antonio dimissum. 13

INita cum Antonio, & Lepido societate, Philippense quoq; bellum, quamquam invalidus, atque aeger, duplici praelio transegit. Quorum priore castris exutus, vix ad Antonij cornu fuga evaserat: nec successum victorie moderatus est. sed capite Bruti Romam misso, ut statua Caesaris summitteretur, in splendidissimum quenque captivum, non sine verberum contumelia sevit. Ut quidem vni suppliciter sepulturam precanti respondisse dicatur, Iam istam in volucrum potestatem fore: alios patrem, & filium pro vita rogantes, sortiri, vel dimicare. iussisse, ut alterutri concederetur: ac spectasse utrunq; morientem, cum patre qui se obtulerat occiso, filius quoq; voluntaria occubisset nece. Quare ceteri, & in his M. Favonius ille Caionis emulus, cum catenati producerentur, Imperatore Antonio honorificè salutato, hunc fuedissimo, conuicio coram prosciderunt. Partitis post victoriam officijs, cum Antonius Orientem ordinandum, ipse veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agris collocandos recepisset: neque veteranorum, neq; possessorum gratiam

gratiam tenuit: alteris pelli se, alteris non pro spe meritorum tractari querentibus.

Bellum Perusinum. 14

Quo tempore L. Antonium fiducia Consulatus quæ gerebat, ac fraternæ potentia res novas molientem confugere Perusiã cõegit, & ad deditiõnem fame compulsi: nõ tamen sine magnis suis & ante bellum, & in bello discriminibus. Nam cum spectaculo ludorum gregarium militem in XIII. ordinibus sedentem excitari per apparitorem iussisset, rumore ab obtrektoribus dilato, quasi eundem mox discruciatum necasset, minimum absuit, quin periret concursu, & indignatione turbæ militaris. Saluti fuit, quod qui desiderabatur, repente comparuit incolumis, ac sine iniuria. Circa Perusinum autẽ murum sacrificans, penè interceptus est à manu gladiatorum, quæ oppido eruperat.

Pœna inflicta captiuis in bello

Perusino. 15

Perusia capta, in plurimos animadvertit: orare veniam, vel excusare se conantibus vna voce occurrens, Moriendum esse. Scribunt quidam, trecentos ex deditiõis electos vtriusq; ordinis, ad aram diuo Iulio extructam, Idibus Martiõs hostiarum more mactatos. Extiterunt qui traderent, consulto eum ad arma isse, vt occulti aduersarij, & quos metus magis, quàm voluntas, contineret, facultate L. Antoniõ ducis

præbita detegerentur: deuictiſq; hiſ, & confiſca-
tis, promiſſa veteraniſ præmia ſoluerentur.

Bellum Siculum, & alia geſta eiſ. 16

Bellum Siculum inchoauit in primis, ſed
diu traxit intermiſſum ſæpius: modo repa-
randarum claſſium cauſa, quas tempeſtatibus
duplici naufragio, & quidem per æſtatem ami-
ſerat: modo pace facta, flagitante populo ob in-
tercluſos commeatus, famemq; ingraueſcentem:
donec nauibus ex integro fabricatis, ac $\times \times$
ſruorum millibus manuſiſiſ, & ad remum
datis, portum Iulium apud Baias, immiſſo in
Lucrinum, & Auernum lacum mari, effecit.
In quo cum hyeme tota copias exercuiſſet, Pom-
peium inter Mylas, et Naulochum ſuperauit:
ſub horam pugne tam arcto repente ſomno de-
uictus, vt ad dandum ſignum ab amicis exci-
taretur. Vnde præbitam Antonio materiam
putem, exprobrandi, ne rectis quidem oculis cum
aſpicere potuiſſe inſtruetam aciem: verum ſu-
pinum cælum intuentem ſtupidum cubuiſſe, nec
prius surrexiſſe, ac militibus in conſpectum ve-
niſſe, quam à Marco Agrippa fugatæ ſint
hoſtium naues. Alij dictum factumq; eiſ cri-
minantur, quaſi claſſibus tempeſtate perditis
exclamauerit, etiam inuito Neptuno, victoriam
ſe adepturũ. Ac die Circenſium proximo ſolenni
pompe ſimulacrum Dei detraxit: nec temere
plura, ac maiora pericula vlllo alio bello adiit.

Traiecit

Traiecto in Siciliam exercitu, cum partem reliquam copiarum continenti repeteret, oppressus ex improviso à Demochare, & Apollofane Praefectis Pompeij, viro demum navigio egerime effugit. Item cum praeter Locros Rhegium pedibus iret, & prospectis biremibus Pompeianis terram legentibus suas ratus, descendisset ad litus, penè exceptus est. Tunc etiam per devios tramites refugientem, servus Amylij Pauli comitis eius, dolens proscriptum olim ab eo patrem Paulum, & quasi occasione ultionis oblata, interficere conatus est. Post Pompeij fugam, collegarum alterum Marcum Lepidum, quem ex Africa in auxilium evocarat, superbientem xx. legionum fiducia, summâsque sibi partes terrore, ac minis vindicantem, spoliavit exercitu: supplicemque concessa vita Circeios in perpetuum relegavit. Marci Antonij societatem semper dubiam, & incertam, reconciliationibusq; varijs male focillatam abruptit tandem. Et quò magis degenerasse eum à civili more approbaret, testamentum, quod is Romæ etiam de Cleopatrae liberis inter haeredes nuncupatis reliquerat, aperiendum, recitandumque pro concione curavit. Remisit tamen hosti iudicato necessitudines, amicosque omnes, atque inter alios C. Sesium, & T. Domitium tunc adhuc Consules. Bononiensibus quoque publicè quòd in Antoniorum clientela antiquitus erant,

gratiam fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus suis. Nec multò post navali praelio apud Actium vicit, in serum dimicatione protracta, vt in naui victor pernoctauerit.

Bellum Actiacum, & Alexandrinum:
cum eius in Antonium & Cleo-
patram victoria. 17.

AB Actio cum Samum insulam in hyberna se recepisset, turbatus nuntijs de seditione militum, premia, & missionem poscentiũ, quos ex omni numero confecta victoria Brundisium pramiserat, repetit Italiam tempestate in traiectu bis conflictatus: primò inter promontoria Peloponesi, atq; Actolice: rursus circa montes Ceraunios: vtrobiq; parte Liburnicarum demersa: simulq; eius, in qua vehebatur, fuis armamentis, et gubernaculo diffracto. Nec amplius quàm septem & xx. dies, donec desideria militũ ordinarentur, Brundisij commoratus, Asia, Syriaq; circuitu Aegyptiũ petit. Obsessaq; Alexandria, quò Antonius cum Cleopatra confugerat, breui potitus est. Et Antoniũ quidem seras conditiones pacis tentantem, ad mortem adegit, viditq; mortuũ. Cleopatra, quam seruata triumpho magnopere cupiebat, etiam Psyllos admouit, qui venenum ac virus exugerent: quòd perũsse morsu aspidis putabatur. Ambobus communem sepulturae honorem tribuit, ac tumulum ab ipsis inchoatum perfici iussit. Antoniũ iuuenem

maiorē de duobus Fulvia genitis, simulacro diū
Iulij, ad quod post multas, & irritas preces con-
fugerat, abreptum interemit. Item Cesarionem,
quem ex Casare patre Cleopatra concepisse præ-
dicabat, retractum è fuga supplicio affecit. Re-
liquos Antonij, reginæq; communes liberos, non
secus, ac necessitudine iunctos sibi, et cōseruauit,
et mox pro cōditione cuiusq; sustinuit, ac fouit.

Gesta per eum in Aegypto. 18

PER idem tempus conditorium, & corpus
Magna Alexandri, cū prolatum è pene-
trali subiecisset oculis, corona aurea imposita,
ac floribus aspersis veneratus est: consultusq;
num & Ptolemaum inspicere vellet, regem ait
se voluisse videre, non mortuos. Aegyptum in
provincie formam reductam, vt feraciorem, ha-
bilioremq; annonæ urbicæ redderet, fossas omnes,
in quas Nilus exæstuat, oblimat as longa ve-
tustate, militari opere deterfit. Quoq; Actiacæ
victoriæ memoria celebratior in posterum esset,
urbem Nicopolim apud Actium condidit: lu-
dosq; illic quinquennales cōstituit: & ampliato
vetere Apollinis templo, locum castrorum, qui-
bus fuerat usus, exornatum naualibus spolijs,
Neptuno, ac Marti consecrauit.

Coniurationes, & conspiratio-
nes contra eum. 19

TVMULTUS post hæc, ac etiam rerum noua-
rum initia, coniurationesque complures
prius

prius quàm inualerent indicio detectas comprehēdit, & alias alio tempore: Lepidi iuuenis, deinde Varronis Murenae, & Fannij Cepionis, mox M. Egnatij, exim Planti Rufi, Lucijq; Pauli progeneri sui, ac prater has L. Andasij falsarum tabularum rei, ac neque aetate neque corpore integri, Themasi Epicadi ex gente Parthica Hybrida, ad extremum Telephi mulieris serui nomenclatoris. Nam ne ultima quidem sortis hominum conspiratione, & periculo caruit. Andasius, atq; Epicadus Iuliam filiam, & Agrippam nepotem ex insulis, quibus continebantur, rapere: ad extremum Telephus, quasi debita sibi fato dominatione, & ipsum, & Senatum aggredi destinauerant. Quinetiã quondam iuxta cubiculum eius lixa quidam ex Illyrico exercitu, ianitoribus deceptis, noctu deprehensus est, cultro venatorio cinctus: imposte mentis, an simulata dementia, incertum. Nihil enim exprimi quaestione potuit.

Bella externa per eum gesta. 20
EXterna bella duo omnino per se gessit: Dalmaticum, adolescens adhuc: & Antonio deuicto, Cantabricum. Dalmatico etiam vulnera excepit, vna acie dextrum genu lapide ictus, altera autem & oruc, & vtrunque brachium ruina pontis confauciatus. Reliqua per legatos administravit: vt tamen quibusdã Pannonicis, atque Germanicis, aut interueniret, aut

non longè abesset, Rauennam, vel Mediolanum, vel Aquileiam vsq; ab vrbe progrediens.

Prouinciæ per eum domitæ, &

item aliæ in amicitiam

receptæ.

21

Domuit autē partim ductu, partim auspicijs suis. Cantabriam, Aquitaniam Pannoniam, Dalmatiam, cum Illyrico. omni: item Rhetiam, & Vindelicos, ac Salassos gentes Alpinas: coërcuit & Dacorum incursiones, tribus eorū ducibus cū magna copia castis, Germanosq; vltra Albim fluiuū summouit: ex quibus Suenos, & Sicābros dedentes se traduxit in Galliā, atq; in proximis Rheno agris collocavit. Alias item nationes malè quietas, ad obsequium rediguit. Nec vlli gēti sine iustis, & necessarijs causis bellum intulit. Tantumq; absuit à cupiditate quoguo modo Imperium, vel bellicam gloriā augendi, vt quorundam Barbarorum principes in ade Martis Vltoris iurare coëgerit, māsuros se in fide, ac pace, quam peterent: à quibus sã verò nouum genus obsidum fœminas exigere tētauerit: quod negligere in ariūm pignora sentiebat: & tamen potestatem semper omnibus fecit, quoties vellent, obsides recipiēdi. Neq; aut crebrius, aut perfidiosius rebellantes grauiore vnquam mulctatus est pœna, quàm vt captiuos sub lege venundaret, ne in vicina regione seruirent, neq; intra tricesimum annum liberarentur.

Qua virtutis, moderationisq; fama, Indos etiã, ac Scythas auditu modò cognitos pellexit ad amicitiam suam, populiq; Romani vltro per legatos petendam. Parthi quoque & Armeniam vendicanti facile cesserunt: & signa militaria, quæ M. Crasso, & M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt: obsidesq; insuper obtulerunt deniq; pluribus quondam de regno concertantibus, non nisi ab ipso electum comprobauerunt.

Ianus per eum clausus: nec non triumpho & ouationes eius. 22

IANUM Quirinum semel, atq; iterum à condita vrbe ante memoriam suam clausum, in multo breuiore temporis spatio, terra, marique pace parta, tertio clausit. Bis ovans ingressus est urbem, post Philippense, & rursus post Siculo bellum. Curules triumphos treis egit, Dalmaticum, Aeliacum, Alexandrinum: continuo triduo omnes.

De duabus cladibus eidem illatis. 23

GRAUES ignominias, cladesq; duas omnino, nec alibi, quàm in Germania, accepit, Lollianam, & Varianam; sed Lollianam maioris infamie, quàm detrimenti; Varianam penè exitiabilem, tribus legionibus cum duce, legatisq;, & auxilijs omnibus castis. Hac nuntiata, excubias per urbem indixit, ne quis tumultus existeret: & praesidibus provinciarum prorogavit Imperium, vt & à peritis, & assue-

tis,

eis socij continerentur. Vovit & magnos ludos Ioui Opt. Max. si Remp. in meliorem statum vertisset: quod factum Cymbrico, Marsicoq; bello erat. Adeo nanq; consternatum ferunt, vt per cōtinuos menses, barba, capilloq; summisso, caput interdum foribus illideret, vociferans, Quintili Vare, legiones redde: diemq; cladis quotannis mœstum habuerit, ac lugubrem.

Disciplina eius circa rem
militarem.

24

IN re militari & commutauit multa, & instituit, atq; etiam ad antiquum morē nonnulla reuocauit: disciplinam seuerissimè rexit, ne legatorum quidem cuiquam, nisi grauatè, hybernusq; demum mensibus permisit vxorem interuifere. Equitē Rom. quod duobus filijs adulescentibus, causa detrectandi sacramenti pollices amputasset, ipsum, bonaq; eius subiecit haste: quem tamen, quod imminere emptioni publicanos videbat, liberto suo addixit, vt relegatum in agros pro libero esse sineret. Decimam legionem contumacius parentem cum ignominia totam dimisit: item alias immodestè missionem pestulantes, citra commoda emeritorū præmiorū exautorauit: cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas hordeo pavit: Centuriones statione deserti itidem, vt manipulares capitali animaduersione puniūt: pro cætero delictorum genere varijs ignominijs affecit: vt stare per totum diem iu-

beret ante Pratorium: interdum tunicatos, discinctosq; , nonnunquam cum decempedis, vel etiam cespitem portantes.

Gesta eius circa rem militarem. 25

Neq; post bella civilia, aut in concione, aut per edictum vllos militum commilitones appellabat, sed milites. Ac ne à filijs quidem, aut priuignis suis Imperio præditis aliter appellari passus est: ambitiosius id existimās, quàm aut ratio militaris, aut temporū quies, aut sua domusq; suæ maiestas postularet. Libertino milite præterquàm Romæ incendiorum causa, & si tumultus in grauiore annona metueretur, bis vsus est: semel ad præsidium coloniarum Illyricum contingentium: iterum ad tutelam ripæ Rheni fluminis: eosq; seruos adhuc viris, sceminisq; periculosioribus indictos, ac sine mora manumissos, sub priore vexillo habuit, neq; aut commistos cum ingenuis, aut eodem modo armatos. Dona militaria aliquantò facilius, phaleras, & torques, quicquid auro argentoq; constaret, quàm vallares, ac murales coronas, quæ honore præcellerent, dabat: has quàm parcissimè, & sine ambitione, ac sæpe etiam caligatis tribuit. Marcum Agrippam in Cilicia post naualem victoriam ceruleo vexillo donauit. Solos triumphales, quanquam & socios expeditionum, & participes victoriarum suarum, nunquam donis impertiendos putauit: quod ipsi quoque ius habuiss

habuissent tribuēdi ea, quibus vellēt. Nihil autem minus in perfecto duce, quam festinationem, temeritatēq; conuenire arbitrabatur. Crebro itaq; illa iactabat: *Σπεύδει βραδύως, ἀσφαλὲς γὰρ ἴσ' ἀμείνων, ἢ ὄρα οὖς στρατηλάτης.* Et, sat celeriter fieri quicquid fiat satis bene. Prælium quidē, aut bellum suscipiendū omnino negabat, nisi cū maior emolumentī spes quā dānī metus ostenderetur. Nam minima comoda non minimo sectantes discrimine, similes aiebat esse aureo hamo piscantibus, cuius abrupti dānnum nulla captura pensari posset.

De consulatibus, & alijs gestis

per eum.

26

Magistratus, atq; honores & ante tēpus, & quosdam noui generis, p̄rpetuōsq; cepit. Consulatum vigesimo ætatis anno inuasit, admotis hostiliter ad urbem legionibus, missisq; qui sibi nomine exercitus deposcerent. Cū quidem cunctante Senatu, Cornelius Centurio princeps legationis, reiecto sagulo ostendens gladij capulum, non dubitasset in curia dicere, Hic faciet, si vos nō feceritis. Secundum Consulatum post IX. annos, tertium anno interiecto gessit, sequentes vsq; ad vndecimum continuauit. Multisq; mox cū deferrentur, recusatis, duodecimum magno, id est, septemdecim annorum interuallo, & rursus tertiumdecimum biennio post vltro petijt, vt Caium & Lucium

filios amplissimopreditos magistratu, suo quere
 que tyrocinio deduceret in forum. Quinque me-
 dios Consulatus à sexto ad undecimum annuos
 gessit: ceteros autem sex, aut nouē, aut sex, aut
 quatuor, aut tribus mensibus, secundum verò
 paucissimis horis. Nam die Calendarum Ianua-
 rię, cum manè pro æde Capitolini Iouis paulu-
 li curuli sella præsedisset, honore abijt, suffecto
 alio in locum suum. Nec omnes Romæ, sed quar-
 tum Consulatum in Asia, quintum in insula
 Samo, octauum & nonum Tarracone inijt.

Gesta per eum in officiis Triumvira-
 tus, & Tribunitiæ po-
 testatis. 27

Triumviratum Reip. cōstituenda per de-
 cem annos administravit: in quo restitit
 quidem aliquandiu collegis, ne qua fieret pro-
 scriptio, sed inceptam utroq; acerbius exercuit.
 Namq; illis in multorum sæpe personã per gra-
 tiam, & preces exorabilibus, solus magnoperè
 contendit, ne cui parceretur: proscripsitq; etiam
 C. Toranium tutorem suum, eundemq; colle-
 gã patris sui Octauij in Aedilitate. Iunius Sa-
 turninus hoc amplius tradit, cum peracta pro-
 scriptioe, M. Lepidus in Senatu excussasset præ-
 terita, & spem clementiæ in posterum fecisset,
 quoniam satis pœnarum exactum esset, hunc è
 diuerso professum, ita modum se proscribendi
 statuisse, ut omnia sibi reliquerit libera: in cuius
 tamen

tamen pertinaciæ penitentiam, postea T. Iu-
 nium Philopœmenem, quod patronum suum
 proscriptum celasse olim diceretur equestri di-
 gnitate decoravit. In eadem hac potestate mul-
 tiplici flagrauit inuidia. Nam & Pinarium
 equitem Romanum cum concionante se admissa
 turba paganorum apud milites, subscribere que-
 dam animaduertisset, curiosum, ac speculato-
 rem ratus, coram se confodi imperavit. Et Te-
 dium Afrum c. o. s. designatum, quia factum
 quoddam suum maligno sermone carpsisset, tan-
 tis perteruit minis, ut is se præcipitauerit. Et
 Quintum Gallum Prætozem, in officio saluta-
 tionis, tabellas duplices veste tectas tenentem,
 suspicatus gladium oculere, nec quicquam sta-
 tim, ne aliud inueniretur, ausus inquirere, pau-
 lo post per Centuriones & milites raptum è tri-
 bunali, seruilem in modum torsit: ac fatentem
 nihil, iussit occidi, prius oculis eius sua manu
 effossis: quem tamen scribit colloquio petito in-
 sidiatum sibi, coniectumq; à se in custodiam, dein-
 de vrbe interdicta dimissum, naufragio, vel la-
 tronum insidijs perisse. Tribunitiam potesta-
 tem perpetuam recepit: in qua semel, atque iterum
 per singula lustra collegam sibi cooptauit. Re-
 cepit & morum, legumq; regimen æquè perpe-
 tuum: quo iure, quamquam sine censura honore,
 censum tamen populi ter egit: primum, ac ter-
 tium cum collega, medium solus.

Cogitatio resignandi Imperium, & or-
natus vrbis. 28

DE reddenda Rep. bis cogitavit: primò post
Oppressum statum Antonium, memor obie-
ctum ab eo sibi sepius, quasi per ipsum staret, ne
redderetur: ac rursus tadio disuturnæ valetudi-
nis, cum etiam magistratibus, ac Senatu domi-
accitis, rationarium Imperij tradidit. Sed reputans
& se priuatum non sine periculo fore, & illam
plurium arbitrio temere committi, in retinenda per-
seuerauit, dubium euentu meliore, an voluntate:
quam voluntatē cum presidens identidē præse-
ferret, quodam etiam edicto his verbis testatus
est: Ita mihi saluā. ac sospitem Remp. sistere in
sua sede liceat, atq; eius rei fructum percipere,
quem peto, vt optimi status auctor dicar, & mo-
riens vt feram mecum spem, mansura in vesti-
gio suo fundamenta R. P. quæ iecero. Fecit q; ipse
se copotem voti, nisi us omni modo, ne quem noui
status poeniteret. Urbem namque pro maiestate
Imperij ornatam, & inundationibus, incen-
dijsq; obnoxiam, excoluit adeò, vt iure sit glo-
riatus, marmoreā se relinquere, quam lateritiā
accepisset. Tutam verò, quantum prouideri huma-
na ratione potuit, etiam in posterum præstitit.

Opera publica per eum & alios
instructa. 29

Publica opera plurima extruxit, ex quibus
vel præcipua forū cum aede Martis Vltoris,
templum

templum Apollinis in palatio, eadē tonantis Iouis in Capitolio. Fori extruendi causa fuit hominum, & iudiciorum multitudo, quae videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque festinantius, necdū perfecta Martis aede, publicatum est cautumq; , ut separatim in eo publica iudicia, & sortitiones iudicū fierent.

Aedē Marti bello Philippensi pro ultione paterna suscepto vouerat. Sāxit ergo, ut de bellis, triumphisq; hīc consuleretur Senatus, provincias cum Imperio petituri, hinc de ducerentur, quiq; victores redissent, huc insignia triumphorum inferrent. Templum Apollinis in ea parte Palatinae domus excitauit, quam fulmine ictā desiderari à Deo aruspices pronuntiarent. Ad dita porticus cum bibliotheca Latina, Graecaq; quo loco iam senex saepe etiam Senatū habuit, decuriasq; iudicum recognouit. Tonanti Ioui eadem consecrauit, liberatus periculo, cum in expeditione Cantabrica, per nocturnū iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, seruumq; praelucentem exanimasset. Quaedam etiam opera sub nomine alieno, nepotum scilicet, & uxoris sororisq; fecit, ut porticū, basilicamq; Lucij & Caij item porticus Liviae, & Octaviae, theatrumq; Marcelli. Sed & ceteros principes viros saepe hortatus est, ut pro facultate quisq; monumentis vel nouis, vel relictis, & excultis urbē adoraret. Multaq; à multis extructa sunt, sicut à

Martio Philippo aedes Herculis, & Iulifarum:
à Lucio Cornificio, aedes Diane: ab Asinio
Pollione, atriū Libertatis: à Munatio Planco,
aedes Saturni: à Cornelio Balbo, theatrum: à
Statilio Tauro, amphitheatrum: à Mar. verò
Agrippa, complura, & egregia.

De diuisione vrbs, templisq; & viis per
eum instauratis, item & Ty-
beri ampliato. 30

Spatiū vrbs in regiones, vicosq; diuisit, in-
stituitq; vt illas annui magistratus sortitū
tuerentur, hos magistri è plebe cuiusq; vicinia
electi. Aduersus incēdia excubias nocturnas, vi-
gilesq; commentus est: ad coercendas inundatio-
nes, aluē Tyberis laxauit, ac repurgauit, com-
pletum olim ruderibus, & adificiorum prola-
psionibus coarctatū. Quò autē facilius vndiq;
vrbs adiretur, desumpta sibi Flaminia via A-
rimino tenuis munienda, reliquas triumphalibus
viris ex manubiali pecunia sternendas distri-
buit. Aedes sacras vetustate collapsas, aut incē-
dio absūptas refecit, easq; & ceteras opulentissi-
mis donis adornauit, vt pote qui in cellā Capito-
lini Iouis XVI. millia pōdo auri, gemasq; ac mar-
garitas quingēties Hs. vna donatione cōtulerit.

Gesta per eum in Pontificatu

maximo. 31

Postquàm verò Pontificatum maximum,
quem nunquam viuo Lepido auferre susti-
nuerat,

merat, mortuo demū suscepit: quicquid fatidicorum librorum Græci, Latiniq; generis, nullis, vel parum idoneis autoribus, vulgò ferebatur, supra duo millia contracta vndiq; cremavit, ac solos retinuit Sibyllinos. Hos quoq; delectis habito, cōdidit q; duobus foralis auratis sub Palatini Apollinis basi. Annū à diuo Iulio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum, atq; confusum, rursus ad pristinam rationem redegit: in cuius ordinationem Sextilem mensem è suo cognomine nuncupavit, magis quàm Septembrem, quo erat natus: quia hoc sibi & primus Consulatus, & insignes victoriae obtigissent. Sacerdotum & numerum, & dignitatem, sed & commoda auxit: præcipuè Vestalium virginū. Cumq; in demortuæ locum aliam capi oporteret, ambirentq; multi, ne filias in sortem daret, adiuravit, si cuiusquam neptium suarum competeret ætas, oblatorum se fuisse eam. Nonnulla etiã ex antiquis ceremoniis paulatim abolita restituit: vt Salutis augurium. Diale flaminium, sacrum Lupercale, ludos seculares, & compitalitios. Lupercalibus vetuit currere imberbes. Item secularibus ludis iuvenes vtriusque sexus prohibuit vllū nocturnum spectaculum frequentare, nisi cum aliquo maiore natu propinquorum. Compitales Lares ornare bis in anno instituit, vernis floribus, & æstiuis. Proximū à Dijs immortalibus hono-

rem memoria Ducum præstitit, qui Imperium
populi Romani ex minimo maximum reddidif-
ferunt. Itaque & opera cuiusq; manentibus titu-
lis, restituit: & statuas omnium triumphali ef-
figie in vtraq; fori sui porticu dedicauit. Protes-
sus est edicto, cōmentum id se, vt ad illorū velut
exemplar, & ipse dum viueret, & insequen-
tium ætatum principes exigerentur à ciuibus.
Pompey quoq; statuam contra theatri eius re-
giam, marmoreo Iano supposuit: translatum è
curia, in qua C. Cesar fuerat occisus.

Correctio eius, & reformatio abusuū,
& excessuum. 32

Pleraq; pessimi exempli correxit, quæ in per-
niciū publicam, aut ex consuetudine, licē-
tiāq; bellorum ciuiliū durauerant, aut per pa-
cem etiam extiterant. Nam & grassatorum
plurimi palam se ferebant succincti ferro, quasi
suædī sui causa: & rapti per agros viatores sine
discrimine, liberi, seruiq; ergastulis possessorum
supprimebantur: & plurimæ factiones titulo
collegij noui, ad nullius non facinoris societatem
coibant. Igitur grassatores dispositis per oppor-
tuna loca stationibus, inhibuit: ergastula re-
cognouit: collegia, præter antiqua & legiti-
ma, dissoluit: tabulas veterum ararij debito-
rum, vel præcipuam calumniandi materiam
excussit: loca in vrbe publica iuris ambigui
possessoribus adiudicauit: diuiturnorum reo-

rum, & ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quaereretur, nomina aboleuit, conditione proposita, ut si quem quis repetere vellet, par periculum poena subiret. Ne quod autem maleficium, negotiumve impunitate, vel mora elaberetur, triginta amplius dies, qui honorarijs ludis occupabantur, actui rerum accommodavit. Ad tres iudicum decurias, quatuor tam addixit ex inferiore censu, quae ducentariorum vocaretur, iudicaretque de leuioribus summis. Iudices a tricesimo aetatis anno allegit: id est, quinquennio maturius, quam solebant. At plerisque iudicandi munus detrectantibus, vix concessit, ut singulis decurijs per vices annua vacatio esset: & ut solita agi Nouembri, ac Decembri mense res omitterentur.

Modus eius, & mos in iure dicendo. 33

Ipsa ius dixit assidue, & in noctem nonnunquam: si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans. Dixit autem ius non diligentia modo summa, sed & lenitate. Siquidem manifestis parricidij reum, ne culeo insueretur, quod non nisi confessi afficiebantur hac poena, ita fertur interrogasse, Certè patrem tuum non occidisti? Et cum de falso testamento ageretur, omnesque signatores lege Cornelia tenerentur, non tantum duas tabellas, damnatoriam, & absolutoriam simul cognoscentibus dedit, sed tertiam quoque, quae ignosce

ignosceretur ijs, quos si fraude ad signandum, vel errore inductos cōstitisset. Appellationes quotannis vrbanoꝝ quidem litigatorum Prætorii delegauit vrbano: at provincialium consularibus viris, quos singulos cuiusque provincie negotijs præposuisset.

De legibus per eum sancitis, & aliis

retractatis. 34

LEges retractauit, & quasdam ex integro sanxit: vt sumptuariã, & de adulterijs, & de impudicitia, de ambitu, de maritãdis ordinibus. Hanc cum aliquantò quàm ceteras seuerius emendasset, præ tumultu recusantium perferre non potuit: nisi adempta demum, lenitæ parte pœnarum, & vacatione triennij data, auctisq; premijs. Sic quoque abolitionem eius, publico spectaculo pertinaciter postulante equite, accitos Germanici liberos, receptosque partim ad se, partim in patris gremium ostentauit: manu, vultuq; significans, ne graua rentur imitari iuuenis exemplum. Cumque etiam immaturitate sponsarum, & matrimoniorum crebra mutatione vim legis eludi sentiret, tempus sponas habendi coarctauit, diuortijs modum imposuit.

Reformatio Senatus, & modus conueniendi eiusdem. 35

Senatorum affluentem numerum deformi, & incondita turba (erant enim super mille, & qui

& quidam indignissimi, & post necem Casaris per gratiam, & premium allecti, quos ab-
 ortiuos vulgus vocabat) ad modum pristinum,
 & splendorem redegit duabus lectionibus: pri-
 ma ipsorum arbitratu, quo vir virum legit: se-
 cunda suo, & Agrippa, quo tempore esti-
 matur lorica sub veste munitus, ferroq; cinctus
 praesedisse, decem valētissimis Senatorij ordinis
 amicis sellam suā circumstantibus. Cordus Cre-
 mutius scribit, ne admissum quidem tūc quen-
 quam Senatorum, nisi solum, & praetentato si-
 nu. Quosdam ad excusandi se verecundiam
 compulit: servavitq; etiā excusantibus insigne
 vestis, & spectandi in orchestra, epulandique
 publicè ius. Quò autem lecti, probatiq; & re-
 ligiosius, & minore molestia senatoria mune-
 ra fungeretur, sanxit, vt prius quàm conside-
 ret quisquam, iure, ac mero supplicaret apud
 aram eius Dei, in cuius templo coiretur: & ne
 plus quàm bis in mense legitimus Senatus age-
 retur, Calendis scilicet, & Idibus: néue Se-
 ptembri, Octobriue mense ullos adesse alios ne-
 cesse esset, quàm sorte ductos, per quorum nu-
 merum decreta confici possent: sibiq; instituit
 consilia sortiri semestria, cum quibus de nego-
 tijs ad frequentem Senatum referendis antè
 tractaret. Sententias de maiore negotio, non
 more, neq; ordine, sed prout libuisset, preroga-
 bat: vt perinde quisq; animum intenderet, ac si
 censens

consensendum magis, quàm assentiendum esset.

De eodem.

36

Autor & aliarum rerum fuit: in quibus ne a-
 Et a Senatus publicaretur: ne Magistratus
 deposito honore statim in provincias mitteretur:
 ut Proconsulibus ad mulos, & tabernacula, quae publice locari solebant, certa pecunia con-
 stitueretur: ut cura ararum a Quaestoribus urba-
 nis, ad Praetorios, praetore sine transiret: ut centu-
 viralem hastam, quam Quaestura functi con-
 suerant cogere, decemviri cogere.

Officia per eum excogitata. 37

Quoque plures partem administranda Reip.
 caperent, noua officia excogitauit: curam
 operum publicorum, viarum, & aquarum al-
 uei Tyberis, frumenti populo diuidendi, praefe-
 cturam urbis: Triumviratum legendi senatus:
 & alterum recognoscendi turmas equitum, quo-
 tiescunque opus esset. Censores creari desitos lon-
 go interuallo creauit, numerum Praetorum au-
 xit. Exegit etiam, ut quoties Consulatus sibi
 daretur, binos pro singulis collegas haberet:
 nec obtinuit, reclamantibus cunctis, satis ma-
 iestatem eius imminui, quod honorem eum non
 solus, sed cum altero gereret.

Bellica virtus per eum honorata. 38

Nec parcius in bellica virtute honoranda,
 super triginta ducibus iustos triumphos,
 & aliquanto pluribus triumphalia ornamen-
 ta de-

ta decernēda curavit. Liberis Senatorum, quō
 celerius Reip. assuescerent, protinus virilem to-
 gam, latum clauum induere, & curiæ interesse
 permisit: militiamq; auspiciantibus, nō Tribuna-
 tum modō legionū, sed & præfecturas alarum
 dedit. At ne quis expers castrorū esset, binos ple-
 runq; Laticlaviōs præposuit singulis alis. Equi-
 tum turmas frequēter recognouit, post longā in-
 tercapedinem reducto more transuectionis. Sed
 neq; detrahi quenquam in transuehendo ab ac-
 cusatore passus est: quod fieri solebat. Et senio,
 vel aliqua corporis labe insignibus permisit,
 præmisso in ordine equo, ad respondendum quo-
 ties citarentur, pedibus venire: mox reddendū
 equi gratiam fecit eis, qui maiores annorum
 quinq; & triginta retinere eum nollent.

Ratio vitæ exacta per eum ab vno-
 quoque equite Romano.

39

Impetratisq; à Senatoribus decem adiutori-
 bus, vnumquenque equitem rationum vitæ
 reddere coegit: atque ex improbatis alios pœ-
 na, alios ignominia notauit: plures admoni-
 tione, sed varia. Leuissimum genus admoni-
 tionis fuit traditio coram pugillarum, quos
 taciti, & ibidem statim legerent. Notauitque
 aliquos quōd pecunias leuioribus vsuris mutua-
 ti, grauiore scenore collocassent.

Quædam eius ordinationes circa
 Rempublicam.

40

Cere

Comitijs Tribunitijs si deessent candidati, Senatores ex equitibus Romanis creauit: ita vt potestate transacta, in vtro vellent ordine manerent. Cum autem plerique equitum, at trito bellis ciuilibus patrimonio, spectare ludos e quatuordecim non auderent, metu poena thea tralis, pronuntiauit, non teneri ea, quibus ipsis, parentibusue equester census vnquam fuisset. Populi Rom. census vicatim egit. Ac ne plebs frumentationum causa frequentius a negotijs auocaretur, ter in annum quaternum mesium tesseras dare destinauit: sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, vt sui quisque mensis acciperet. Comitiorum quoque pristinum ius reduxit: ac multiplici poena coercito ambitu, Fabianis, & Scaptensibus tribulibus suis die comitiorum, ne quid a quoquam candidato desiderarent, singula millia nummum a se diuidebat. Magni praeterea existimans, syncerum, atque ab omni collusione peregrini, ac seruilis sanguinis incorruptum seruare populum, & ciuitatem Romanam parcissime dedit & manumittendi modum terminauit. Tyberio pro cliente Graeco petenti rescripsit, non aliter se daturum, quam si praesens sibi persuasisset, quam iustas petendi causas haberet. Et Liuiæ pro quodam tributario Gallo roganti, ciuitatem negauit, immunitatem obtulit: affirmans, se facilius passurum fisco detrahi aliquid,

aliquid, quàm ciuitatis Romane vulgari honorem. Seruos nō contentus multis difficultatibus à libertate iusta remouisse: cū & de numero, & de conditione ac differentia eorum, qui manumitteretur, curiose cauisset, hoc quoque adiecit ne vinctus vnquam, tortusue quis vllō libertatis genere ciuitatem adipisceretur. Etiam habitum vestitumq; pristinū reducere studuit.

Ac visa quondam pro concione pullatorū turba, indignabundus, & clamitans, En, ait, Romanos rerum dominos, gētemq; togatam. Negotium Aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro, circōne, nisi positis lacernis, togatum consistere.

Liberalitas eiusdem.

41

Liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit. Nam & in uelā vrbi Alexandrino triumpho regia gaza, tantam copiam nummariæ rei effecit, vt scenore diminuto, plurimum agrorum pretijs accesserit. Et postea quoties ex damnatorum bonis pecunia superflueret, vsum eius gratuitum ijs, qui cauere in duplum possent, ad certum tempus indulxit. Senatorum censum ampliavit: ac pro octingentorum millium summa duodecies H s. taxauit, suppleuitq; non habentibus. Congiaria populo frequēter dedit, sed diuersæ ferè summæ modō quadringenos, modō tricenos: nonnunquam ducenos, quinquagenosq; nummos: ac nec

h minor es

minores quidem pueros præterijt, quamuis non-
nisi ab undecimo ætatis anno accipere consue-
sent. Frumentum quoque in annonæ difficultati-
bus sæpe leuissimo, interdum nullo pretio vitimum
admensus est, tesserasque nummarias duplicauit.

Seueritas eius in reprimendis populi
voluptatibus indiscretis. 42

Sed ut salubrem magis quam ambitiosum
principem scires, querentem de inopia &
caritate vini populum seuerissima coercuit vo-
ce, satis prouisum à genero suo Agrippa, per-
duotis pluribus aquis, ne homines sitirent. Ei-
dem populo promissum quidem congiarium re-
poscenti, bonæ fidei se esse respondit. Non pro-
missum autem flagitanti, turpitudinem, & im-
pudentiam edicto exprobrauit: affirmauitque,
non daturum se, quamuis dare destinarat. Nec
minore grauitate, atque constantia, cum prepo-
sito congiario multos manumissos, incertosque ci-
uium numero comperisset, negauit accepturos,
quibus promissum non esset: ceterisque minus
quam promiserat, dedit, ut destinata summa
sufficeret. Magna verò quondam sterilitate,
ac difficili remedio, cum venalicias, & lanista-
rum familias, peregrinosque omnes, exceptis
medicis, & præceptoribus, partemque seruilio-
rum vrbe expulisset: ut tandem annona conua-
luit, impetum se cepisse scribit, frumentationes
publicas in perpetuum abolendi, quod earum
fiduc

fiducia cultura agrorum cessarat: neque tamen
perseuerasse, quia certū haberet posse per ambi-
tionem quandoq; restitui. Atque ita post hanc
rem temperauit, vt non minorem aratorum, ac
negotiantium, quā populū rationem deduceret.

Spectacula varij generis per
eum edita.

43

Spectaculorum & assiduitate, & varietate.
atq; magnificentia omnes antecessit. Fe-
cisse ludos se ait suo nomine quater: pro alijs ma-
gistratibus, qui aut abessent, aut non suffice-
rēt, ter & vicies. Fecit q; nonnunquā vicatim,
ac pluribus scenis per omnium linguarū histrio-
nes: non in foro modō, nec amphitheatro, sed in
circo, & in septis, & aliquando nihil præter ve-
nationem edidit. Athletas, extractis in campo
Martio sedilibus ligneis: item nauale prælium
circa Tyberim cauato solo: in quo nunc Cæsariū
nemus est. Quibus diebus custodes in vrbe dis-
posuit, ne raritate remanentium grassatoribus
obnoxia esset. In circo aurigas, cursoresq;, &
confectores ferarum, & nonnunquam ex nobi-
lissima iuuentute produxit. Sed & Troia ludū
edidit frequentissimē, magnorum minorūue
puerorum delectu: prisca, decoriq; moris existi-
mans, clara stirpis indolem sic notescere. In hoc
ludicro Caium Nonium Asprenatem lapsu de-
bilitatum, aureo torque donauit: passusque est
ipsam, posterōsque Torquati ferre cognomen.

Mox finem fecit talia edendi, Asinio Pollio-
 ne oratore graviter inuidioseque in curia questo
 Assernini nepotis sui casum, qui & ipse crus
 effregerat. Ad scenicas quoque, & gladiato-
 rias operas etiam equitibus Romanis aliquan-
 do vsus est, verum prius quam Senatus consul-
 to interdiceretur. Postea nihil sanè, prater-
 quam adolescentulum Lucium honestè natum
 exhibuit: tantum vt ostenderet, quod erat bipe-
 dali minor librarum septemdecim, ac vocis im-
 mense. Quodam autem muneris die, Partho-
 rum obsides tunc primùm missos, per arenam
 mediam ad spectaculum induxit, superque se
 subsellio secundo collocavit. Solebat etiam citra
 spectaculorum dies, si quando quid inusita-
 tum, dignumque cognitu adnectum esset, id
 extra ordinem quolibet loco publicare: vt rhi-
 nocerotem, apud septa: tigrim, in scena: anguem
 quinquaginta cubitorum, pro comitio. Acci-
 dit votiuis Circensibus, vt correptus valetudi-
 ne, lectica cubans, thensas deduceret: rursus
 commissione ludorum, quibus theatrum Mar-
 celli dedicabat, euenit, vt laxatis sella curulis
 compagibus caderet supinus. Nepotum quoque
 suorum munere, cum consternatum ruinae me-
 tu populum retinere, & confirmare nullo mo-
 do posset, transiit è loco suo, atque in ea parte
 confedit, quæ suspecta maximè erat. Spectandò
 confusissimum, ac solutissimum morem corre-
 xit,

xit, ordinavitq; motus iniuria Senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos confesso frequenter nemo receperat.

Ordo subselliorum in spectaculis. 44

FActo igitur decretorum patrum, ut quoties quid spectandum usquam publicè ederetur, primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus. Roma legatos liberarum, sociarumq; gentium vetuit in orchestra considerare, cum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset. Militem secrevit à populo. Maritis è plebe proprios ordines assignavit: prætextatis cuneum suum, & proximum pedagogis: sanxitq; ne quis pullatorum media cauea sederet. Fœminis ne gladiatores quidem, quos promiscuè spectari solenne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit. Solis virginibus Væstilibus locum in theatro separatim, & contra Prætoris tribunal dedit. Athletarum verò spectaculo muliebrem sexum omnem adèò submovit, ut Pontificalibus ludis pugilum par postulatam distulerit in sequentis diei matutinum tempus: edixeritq; mulieres ante horam quintam venire in theatrum, non placere.

Loca, & tempus unde ipse spectacula cernebat. 45

Ipsè Circenses ex amicorum ferè, libertorumq; conaculis spectabat, interdum è pulvinari. Et quidem cum coniuge, ac liberis sedens,

Spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies
 aderat petita venia, commendatisq; , qui suam
 vicem presidendo fungerentur. Verum quoties
 adesset, nihil praterea agebat: seu vitandi ru-
 moris causa, quo patrem Casarem vulgò repre-
 hensum commemorabat, quòd inter spectadum
 epistolis, libellisq; legendis, ac rescribendis va-
 saret: seu studio spectandi, ac voluptate, qua
 teneri se neque dissimulauit vnquam, & sepe
 ingenuè professus est. Itaq; corollaria, & pre-
 mia alienis quoq; muneribus, ac ludis & cre-
 bra, & grandia de suo offerebat. Nulliq; Gre-
 co certamini interfuit, quo non pro merito cer-
 tantium, quenq; honorauerit. Spectauit autem
 studiosissimè pugiles, & maximè Latinos: non
 legitimos atque ordinarios modò, quos etiam
 cõmittere cum Græcis solebat, sed & caterua-
 rios oppidanos inter angustias vicorum pugnan-
 tes temere, ac sine arte. Vniuersum deniq; ge-
 nus, operas aliquas publico spectaculo præben-
 tium etiam cura sua dignatus est. Athletis &
 conseruauit priuilegia, & ampliauit. Gladia-
 tores, sine missione, edii prohibuit. Coercitionem
 in histriones, Magistratibus in omni tempore,
 & loco, lege vetere permissam, ademit, præter-
 quam ludos, & scenam: nec tamen eo minus
 aut xysticorum certationes, aut gladiatorum
 pugnas seuerissimè semper exegit. Nã histrio-
 num licentiam adeò compescuit, vt Stephana-
 nionem

nionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compere-
rat, per trina theatra virgis casum relegaverit:
Hylam pantomimum, querente Pratore, in
atrio domus suæ, nemine excluso, flagellis verbe-
raverit: Et Pyladem vrbe, atque Italia sub-
mouerit, quod spectatore, à quo exhibebatur,
demonstrasset digito, conspicuumq; fecisset.

Ordinatio Italiae facta per eum. 46

AD huc modum vrbe, vrbaniq; rebus ad-
ministratis, Italiam duodetriginta colo-
niarum numero deductarum ab se frequenta-
uit: operibusq; , ac vectigalibus publicis pluri-
fariam instruxit, etiã iure ac dignatione vrbi
quodammodo pro parte aliqua adæquauit, ex-
cogitato genere suffragiorũ, quæ de Magistra-
tibus vrbicis Decuriones colonici in sua quisq;
colonia ferrent, & sub diem comitorum obsi-
gnata Romam mitterent. Ac necubi aut ho-
nestorum deficeret copia, aut multitudinis so-
boles equestrem militiam petentis, etiam ex
commendatione publica cuiusq; oppidi ordina-
bat. At q̄s, qui è plebe regiones sibi reuisenti
filios, filiasue approbarent, singula nummorum
millia per singulos diuidebat.

Ordinatio aliarum prouinciarum. 47

Prouincias validiores, & quas annuis ma-
gistratuum imperijs regi nec facile, nec tu-
tum erat, ipse suscepit: cæteras Proconsulibus

sortitò permisit: & tamen nonnullas commutauit interdum, atq; ex utroq; genere plerasq; sepius adiit. Vrbiũ quasdam federatas, sed ad exitium licentia præcipites, libertate priuauit: alias aut ere alieno laborâtes leuauit, aut terremotu subuersas denuò condidit, aut merita erga populum romanum allegantes, Latinitate, vel ciuitate donauit. Nõ est (vt opinior) provincia, excepta duntaxat Africa, & Sardinia, quã non adierit. In has fugato Sexto Pompeio, traicere ex Sicilia apparantem, cõtinue, & immodicæ tempestates inhibuerunt: nec mox occasio, aut causa traiciendi fuit.

Ordinatio regnorum. 48

REgna, quibus belli iure potitus est, præter pauca, aut iisdem, quibus ademerat, reddidit, aut alienigenis cõtribuit. Reges, socios etiam inter semetipsos necessitudinibus mutuis iunxit: præoptissimus affinitatis cuiusque, atque amicitie conciliator, & fautor: nec aliter vniuersos, quàm membra, partésque Imperij curæ habuit. Rectorem quoque solitus est apponere etate paruis, ac mente lapsis, donec adolescerent, aut resipiscerent, ac plurimorum liberos & educauit simul cum suis, & instituit.

Ordinatio legionum, & militum. 49

EX militaribus copijs legiones, & auxilia prouinciatim distribuit: classem Miseni, & alteram Rauennæ ad tutelam superi, & inferi

feri maris collocavit. Certum numerum partim in vrbe, partim in sui custodiam allegit: dimissa Calaguritanorum manu quam vsque ad deuietum Antonium: item Germanorum, quam vsq; ad cladem Varianam, inter armigeros circa se habuerat. Neque tamen vnquam plures quam tres cohortes in vrbe esse passus est: easq; sine castris, reliquas in hyberna, & aestiua circa finitima oppida dimittere assuerat. Quicquid autem vbiq; militum esset, ad certam stipendiorum, premiorumq; formulam astrinxit: definitis pro gradu cuiusq;, & temporibus militie, & commodis missionum: ne aut etate, aut inopia post missionem sollicitari ad res novas possent. Ut q; perpetuo, ac sine difficultate sumptus, ad tuendos eos, prosequendosq; suppeteret, ararium militare cum vectigalibus nouis constituit. Et quò celerius, ac sub manum annuntiarum, cognosciq; posset, quid in prouincia quaq; gereretur: iuuenes primò modicis interuallis per militares vias, dehinc vehicula disposuit. Commodius id visum est, vt qui à loco eidem perferrent literas, interrogari quoque si quid res exigerent possent.

Sigilli eius, & datae, quibus in epistolis utebatur.

IN diplomatibus, libellisq;, & epistolis signandis, initio Sphinge vsus est: mox imagine Magni Alexandri: nouissime sua. Diosco-

ridi manu sculpta, qua signare insecuti quoque principes perseuerauerunt. Ad epistolae omnes horarum quoque momenta, nec diei modo, sed et noctis quibus datae significarentur, addebat.

Clementia, & seueritas eiusdem. 51

Clementia, ciuilitatisque eius multa, & magna documenta sunt. Ne enumerem quot, & quos diuersarum partium venia, & incolomitate donatos, principem etiam in ciuitate locum tenere passus sit: Iunium nouatum & Cassium Patavinum e plebe homines, alterum pecunia, alterum leui exilio punire satis habuit: cum ille Agrippa iuuenis nomine, asperrimam de se epistolam in vulgus edidisset: hic conuicio pleno proclamasset, neque votum sibi, neque animum deesse confodiendi eum. Quadam vero cognitione cum Aemilio Eliano Cordubensi inter cetera crimina vel maximè obijceretur, quod malè opinari de Casare soleret: conuersus ad accusatorem, commotoque similis: Velim, inquit hoc mihi probes: faciam, sciat Elianus & me linguam habere: plura enim de eo loquar. Nec quicquam ultra, aut statim, aut postea inquisiuit. Tyberio quoque de eadem re sedulo violentius apud se per epistolam conquirenti, ita rescripsit: Aetati tuae, mi Tyberi, noli in hac re indulgere, & nimium indignari, quenquam esse, qui de me malè loquatur. Satis est enim, si hoc habemus, ne quis nobis malè facere possit.

Honor

Honores ei collati, & spreti per eum. 52

Templa quamuis sciret etiam Proconsulibus decerni solere, in nulla tamen provincia, nisi communi suo Romaq; nomine recepit. Nam in vrbe quidem pertinacissimè abstinuit hoc honore, atq; etià argenteas statuas olim sibi positas conlauit omnes: ex quibus aureas corinas Apollini Palatino dedicauit. Dictaturam magna vi offerente populo, genu nixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore, deprecatus est.

De eodem, & ciuilibus gestis eiusdem. 53

Domini appellationem, vt maledictum, & opprobrium semper exhorruit. Cum spectante eo ludos, pronunciatum esset à mimo, O Domini equum, & bonum: & vniuersi quasi de ipso dictum exultantes cōprobassent: statim manu vultuq; indecoras adulationes repressit, & insequenti die grauissimè corripuit edictor dominumque se posthac appellari, ne à liberis quidem, aut nepotibus suis, vel seris, vel ioco passus est: atq; huiusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. Non temerè vrbe, oppidum villo egressus, aut quoquam ingressus est, nisi vespere, aut noctu: ne quem officij causa inquitaret. In Consulatu pedibus ferè, extra Consulatam saepe adoperta sella per publicum incessit. Promiscuis salutationibus admittebat & plebem: tanta comitate aduentium desideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quod

sic

sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem. Die Senatus nunquam patres nisi in curia salutavit, & quidem sedentes, ac nominatim singulos, nullo submonere: & discedens eo modo sedentibus singulis, vale dicebat. Officia cum multis mutuo exercuit: nec prius dies cuiusque solenes si sequentare desijt, quam grandior iam natu, & in turba quodam sponsaliorum die vexatus. Gallum Terrinũ Senatorem minus sibi familiarem, sed captum repente oculis, & ob id inedia mori destinantem, praesens consolando reuocavit ad vitam.

Patientia eius in contradictores. 54

IN Senatu verba facienti dictum est, Non intellexi: & ab alio, Contradicerem tibi, si locum haberem. Interdum ob immodicas alterationes disceptantium è curia per iram se proripienti quidam ingresserũt, Licere oportere Senatoribus de republica loqui. Antistius Labeo Senatus lectione, cum triumuirũ legeret, Marcellus Lepidũ, hoste olim eius, & tunc exultantem legit: interrogatusq; ab eo, an essent alij digniores, suũ quenq; iudicium habere respondit. Nec idco libertas, aut contumacia fraudi cuiquam fuit.

Libelli famosi contra eum facti. 55

ET iam sparsos de se in curia famosos libellos, nec expavit & magna cura redarguit. Ac ne requisitis quidem autoribus id modo censuit, cognoscendum posthac de ijs, qui libellos,

bellos, aut carmina ad infamiam cuiuspiã sub alieno nomine edant.

Moderatio, & ciuilitas eiusdem in agendo.

56

IOcis quoque quorundam inuidiosis aut petulantibus lacesitus, contradixit edicto. Et tamen de inhibenda testamentorum licentia, ne Senatus quicquã constitueret, intercessit. Quoties magistratum comitijs interesset, tribus cum candidatis suis circuibat, supplicabatque more solenni: ferebat & ipse suffragium in tribu, vt vnus è populo. Testem se in iudicijs, & in interrogari, & refelli æquissimo animo patiebatur. Forum angustius fecit, nõ ausus extorquere possessoribus proximas domos. Nunquam filios suos populo commendauit, vt non adijceret, si merebuntur. Eisdem pretextatis adhuc assurrectum ab vniuersis in teatro, & àstantibus plausum, grauissimè questus est. Amicos ita magnos, & potentes in ciuitate esse voluit, vt tamen pari iure essent, quo ceteri, legibusq; iudiciarijs æquè tenerentur. Cum Asprenas Nonius arctius ei iunctus, causam veneficij, accusante Casio Seuero, diceret, consuluit Senatam, quid officij sui putaret. Cunctari enim se, ne si superesset, eriperet legibus reum: sin deesset, destituere, ac prædamnare amicum existimaretur. Et consentientibus vniuersis, sedit in subsellijs per aliquot horas: verum tacitus,

ac ne laudatione quidem iudiciali data. Affuis
 & clientibus, sicut scutario cuidam, euocato
 quondam suo, qui postulabatur iniuriarum.
 Vnum omnino è reorum numero, ac ne eum
 quidem, nisi precibus, eripuit, exorato coram
 iudicibus accusatore, Castriçium, per quem de
 coniuratione Murene cognouerat.

Dilectio Romanorum ad eum. 57

PRO quibus meritis quantoperè dilectus sit,
 facile est æstimare. Omitto Senatusconsul-
 ta, quæ possunt videri vel necessitate expressa,
 vel verecundia. Equites Romani natalem eius
 fronte, atq; consensu, biduo semper celebrarunt.
 Omnes ordines in lacum Curtij quotannis ex
 voto pro salute eius stipem iaciebant. Item Ca-
 lendis Ianuarijs strenam in Capitolio etiã ab-
 senti: ex qua summa pretiosissima Deorum si-
 mulacra mercatus, vicatim dedicabat: vt A-
 pollinem Sandaliarium, & Iouem Tragædum,
 aliq; in restitutionem Palatine domus incen-
 dio absumptæ. Veterani, decuria, tribus, atque
 etiam singulatim è cetero genere hominum, li-
 bentes, ac pro facultate quisq; pecunias contule-
 runt: delibante tantummodo eo summarij acer-
 uos, neq; ex quoquam plus denario auferete. Re-
 uertentem ex provincia, non solum faustis omi-
 nibus, sed & modulatis carminibus prosequen-
 bantur. Obseruatum etiã est, ne quoties introi-
 ret urbem, supplicium de quoquam sumeretur.

Hæc

Honore idem collatus per Senatum,
populūque Romanum. 58

Patris patriæ cognomen vniuersi repentino,
maximōque consensu detulerunt ei. Prima
plebs legatione Antium missa, dein quia nō re
cipiebat, ineunti Romæ spectacula frequens, &
laureata, mox in curia senatus, neque decreto,
neq; acclamatione, sed per Valerium Messalam
id mandantibus cunctis: Quod bonum, inquit,
faustūq; sit tibi, domūq; tuae Caesar Auguste,
(Sic enim nos perpetuam felicitatem Reipubli
ca, & leta huic precari existimamus) Senatus
te consentiens cum populo Romano, consalutat
patriæ patrem. Cui lacrymans respondit Augu
stus his verbis, (ipsa enim sicut Messala posui)
Compos factus votorum meorum, patres con
scripti, quid habeo aliud Deos immortales pre
cari, quam vt hunc consensum vestrum ad ul
timum vite finem mihi perferre liceat?

Honores eidem collati per singula
res ciues Romanos. 59

Medico Antonio Muse, cuius opera ex an
cipit i morbo conualuerat, statuam, ere
collato, iuxta signum Aesculapij statuerunt.
Nonnulli patrum familiarum testamento caue
runt, vt ab heredibus suis prelato victime ti
tulo in Capitolium ducerentur, votumq; pro se
solueretur, quod superstitem Augustū reliquis
sent. Quaedā Italia ciuitates diem, quo primum
ad se

ad se venisset, initium anni fecerunt. Prouinciarum pleraque super templa, & aras, ludos quoque quinquennales penè oppidatim constituerunt.

Honor ei collatus. 60

Reges amici, atque socij, & singuli in suo quisque regno, Cesareas vrbes condiderunt. Et cuncti simul adem Iouis Olympici Athenis antiquitus inchoatam, perficere communi sumptu destinauerunt, Genioque eius dedicare ac sepe regnis relictis, non Romæ modò, sed prouincias peragranti quotidiana officia togati, ac sine regio insigni, more clientum præstiterunt.

Interior, & familiaris vita eiusdem. 61

Quoniam qualis in Imperijs ac magistratibus, regendaque per terrarum orbem pace, belloque Republica fuerit, exposui: referam nunc interiorem, ac familiarem eius vitam, quibusque moribus atque fortuna, domi, & inter suos egerit, à iuuenta vsque ad supremum vitæ diem. Matrem amisit in primo Consulatu sororem Octauiam quinquagesimū & quartum agens ætatis annum. Virique, cum præcipua officia viuæ præstitisset, etiam defunctæ honores maximos tribuit.

Sponsæ, & vxores eius. 62

Spousam habuerat adolescens Publij Seruilijs Isaurici filiam: sed reconciliatus post primam discordiam Antonio, ex postulantibus

vtriusque

utriusque militibus, ut ex necessitudine aliqua iungeretur, priuignam eius, Claudiam Fulviae ex Publio Clodio filiam duxit uxorem vixdū nubilem. Ac similitate cum Fulvia socru exorta, dimisit intactam adhuc, & virginem. Mox Scriboniam in matrimonium accepit, nuptam antè duobus consularibus, & ex altero etiam matrem. Cum hac etiam diuortium fecit, pertæsus, ut scribit, morum peruersitatem eius, ac statim Liuiam Drusillam matrimonio Tyberij Neronis, & quidem prænantem abduxit, dilexitq; ac probauit vnicè, ac perserueranter.

De filia, & matrimoniis eius. 63

EX Scribonia Iuliam, ex Liuia nihil libero rû tulit, cum maximè cuperet. Infans, qui conceptus erat, immaturus est editus. Iulia primùm Marcello Octaviae sororis suae filio, tantumq; pueritiâ egresso: deinde ut is obiit, Marco Agrippæ nuptui dedit: exorata sorore, ut sibi genero cederet. Nam tunc Agrippa alterâ Marcellarum habebat, & ex ea liberos. Hoc quoq; defuncto, multis, ac diu, etiam ex equestri ordine, circumspectis conditionibus, Tyberium priuignum suum elegit coëgitq; prænantem uxorem, & ex qua iam pater erat, dimittere. Marcus Antonius scribit, primùm eū Antonio filio suo despondisse Iuliam, dein Cotisoni Getarum regi, quo tempore sibi quoque inuicem filiam regis in matrimonium petisset.

De nepotibus eius ex Iulia. 64

Nepotes ex Agrippa, et Iulia tres habuit: Caium, Lucium, & Agrippam: neptes duas, Iuliam & Agrippinam. Iuliam Lucio Paulo Censoris filio, Agrippinam Germanico sororis suæ nepoti collocavit. Caium & Lucium adoptavit domi, per assem, & libram emptos à patre Agrippa: tenerosq; adhuc ad curam Reip. admonit: & Consules designatos circum provincias exercitusq; dimisit. Filiam, & neptes ita instituit, vt etiam lanificio assuefaceret: vt taretq; loqui, aut agere quicquam, nisi propalam, & quod in diurnos commentarios referretur. Extraneorum quidem coctu adeo prohibuit, vt Lucio Tucinio claro, decoroq; iuueni scripserit, quondam parum modestè fecisse eum, qui filiam suam Baias salutatu venisset. Nepotes & literas, & natate, aliaq; rudimenta per se plerunque docuit, ac nihil aquè laboravit, quàm vt imitarentur chirographum suum. Neque cenauit vnà, nisi in imo lecto assideret: neque iter fecit, nisi vt vehiculo anteirent, aut circa adequitarent.

Infortunium eius circa sobolem descendentium. 65

Sed letum eum atq; fidentem, & sobole, & disciplina domus, fortuna destituit. Iulias filiam, & neptem omnibus probris cõtaminatas relegauit. Caium, & Lucium in duodeuiginti mensium

mensium spatio amisit ambos, *Caio in Lycia,*
Lucio in Asia defunctis. Tertiū nepotē *Agrippam,*
 simulq; priuignū *Tiberium* adoptauit in
 foro, lege curiata. Ex quibus *Agrippam* breuī,
 ob ingenium sordidum, ac ferox abdicauit, se-
 posuitq; *Surrentum.* Aliquantō autem patien-
 tius mortem, quā dedecora suorū tulit. Nam
Caij, Lucijq; casu non ad eō fractus, de filia, ab-
 sens, ac libello per *Quastorem* recitato, notum
Senatui fecit: abstinuitq; congressu hominum
 diu, prae pudore: etiam de necanda deliberauit.
 Certē cum sub idem tempus una ex conscijs li-
 berta *Fæde* nomine, suspendio vitā finisset, ma-
 luisse se ait, *Fæde* patrē fuisse. Relatae vsu
 vini, omnemq; deliciae cultum ademit: neq;
 adiri à quoquam libero seruoue, nisi se consulto
 permisit, & ita ut certior fieret, quā uitate,
 qua statura, quo colore esset, etiam quibus cor-
 poris notis, vel cicatricibus. Post quinquenniū
 demum ex insula in continentem, lenioribusq;
 paulo conditionibus, transtulit eam. Nam ut
 omnino reuocaret, exorari nullo modo potuit.
 Deprecanti saepe populo Romano, & pertina-
 cius instanti, tales filias, talesq; coniuges pro cō-
 cione imprecatus est. Ex nepte *Iulia* post dam-
 nationem editum infantē agnoscere, aliq; reuuit.
Agrippam nihilo tractabiliorem, imò in dies
 amentiosem in insulam transportauit, sepsitq;
 in super custodia militum. Caut etiam *Senat-*

tuſconſulto, vt eodem loco in perpetuum conti-
neretur: atq; ad omnē & eius, & Iuliarū men-
tionem ingemiſcens, proclamare etiam ſolebat:
Αἰδ' ὀφιδου α γαμος τ' ἰουλιαναι ἀγουῖς τ' ἀπο-
λιςδατ. Nec aliter eas appellare, quàm treis
vomicas, aut tria carcinomata ſua.

Receptio & cultus amicitiarum eius. 66

Amicitias neq; facile admisit, & cōſtantis
ſimè retinuit. Et nō tantū virtutes, ac me-
rita cuiſq; dignè proſecutus, ſed vitia quoq; &
delicta duntaxat modica perpeſſus. Neq; enim
ſemere ex omni numero in amicitia eius afflicti
reperirentur, præter Saluidenum Ruſum, quem
ad Conſulatum vſq; & Cornelium Gallū, quem
ad Præfecturam Aegypti, ex infima vtrunq;
fortuna prouexerat. Quorum alterū res novas
molientem damnandum Senatui tradidit, al-
teri ob ingratum, & maleuolū animum, domo,
& provincijs ſuis interdixit. Sed Gallo quoq; et
accuſatorum denuntiationibus, & Senatuſcon-
ſultis ad necem compulſo, laudauit quidem pie-
tatem tantopere pro ſe indignantium, ceterū
& illacrymauit, & vicem ſuam cōqueſtus eſt,
quòd ſibi ſoli non liceret, amicis quatenus vellet
iraſci. Reliqui potētia, atq; opibus ad finē vitæ
ſuæ cuiuſq; ordinis principes floruerunt, quan-
quam & offenſis interueniētibus. Deſiderauit
enim nonnunquam, ne de pluribus referam, &
Marci Agrippæ patientiã, & Mecœnatis taci-
turnità

turnitatem, cum ille ex leui rigoris suspitione, et quòd Marcellus sibi anteferretur, Mitilena esse, relictis omnibus, contulisset, & hic secretum de comperta Murenae coniuratione, uxori Terentiae prodidisset. Exegit & ipse inuicem ab amicis beneuolentiam mutuam, tam à defunctis, quàm à uiuis. Nã quamuis minimè appeteret hereditates, vt qui nunquam ex ignoti testamento capere quicquam sustinuerit, amicorum tamen suprema iudicia morosissimè pensitauit, neq; dolore dissimulato, si parcius, aut citra honorem verborũ: neq; gaudio, si gratè pieq; quis se persecutus fuisset. Legata, vel partes hereditatum, & à quibuscũq; parentibus relicta sibi, aut statim liberis eorum concedere, aut si pupillari etate esset, die virilis togæ, vel nuptiarum, cum incremento restituere consueuerat.

Seueritas, & clementia eius erga
libertos.

67

Patronus, dominusq; non minus seuerus, quàm facilis, & clemēs, multos libertorũ in honore, & vsu maximohabuit, vt Liciniũ Enceladum, aliosq; Cosinium seruum grauissimè de se opinantem, non vltra quàm compedibus coercuit. Diomedem dispensatorem, à quo simul ambulante, incurrenti repente fero apro per metum obiectus est, maluit timiditatis arguere quàm noxæ, remq; non minimi periculi, quia tamen fraus aberat, in iocum vertit. Idem Procu-

lum ex acceptissimis libertis mori coegit, cōper-
tū adulterare matronas. Thallo à manu, quòd
pro epistola prodita denarios quingētos accepis-
set, crura effregit. Pædagogū, ministrōsq; Caij
filij per occasionē valetudinis, mortisq; eius su-
perbè, auarèq; in prouincia grassantes, oneratos
grani pondere cervicibus, præcipitavit in flumē.

Infamia dedecorum primæ iu-
uentutis eius. 68

PRima iuuentu variorum dedecorum infamiam subijt. Sextus Pōpeius eum, vt effeminatū, in seclatū est. Marcus Antonius adoptionem auunculi stupro meritum, item Lucius Marci frater, quasi pudicitiam delibatā à Cesare, Aulo etiam Hircio in Hispania CCC. milibus nummum substrauerit, solitusq; sit crura suburere nuce ardenti, quò mollior pilus surgeret. Sed & populus quondam vniuersus ludorū die & accepit in contumeliam eius, & assensu maximo cōprobauit versum in scena pronuntiatum de Gallo matris Deūm tympani Xante:

Vidēsne vt cinedus orbem digito temperat?

Adulterium, & libido

eiusdem,

69

ADulteria quidē exercuisse, ne amici quidē negant, excusantes sanè non libidine, sed ratione commissa, quò facilius cōsilia aduersariorū, per cuiusque mulieres exquireret. Nil ar-
eius Antonius super festinatās Livia nuptias obiecit,

obiecit, & fœminam consularem è triclinio viri
 coràm in cubiculum abductam, rursus in conui-
 uium rubëtibus auriculis, incôptiore capillo re-
 ductam: & dimissam Scriboniã, quia liberius
 doluisset nimiam potentiã pellicis, & conditio-
 nes quasitas per amicos, qui matresfamiliãs, et
 adultas etate virgines denudarent, atq; perffi-
 cerent, tanquam Thoranio mangone vendente.
 Scribit etiã ad ipsum hoc familiariter adhuc,
 necdũ plenè inimicus, aut hostis: Quid te muta-
 uit? quod reginam in eo: vxor mea est. Nũc cæpi,
 an ab hinc annos nouem? tu deinde solam Dru-
 sillam inuisita valeas, vti tu hanc epistolã cum
 leges, non inieris Tertullam, aut Terentillam,
 aut Rufillam, aut Saluiam Citisceniam, aut
 omnes. An ne refert vbi, & in quam arrigas?

De cœna eius, & discumbentibus in
 apparatu Deorum. 70

Cœna quoq; eius secretior in fabulis fuit,
 qua vulgò δωδεκάδαι & vocabatur, in
 qua Deorũ, Dearumq; habitu discubuisse con-
 uiuas, & ipsum pro Apolline ornatũ non An-
 tonij modò epistola singulorum nomina amarif-
 simè annumerantis exprobrant. sed & siue au-
 tore notissimi versus:

Cum primum istorum conduxit mensa chora-
 gum,

Sexq; Deos vidit Mællia, sexq; Deas:
 Impia dum Phœbi Casar mendacia ludit,

Dum noua Diuorum cenat adulteria:
 Omnia se à terris tunc numina declinarunt,
 Fugit & auratos Iuppiter ipse thronos.
 Auxit cenæ rumore summa tunc in ciuitate
 penuria ac fames. Acclamatumq; est postridie,
 frumentum omne Deos comedisse, & Cesarem
 planè esse Apollinem. sed & tortorè: quo cogno
 mine is Deus quadam in parte vr̄bis colebatur.
 Nota pretiosæ supellectilis eius, & alex
 lus per eum dilectus. 71

NOtatus est vt pretiosæ supellectilis, Corin
 thiorumq; præcudibus, & alex indulgēs.
 Nam & proscriptionis tempore ad statuā eius
 adscriptum est:

Pater argentarius, ego Corinthiarius.

Cùm existimaretur quosdam propter vasa Co
 rinthia inter prosriptos curasse referendos. Et
 deinde bello Siciliensi epigrāma vulgatum est:

Postquàm bis classe victus naues perdidit,

Aliquando vt vincat, ludit assiduè aleam.

Ex quibus siue criminibus, siue maledictis in
 famiā impudicitie facillimè refutauit, & præ
 sentis, & postera vite castitate. Item lautitia
 rum inuidiā, cùm & Alexandria capta, nihil
 sibi præter vnum myrrhinum calicem, ex in
 strumento regio retinuerit, & mox vasa aurea
 assiduisissimi vsus conflauerit omnia. Circa libi
 dines hæsit. Postea quoq; (vt ferunt) ad vitian
 das virgines præptior, quæ sibi vndiq; etiam ab

vxore

uxore conquirentur. Aleæ rumorē nullo modo
 expauit : lusitq; simpliciter, & palàm oble-
 ctamenti causa etiã senex; ac, præterquàm De-
 cembre mense, alijs quoq; festis, profestisq; die-
 bus. Nec id dubium est autographa quadam
 epistola : Cœnauit (ait) mi Tyberi cum ijsdem.
 Accesserūt conuiuia Vinitius, & Syluius pater.
 Inter cœnam lusimus yegoulinos & heri, &
 hodie. Talis enim iactatis, vt quisque canē, aut
 senionem miserat, in singulos talos singulos de-
 narios in mediū conferebat : quos tollebat vni-
 uersos qui Venerem iecerat. Et rursus alijs lite-
 ris: Nos mi Tyberi Quinquatrijs satis iucundè
 egimus. Lusimus enim per omnes dies, forumq;
 aleatorium calfecimus. Frater tuus magnis cla-
 moribus rem gessit. Ad summam tamen perdi-
 dit non multum. sed ex magnis detrimentis præ-
 ter spem paulatim retractus est. Ego perdidit vi-
 ginti millia nummūm meo nomine : sed cum ef-
 fuse in lusu liberalis fuissē, vt soleo plerunq;
 Nã si quas manus remisi cuique exegissē, aut
 retinuissem quod cuique donauit, vicissē vel L.
 millia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me
 ad cælstem gloriam efferet. Scribit ad filiam:
 Nisi tibi denarios CCL. quos singulis conuiujs
 dederam, si vellent inter se inter cœnã vel talis,
 vel par impar ludere.

Continentia, & habitationes
 eiusdem.

IN ceteris partibus vitæ cōtinentissimū fuisse
 constat, ac sine suspitione vllius vitij. Habi-
 tauit primò iuxta Romanum forum supra sca-
 las annularias, in domo, quæ Calvi Oratoris
 fuerat: postea in Palatio sed nihilominus edi-
 bus modicis Hortensianis, & neq; laxitate, neq;
 cultu cōspicuis: vt in quibus porticus breues es-
 sent Albanarum columnarum, & sine marmo-
 re vlllo, aut insigni pavimento conclauia. Ac per
 annos amplius XL. eodem cubiculo hyeme, &
 æstate mansit, quamuis parum salubrem vale-
 tudini suæ urbem hyeme experiretur, æstueq;
 in vrbe hyemaret. Si quando quid secretò, aut
 sine interpellatione agere proposuisset, erat illi
 locus in edito singularis, quem Syracusas, &
 τριχόφυον vocabat. Huc transibat, aut in ali-
 cuius libertinorum suburbanum: eger autem
 in domo Mecænatis cubabat. Ex secessibus præ-
 cipuè frequentauit maritima, insulasq; Cam-
 panie, aut proxima vrbi oppida. Lanuuium,
 Præneste, Tybur: vbi etiam in porticibus Her-
 culis templi per sepe ius dixit. Ampla, & ope-
 rosa prætoria grauabatur, & neptis quidem
 suæ Iulia profuse ab ea extracta etiam diruit
 ad solum. Sua verò quamuis modica, non tam
 statuarum tabularumque pictarum ornatu,
 quàm xystis, & nemoribus excoluit, rebusq; ve-
 rustate ac raritate notabilibus: qualia sunt Ca-
 prois immanium beluarum, ferarumq; membra

prag

pregrandia, quæ dicuntur Gigantum ossa, & arma Heroum.

De parsimonia, supellectili, & vestimentis eius. 73

INstrumenti eius, & supellectilis parsimonia. Apparet etiam nunc residuis lectis, atque mensis, quorum pleraq; vix priuata elegantia sint. Ne toro quidem cubuisse aiunt, nisi humili, & modicè instrato. Vestis non temere alia, quàm domestica vsus est, ab vxore, & sorore, & filia neptibusq; confecta. Togis neq; restrictis, neq; fufis. Clauo nec lato, nec angusto: calceamentis altiusculis, vt procerior, quàm erat, videretur. Et forensia autem, & calceos nunquam non intra cubiculam habuit ad subitos repentinosq; casus parata.

Conuiuia, & cœnæ eiusdem. 74

Conuiuabatur assiduè, nec vnquam nisi reeta, non sine magno ordinum, hominumq; delectu. Valerius Messala tradit, neminem vnquam libertinorū adhibitum ab eo cœnæ, excepto Mena. sed asserto in ingenuitatem. Post proditam Sexti Pompeij classem, ipse scribit inuitasse sequendā, in cuius villa maneret, qui speculator suus olim fuisset. Cōuiuia nonnunquam & serius inibat, & maturius relinquebat. cū conuiuia & cœnare inciperent priusquàm ille discumberet, & permanerent digressoro. Cœnam ternis ferculis: aut, cū abundantissimè, sens

senis præbebat, vt non nimio sumptu, ita summa comitate. Nam & ad cõunionem sermonis tacentes, vel submissim fabulantes provocabat, & aut acroamata, & histriones, aut etiam triviales ex circo ludos interponebat, ac frequentissimè aretalogos.

Celebratio festorum & solennium dierum. 75

FEstos & solennes dies profusissimè, nonnunquam ioculariter tantum celebrabat. Saturnalibus, & quando alias libuisset, modò munera diuidebat, vestè, & aurum, & argentum: modò nummos omnis notæ, etiam veteres regios, ac peregrinos: interdum nihil præter ciliacia, & spongias, & rutabula & forpices, atq; alia id genus titulis obscuris, & ambiguis. Solebat & inæqualissimarũ rerum sortes, & auersas tabularum picturas in convivio venditare: incertoq; casu spè mercantiũ vel frustrari, vel explere: ita vt per singulos lectos licitatio fieret, & seu iactura, seu lucrum communicaretur.

Cibi eius, & comedendi horæ. 76

Cibi (nam ne hoc quidem omiserim) minimi erat, atq; vulgaris ferè. Secundarium panẽ, & pisciculos minutos, & caseum bubulũ manu pressum, & ficos virides biferas maximè appetebat: vescebaturq; & ante cenã quocunque tempore, & loco, quo stomachus desiderasset. Verba ipsius ex epistolis sunt: Nos in essedo panem,

panem, & palmulas gustauimus. Et iterum: Dum lectica ex regia domū redeo, panis vnciā eū paucis acinis vna duracinē comedi. Et rursus ne Iudaeus quidem, mi Tyberi, tam diligenter sabbatis ieiunium seruat, quā ego hodie: ser- Oct
 nauī: qui in balneo demum post horam primam noctis duas buccas māducaui prius, quā vngi inciperem. Ex hac obseruātia nō unquā vel ante iuitum, vel post dimissum conuiuū solus cœnitabat, cū pleno conuiuio nihil tangeret.

Parīmonia eius in potu.

77

Vini quoque natura parcissimus erat. Nō amplius ter bibere eum solitū super cœnā in castris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit. Postea quoties largissimē se inuitaret, senos sextantes non excessit: aut si excessisset, reijciebat. Et maximē delectatus est Rhetico, neque temere interdū bibit. Pro potione sumebat perfusum aqua frigida panem, aut cucumeris frustum, vel lactucula thyrsū, aut recens acidūmue pomum succi vinosioris.

Quid post cibum agebat.

78

Post cibum meridianū ita vt vestitus, calceatusque erat, reiectis pedibus paulisper conuiescebat, opposita ad oculos manu. A cœna se in lecticulā lucubratoriam recipiebat. Ibi donec residua diurni actus, aut omnia, aut ex maxima parte cōficeret, ad multā noctem permanebat. In lectum inde transgressus, non amplius plus

plius cū plurimum quā septem horas dormiebat, ac ne eas quidem continuas, sed vt in illo temporis spatio ter, aut quater expergisceretur. Si interruptū somnū recuperare (vt euenit) non posset, lectioribus, aut fabulatoribus accersitis resumebat, producebatq; vltra primam sepe lucem. Nec in tenebris vigilauit vnquā, nisi assidente aliquo. Matutina vigilia offendebatur: ac si vel officij, vel sacri causa maturius vigilandum esset, ne id cōtra commodum faceret. in proximo cuiuscunq; domesticorum cenaculo manebat. Sic quoque sepe indigens somni, & dum per vicos deportaretur, & deposita lectica inter aliquas moras condormiebat.

Statura corporis, & mēbrorum eius. 79

Forma fuit eximia, & per omnes etatis gradus venustissima, quanquam & omnis lenocinij negligens, & in capite comendo tam incuriosus, vt raptim compluribus simul tonsoribus operam daret, ac modò ronderet, modò raderet barbam: eoq; ipso tēpore aut legeret aliquid, aut etiam scriberet. Vultu erat vel in sermone, vel tacitus adeò tranquillo, serenoq; vt quidam è primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitum, ac remollitum, quo minus vt destinaret, in transitu Alpium per simulationem colloquij propius admissus, in precipitium propelleret. Oculos habuit claros, ac nitidos, quibus etiam existimari volebat inesse

esse quiddam diuini vigoris, gaudebatq; si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem Solis vultum submitteret: sed in senecta sinistro minus vidit. Dentes raros, & exiguos, & scabros: capillum leuiter inflexū, & sufflauum, supercilia coniuncta, mediocres aures, nasum & à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem: colorem inter aquilum candidumq;, staturam breuem: quam tamē Iulius Marathus libertus etiam in memoriam eius quinque pedū, & dodrātis fuisse tradit, sed quæ cōmoditate, & æquitate mēbrorum occuleretur, vt non nisi ex comparatione astantis alicuius procerioris intelligi posset.

Maculæ, & membra inualida corporis eius. 80

Corpore traditur maculoso, dispersis perpectus, atq; aluum genitiuis notis, in modum, & ordinem, ac numerum stellarum celestis Vrse, sed & callis quibusdam ex prurigine corporis, assiduoq; & reuolenti strigilis vsu, plurifariam cōtractis, ad impetiginis formam. Coxendice, & femore, & crure sinistro, non perinde valebat, vt sepe etiam inde claudicaret: sed remedio arenarum, atque arundinum confirmabatur. Dextra quoque manus digiti salutare, tam imbecillum interdum sentiebat, vt torpentem contractumq; frigore, vix cornei circuli supplemento scripturæ admoueret.

Quest.

Questus est & de vesica, cuius dolore, calculis demum per vrinam effectus leuabatur.

Infirmitates eiusdem. 81

GRaves, et periculosas valetudines per omnem vitam aliquot expertus est, præcipuè Cantabria domita: cum etiam distillationibus, iecinore vitiato, ad desperationem reductus, contrariam, & ancipitem rationem medendi necessario subiit: quia calida fomenta non proderat, frigidus curari coactus, autore Antonio Musa. Quasdam & anniuersarias, ac tempore certo recurrentes experiebatur. Nam sub natalem suum plerumque languēbat: & initio veris præcordiorum inflatione tentabatur, austrinis autem tempestatibus grauedine. Quare quassato corpore, neque frigora, neque æstus facile tolerabat.

Cultus corporis eius in via, & itinere. 82

Heme quaternis cum pingui toga tunicis, et subucula thorace laneo, et feminalibus, et tibialibus muniebatur: Aestate apertis cubibiculi foribus, ac sepe in peristylo saliente aqua, atque etiam ventilante aliquo cubabat. Solis verò ne hyberni quidem patiens, domi quoque non nisi petasatus sub dio spatiabatur. Itinera lectica. & noctibus ferè, eaque lenta, ac minuta faciebat, vt Præneste, vel Tybur biduo procederet. Ac si quò peruenire mari posset, potius nauigabat. Verum tantam infirmitatem magna cura tuebatur, imprimis lauandi rari

di raritate. Ungebatur etiam sepius, sudabat ad flammam: deinde perfundebatur egelida aqua, vel sole multo calefacta. At quoties nervorum causa, marinis, Albulisq; calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo folio, quod ipse Hispanico verbo durentam vocabat, manus ad pedes alternis iactaret.

Exercitia eiusdem.

83

EXercitationes campestris equorum, & ar morum statim post civilia bella omisit, & ad pilam primò folliculumq; transit: mox nihil aliud quàm vectabatur, & deambulabat: ita ut in extremis spatijs subsultim decurreret, sestertio vel lodicula inuolutus. Animi laxandi causa modò piscabatur hamo: modò talis, aut oscillatis nucibusq; ludebat cum pueris minutis, quos facie, & garrulitate amabiles vndiq; conquirebat, præcipuè Mauros, & Syros. Nam pumilos, atq; distortos, & omnis generis eiusdem, ut ludibria nature, maliq; omnis abhorrebat.

Eloquentia eius, & ars oratoria.

84

Eloquentiam, studiaq; liberalia ab etate prima cupide, & laboriosissimè exercuit. Mutinensi bello in tanta mole rerum, & legisse, & scripsisse, & declamasse quotidie traditur. Nam deinceps neq; in senatu: neq; apud populū, neq; apud milites locutus est unquam, nisi meditata, & composita oratione, quamvis

non deficeret ad subita extemporali facultate. Ac ne periculum memorie adiret, aut in ediscendo tempus absumeret, instituit recitare omnia. Sermones quoque cum singulis, atque etiam cum *Liuis* sua grauiore, non nisi in scriptis, & è libello habebat: ne plus, minusue loqueretur ex tempore. Pronuntiabat dulci, & proprio quodam oris sono: dabatque assidue phonasco operam: sed nonnunquam infirmatis faucibus, praconis voce ad populum concionatus est.

Libri, & opuscula per eum edita: 85

Multa varij generis prosa oratione composuit: ex quibus nonnulla in caeteris familiarium, velut in auditorio recitauit, sicut rescripta *Bruto* de *Catone*. Quae volumina cum iam senior ex magna parte legisset, fatigatus, *Tiberio* tradidit perlegenda. Item hortationes ad *Philosophiam*, & aliqua de vita sua, quam tredecim libris *Cantabrico* tenus bello, nec ultra exposuit. Poeticam summam attigit. Unus liber extat scriptus ab eo hexametris versibus, cuius & argumentum & titulus est, *Sicilia*. Extat alter aequè modicus epigrammatum, quae ferè tempore balnei meditabatur. Nam tragediam magno impetu exorsus, non succedente stylo aboleuit: quærentibusque amicis quidnam *Aiax* ageret, respondit *Aiacem suum* in spongiam incubuisse.

Stylus, & genus loquendi eiusdem. 86

Genus

GENUS eloquendi secutus est elegans, & temperatum, vitatis sententiarum ineptijs atq; inconcinnitate, & reconditorum verborum, vt ipse dicit, factoribus. Precipua m̄q; curam duxit, sensum animi quàm apertissimè exprimere. Quod quo facilius efficeret, aut ne vbi lectorem, vel auditorem obturbaret, ac morraretur, neq; præpositiones verbis addere, neq; coniunctiones sæpius iterare dubitauit, quæ detractæ afferunt aliquid obscuritatis, nisi gratiam augent. Caco Zelos, & antiquarios, vt diuerso genere vitiosos, pari fastidio spreuit. Exagitabat nonnunquam in primis Meccenatem suum, cuius myrobrecheis (vt ait) cinninos vsquequaque persequitur, & imitando per iocū irridet. Sed nec Tyberio parcit, & exoletas interdum, & reconditas voces occupanti. Marcum quidem Antonium, vt insanum, increpat, quasi ea scribentem, quæ mirentur potius homines quàm intelligant. Deinde ludens malū, & inconstans in eligendo genere dicendi ingenium eius, addidit hæc, Tu que dubitas Cimbérne Aunius, an Verrius Flaccus imitandi sint tibi? ita vt verbis, quæ Crispus Sallustius excerpfit ex originibus Catonis, vtaris? an potius Asiaticorum oratorum inanibus sententijs, verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda? Et quadam epistola Agrippinæ neptis ingenium collaudans, Sed opus est, inquit, da-

re te operam, ne molestè scribas, aut loquaris.

Vsurpatione quorundam sermonum
eiusdem.

87

Quotidiano sermone quedam frequentius,
& notabiliter vsurpasse eum literæ ipsius
autographæ ostentant. In quibus identidem
cum aliquos nunquam soluturos significare
vult, Ad calendæ Græcas soluturos ait: &
cum hortatur ferenda esse præsentia, qualia-
cunq; sint, Contenti simus hoc Catone. Et ad
exprimendam festinatæ rei velocitatem, Velocius quàm asparagi coquantur. Ponit assidue
& pro stulto, baceolum: & pro pullo, pulleia-
ceum: & pro cerito, vacerosum: & vapide sese
habere, pro malè: & betizare, pro languere:
quod vulgò lachanizare dicitur. Item simus
pro sumus: & domos genitiuo casu singulari,
pro domus. Nec vnquam aliter hæc duo, ne
quis mendam magis quàm consuetudinem pu-
tet. Notavi & in chiragrapho eius illa præci-
puè, non diuidere verba, nec ab extrema parte
versuum abundantes literas in alterum trans-
fert, sed ibidem statim subicit, circumducitq;.

Orthographia, & modus scriben-
di eiusdem.

88

Ortographiam, id est, formulam, ratio-
nemq; scribendi à grammaticis institu-
tam non adeò custodit: ac videtur eorum sequi
potius opinionem, qui perinde scribendum, ac lo-
quem

quendum existiment. Nam quòd saepe non literas modò, sed syllabas aut permutat, aut prae-terit, communis hominum error est. Nec ego id notare, nisi mihi mirũ videretur tradidisse aliquos legato eũ consulari successorẽ dedisse, vt rudis, & indocto, cuius manu ixi pro ipsi scriptum animaduertit. Quoties autem per notam scribit b, pro a : c, pro b, ac deinceps eadem ratione sequẽtes literas ponit. Pro x, autem duplex aa-

Peritia eius, & vsus Græcarũ literarum, cum benigna audientia aliorum. 89

NE Græcarum quidem disciplinarum leuiore studio tenebatur: in quibus & ipsis præstabat largiter, magistro dicendi vsus Apollodoro Pergameno, quem iam grandem natu, Apolloniam quoq; secũ ab vrbe iuuenis adhuc eduxerat. Deinde etiã eruditione varia repletus Sperarci Philosophi, filiorũq; eius Dionysij & Nicanoris contubernium inijt: non tamen vt aut loqueretur expedite, aut componere aliquid auderet. Nam & si quid res exigeret, Latine formabat, vertendumq; alij dabat. Sed planè poematũ quoq; non imperitus, delectabatur etiam comædia veteri, & saepe eam exhibuit publicis spectaculis. In euoluendis vtriusq; linguae autoribus, nihil æquè sectabatur, quam præcepta, & exempla publicè vel priuatim salubria: eaq; ad verbum excepta, aut ad domesticos, aut ad exercituum, provinciarumq; recto-

res, aut ad vrbis magistratus plerūq; mittebat, prout quiq; monitione indigerent. Etiam libros totos & Senatui recitauit, & populo notos per edictum sepe fecit: vt orationes Q. Metelli de prole augēda, & Rutilij de modo edificiorum: quò magis persuaderet, vtranque rem non à se primò animaduersam, sed antiquis iam tūc curae fuisse. Ingenia seculi sui omnibus modis fouit. Recitātes & benignè, & patiēter audiuit: nec tantūm carmina, & historias, sed & orationes, & dialogos. Componi tamen aliquid de se, nisi & serio, & à præstantissimis, offendebatur: admonebatq; Prætores, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolesceri.

Observatio religionum eius. 90

Circa religiones talem accepimus: Toni-
trua, & fulgura paulò infermius expa-
uescebat: vt semper, & vbiq; pellem vituli ma-
ximi circumferret, pro remedio: atq; ad omnem
maioris tempestatis suspicionem in abditum,
& concameratum locum se reciperet: conster-
natus olim per nocturnum iter transcurso ful-
guris, vt suprà diximus.

Observatio somniorum eius. 91

Somnia neq; sua, neque aliena de se negligebat, Philippensi acie quamuis statuisset non egredi tabernaculum, propter valetudinem, egressus est tamen medici somnio monitus: cessitq; res prosperè, quando captis castris, lectica

eius,

eius, quasi ibi cubans remansisset, concursu hostium confossa, atque lacerata est. Ipse per omnes res, plurima, & formidolosissima, & vana, & irrita videbat: reliquo tempore rariora, & minus vana. Cùm dedicatam in Capitolio eadem tonanti Ioui assidue frequentaret, somniauit queri Capitolinum Iouem cultores sibi abduci: seq; respondisse, Tonantem pro ianitore ei appositum: ideoq; mox tintinnabulis fastigium edis redimiuit, quòd ea ferè ianuis dependebat. Ex nocturno visu etiam stipem quotannis die certo emendicabat à populo, cauam manum asses porrigentibus præbens.

Observatio auspicioꝝ eius. 92

Auspicia, & omnia quidem pro certissimis observabat: Si manè sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero induceretur, ut dirum: si terra, marisue, ingrediēte se longinquam profectioem, fortè rorasset, ut letum, maturiq; , & prosperi reditus. Sed & ostentis præcipuè movebatur. Enatam inter iuncturas lapidum ante domum suam palmam, in compluuium Deorum penatium transtulit, utq; coalesceret, magnopere curauit. Apud insulam Capreas, veterrimæ ilicis dimissos iam ad terram, languentesq; ramos conualuisse aduentu suo, adeò letatus est, ut eas cum Republica Neapolitanorum permutauerit, Aenaria data. Observabat & dies quosdam, ne aut postridie

nundinas quoquam proficisceretur, aut Nonis quicquam rei seriæ inchoaret: nihil in hoc quidem aliud deuotans, vt ad Tyberium scribit, quàm *Δυστυχία* ominis.

Obseruatio peregrinarum ceremoniarum eius. 93

Peregrinarum ceremoniarum, sicut veteres, ac receptas reuerentissimè coluit, ita cæteras contemptui habuit. Nanque Athenis initiatus, cum postea Romæ pro tribunali de privilegio Sacerdotum Atticæ Cereris cognosceret, & quedam secretiora proponerentur, dimisso concilio, & corona circumstantium, solus audire disceptantes. At contra non modò in peragrada Aegypto paulò deflectere ad visendum Apin supersedit, sed & Caium nepotè, quòd Iudæam præteruehens apud Hierosolymam non supplicasset, collaudauit.

Septemdecim præfagia, per quæ eius felicitas prænosci potuit. 94

Et quoniam ad hoc ventum est, non ab re fuerit subtexere, quæ ei prius, quàm nasceretur, & ipso natali die, ac deinceps euenerint, quibus futura magnitudo eius, & perpetua felicitas sperari, animaduerti que posset. Velitris antiquitus tacta de cælo parte muri, responsum est, eius oppidi ciuè quandoque rerum potiturum: qua fiducia Velitri, & tunc statim, & postea sapius penè ad exitium sui cum populo Romano bellig

belligerauerant : serò tandem documentis appa-
 ruit, ostentum illud Augusti potentiam porten-
 disse. Autor est Iulius Marathus, ante paucos
 quàm nasceretur menses, prodigium Roma fa-
 ctum publicè, quo denuntiabatur regem pop-
 Rom. Naturam parturire : Senatū exterritum
 censuisse, ne quis illo anno genitus educaretur:
 eos, qui gravidas vxores haberent, quò ad se
 quisque spem traheret, curasse, ne Senatus consul-
 tum ad ararium deferretur. In Asclepiadis
 Mendetis Proxoy's μύθηων libris lego, Acciã, cum
 ad solenne Apollinis sacrum media nocte venis-
 set, posita in templo lectica, dum cetera matro-
 na dormirent, obdormisse : draconemq; repente
 irrepsisse ad eam, pauloq; post egressum, illamq;
 expergesactam quasi à concubitu mariti puri-
 ficasse se: & statim in corpore eius extitisse ma-
 culã, velut depicti draconis : nec potuisse vnquã
 eximi, adeò vt mox publicis balneis perpetuò
 abstinerit. Augustum natum mense decimo,
 & ob hoc Apollinis filiū existimatū. Eadem
 Accia prius quàm pareret, somnauit intesti-
 na sua ferri ad sidera, explicariq; per omnem
 terrarum & cœli ambitum. Semnauit & pa-
 ter Octavius, vtero Acciã, iubar Solis exortū.
 Quo natus est die, cum de Catilinæ coniuratio-
 ne ageretur in curia, & Octavius ob vxoris
 puerperium serius adfuisset, nota ac vulgata res
 est, P. Nigidium comperta mora causa, vt ho-

ram quoque partus acceperit, affirmasse, domi-
 num terrarum orbi natum. Octavio postea cum
 per secreta Thraciæ exercitum duceret, in Li-
 beri patris luco barbara ceremonia de filio con-
 sulenti, idem affirmatū est à sacerdotibus, quòd
 infuso super altaria mero tantum flammæ emi-
 cuisset, vt supergressa fastigium templi ad cœ-
 lum vsque ferretur: vniq; olim omnino Magnò
 Alexandro apud easdem aras sacrificanti, si-
 mile prouenisset ostentum. Atque etiam se-
 quenti nocte statim videre visus est filium mor-
 tali specie ampliorem, cum fulmine, & sceptro,
 exuvijsq; Iouis Opt. Max. ac radiata corona
 super laureatum currum, bisseis equis candore
 eximio trahentibus. Infans adhuc, vt scriptum
 apud Caium Drusum extat, repositus vespere
 in cunas à nutricula loco plano postera luce
 non comparuit: & diu questus tandem in al-
 tissima turri repertus est, iacens contra Solis
 exortum. Cùm primùm fari cœpisset, in auito
 suburbano obstrepentes fortè ranas silere iussit:
 atque ex eo negantur ibi ranae coaxare. Ad
 quartum lapidem Campanæ viæ, in nemore
 prandenti, ex improvise aquila panem ei è ma-
 nu rapuit: & cum altissimè volasset, rursus ex
 improvise leniter delapsa reddidit. Quintus
 Catulus post dedicatū Capitolium duabus con-
 tinuis noctibus somniavit: Prima Iouem Opt.
 Max. pretextatis compluribus circum aram
 ludent

iudentibus, unum secreuisse, atq; in eius sinum
 signum Reipub. quod manu gestaret, reposuisse:
 atque insequenti animadvertisse se in gremio Ca-
 pitolini Iouis eundem puerum: quem cum detra-
 hi iussisset, prohibitum monitu Dei, tanquam
 is ad tutelam Reipub. educaretur. Ac die pro-
 ximo obviam sibi Augustum cum incognitum
 aliàs haberet, non sine admiratione contuitus,
 simillimū dixit puero, de quo somniasset. Qui-
 dam prius somnium Catuli aliter exponunt,
 quasi Iupiter compluribus praeextatis tutorem
 à se poscentibus, unum ex eis demonstrasset, ad
 quem omnia desideria sua referrent: eiusq; oscu-
 lum delibatum digitis ad os suum retulisset.
 Marcus Cicero Caium Caesarem in Capitolium
 profectus, somnium pristinae noctis familiari-
 bus fortè narrabat: Puerum facie liberali, de-
 missum caelo, catena aurea ad fores Capitoliū
 constituisse, eiq; Iovem flagellum tradidisse: de-
 inde repente Augusto viso, quem ignotum ad-
 huc plerisque auunculus Caesar ad sacrificandū
 acciuerat, affirmavit ipsum esse, cuius imago
 secundum quietem sibi obuersata sit. Sumentis
 virilē togā, tunica lati clavi resuta ex utraque
 parte, ad pedes decidit. Fuerunt, qui interpre-
 rentur, non aliud significare, quàm . . . is ordo,
 cuius insigne id esset, quandoq; . . . et subūceretur.
 Apud Mundam D. Iovis castris locum ca-
 piens, cum sylvam cederet, arborem palmae re-
 pertam

pertam, conseruari, vt omen, victoria, iussit. Ex ea continuò enata soboles, adè in paucis diebus adoleuit, vt non equipararet modò matricem, verùm etiam obtegeret, frequentareturq; columbarum nidis: quamuis id auium genus duram, & asperam frondem maximè vitet. Illo & precipuè ostento motum Casarem ferunt, ne quem alium sibi succedere, quàm sororis nepotem vellet. In secessu Apollonia Theogenis mathematici pergulam comite Agrippa ascenderat: cum Agrippa, qui prior consulebat, magna, & penè incredibilia prædicerentur, reticere ipse genituram suam, nec velle edere, perseuerabat: metu, ac pudore, ne minor inueniretur. Qua tamen post multas adhortationes vix & cunctanter edita, exiliuit Theogenes, adtrauitq; eum. Tantam mox fiduciam, fatis Augustus habuit, vt thema suum vulgauerit, nulumq; argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percussit.

Prodigia, quæ post necem Iulij ipsi Augusto euenerunt. 95

Post necem Casaris reuerso ab Apollonia, & ingrediente eo urbem, repente liquido, & sereno caelo, circum Solis ambit, ac subinde Iuliae Casaris filiae monumentum fulmine ictum est. Primum autem Consulatum ei augurium capienti, duodecim se vultures, vt Romulo, ostenderunt: & immo

& immolanti omnium victimarum iecinora replicata intrinsecus ab ima fibra patuerunt, nemine peritorum aliter coniectante, quàm læta per hæc, & magna portendi.

Prodigia per quæ præsensit euentum bellorum suorum.

96

Quin & bellorum omnium euentus antè præsensit. Contraclis ad Bononiã Triumvirorum copijs, Aquila tentorio eius superse- dens, duos coruos hinc & inde infestantes, afflixit, & ad terram dedit: notante omni exercitu, futuram quandoque inter collegas discor- diam talem, qualis secuta est, ac exitum præsa- giente. In Philippis Thessalus quidam de fu- tura victoria nuntiavit, autore D. Cesare, cu- ius sibi species itinere auio occurrisset. Circa Perusiam, sacrificio non litante, cùm augeri ho- stias imperasset, ac subita eruptione hostes omnem rei diuinæ apparatus abstulissent, con- stitit inter Aruspices, quæ periculosa, & ad- uersa sacrificanti denuntiata essent, cuncta in ipsos recasura, qui exta haberent. Neque aliter euenit. Pridie quàm Siciliensem pugnam classe committeret, de ambulanti in litore piscis è ma- ri exiit, & ad pedes iacuit. Apud Actiu- descendenti in aciem, asellus cum ^{cautio} oc- currit: Eutyclus homini, huius Nicon erat nomen. Vtriusque simulacrum aneum victor posuit in templo, in quod castrorum suorum locum

locum vertit.

Ostenta prænuntiantia mortē eius. 97

MOrs quoque eius, de qua dehinc dicam, di-
 Muinitasq; post mortem, euentissimis o-
 stentis, præcognita est. Cū lustrū in cāpo Mar-
 tio magna populi frequētia conderet, aquila eū
 sæpius circumuolauit: transgressaq; in vicinam
 eadem, super nomē Agrippæ, ad primam literam
 sedit. Quo animaduerso, vota, quæ in proximō
 lustrum suscipi mos est, collegam suum Tybe-
 rium nuncupare iussit. Nam se, quanquam con-
 scriptis, paratisq; iam tabulis, negauit susceptu-
 rum, quæ non esset soluturus. Sub idem tempus
 ictu fulminis ex inscriptione statuæ eius prima
 nominis litera effluxit. Responsum est, centū so-
 los dies posthac victurum, quem numerum c. li-
 tera netaret, futurumq; ut inter Deos referre-
 tur, quod a sar, id est, reliqua pars è Casaris no-
 mine, Hetrusca lingua Deus vocaretur. Tybe-
 rium igitur in Illyricum dimissurus, & Bene-
 uentum vsque persecuturus, cū interpellatores
 alijs, atque alijs causis in iure dicēdo detinerēt,
 exclamauit, quod & ipsum mox inter omina
 relatum est: Non, si omnia morarentur, amplius
 se posthac Romæ futurum. Atque itinere inchoa-
 turam perrexit: & inde, præter consuetu-
 dinem de ^{be} ad occasionem auræ euectus est.

Causæ inuicem, & gesta

in eadem.

28

Causam

Causam valetudinis contraxit ex profu-
 Ciuo alui. Tunc Campaniae ora, proxi-
 misque insulis circuitis, Caprearum quoque se-
 cessui quatrimum impendit: remississimo ad
 otium, & ad omnem comitatem animo. Fortè
 Puteolanum sinum prætervehèti vectores, nau-
 teq; de naui Alexandrina, quæ tunc quidem
 appulerat, candidati, coronatiq; & tura liban-
 tes, fausta omnia, & eximias laudes congesse-
 rant: Per illum se vivere, per illum navigare,
 libertate atque fortunis per illum frui. Qua re
 admodum exhilaratus, quadragenos aureos
 comitibus diuisit: iusq; iurandum, & cautio-
 nem exegit à singulis, non aliò datam sum-
 mam, quàm in emptionem Alexandrinarum
 mercium absumpturos. Sed & ceteros conti-
 nuos dies inter varia munuscula, togas insu-
 per, ac pallia distribuit: lege proposita, vt Ro-
 mani Græco, Græci Romano habitu, & ser-
 mone vterentur. Spectauit assiduè & exercen-
 tes ephēbos, quorum aliqua adhuc copia ex ve-
 tere instituto Capreis erat. Iisdem etiã epulum
 in conspectu suo præbuit, permissa, imò exacta
 iocandi licentia, diripiendiq; pomorum, & obs-
 niorum, rerumque misbiliùm. Nullo denique
 genere hilaritatis abstinuit. Vicinam Capreis
 insulam ἀργυρόρον appellabat, à desidia
 secedentium illuc è comitatu suo. Sed ex dile-
 ctis vnum Masgabam nomine, quasi condito-

tem insula uſitum vocare conſueuerat. Huius
Maſgabæ, ante annum defuncti, tumultu cum
ex triclinio animaduertiſſet, magna turba, mul-
tisq; luminibus frequētari, verſum compositum
ex tempore clarè pronuntiauit:

Κτίσθ' ἢ τὸ μὲν εἰς ὄρω πρὸ οὐρανῶν.

Conuerſusq; ad Thraſyllum Tyberij comitem
contrà accubantem, & ignarum rei interroga-
uit, cuiusnam poëtæ putaret eſſe. Quo haſitan-
te, ſubiicit alium:

ὄρως φάσσι Μασγάβου τιμῶμενον.

De hoc quoque cōſuluit. Cū ille nihil aliud re-
ſponderet, quàm cuiuſcūque eſſent, optimos eſſe:
cachinnum ſuſtulit, atque in iocos effuſus eſt.
Mox Neapolim traiecit, quanquam & tum
infirmis inteſtinis morbo variante, tamen &
quinquennale certamen gymnicum honori ſuo
inſtitutum perſpectauit, & cum Tyberio ad
deſtinatum locum contendit. Sed in redeundo,
aggrauata valetudine, tādē Nola ſuccubuit:
reuocatumq; ex itinere Tyberium, diu ſecreto
ſermone detinuit, neque poſt ulli maiori negotio
animum accommodauit.

Mors eius, & geſta per eundem. 99

Supremo die identidem exquirens, an iam
de ſe tumultus foris eſſet, petito ſpeculo ca-
pillum ſibi comi, ac malas labentes ſibi corrigi
precepit. Et amicos admiſſos percontatus,
ecquid hiſ videretur mimum vitæ commodè

transegisse: adiecit & clausulam:

Δότε μοι ἄπονον, καὶ πάντας ὑμᾶς μετὰ χαρᾶς
ἠΰπνισατε.

Omnibus deinde dimissis, dum aduenientes ab urbe de Drusi filia agra interrogabat, repente in osculis Liuiæ, & in hac voce defecit: Liuiæ, nostri cōiugij memor viue, ac vale: sortitus exitum facilem, et qualem semper optauerat. Nam ferè quoties audisset, citò, ac nullo cruciatu defunctum quæpiam, sibi & suis ὀδύνας οἰσίου similem (hoc enim & verbo uti solebat) precabatur. Vnum omnino ante efflatam animam signum alienate mentis ostēdit, quod subito pauefactus, à quadraginta se iuuenibus abripi questus est. Id quoq; magis presagium, quàm mentis diminutio fuit: siquidem totidē milites prætoriani extulerunt eum in publicum.

Dies mortis eius, & ætas, & ætatis
quæ eiusdem.

100

O Bijt in cubiculo eodem, quo pater Octavianus, duobus Sextis, Pompeio, & Apuleio eos s. decimoquarto Cal. Septembris, hora diei nona, LXX. & VI. ætatis anno, diebus V. & XXX. minus. Corpus Decuriones municipiorum, & coloniarum à Nola Bonillas usque deportarunt, noctibus propter anni tempus, cum interdum in basilica, cuiusque oppidi, vel in aede sacrarum maxima reponeretur. A Bonillis equester ordo suscepit, urbiq; intulit, atque in vestibulo

bulo domus collocavit. Senatus & in funere or-
vando, & in memoria honoranda eo studio cer-
tatim progressus est, vt inter alia complura cen-
suerint quidam funus triumphali porta ducen-
dum, precedente Victoria, qua est in curia, ca-
nentibus neniā principum liberis vtriusq; se-
xus. Alij exequiarum die ponēdos annulos au-
reos, ferreosque sumendos. nonnulli legenda ossa
per Sacerdotes summorum collegiorum. Fuit &
qui suaderet appellationem mensis Augusti in
Septembrem transferendam, quod hoc genitus
Augustus, illo defunctus esset. Alius, vt omne
tempus à primo die natalis vsq; ad exitū eius,
seculum Augustū appellaretur, & ita in fa-
stos referretur. Verūm adhibito honoribus mo-
do, bifariam laudatus est: Pro eade diui Iulij à
Tyberio, & pro Rostris sub veteribus, à Dru so
Tyberij filio, ac Senatorum humeris delatus in
campum, crematusq;. Nec defuit vir pratorius,
qui se effigiem cremati euntem in caelum vidisse
iurasset. Reliquias legerunt primores equestris
ordinis, tunicati, & discincti, pedibūque nudis,
ac in mausoleo condiderunt. Id opus inter Fla-
miniam viam, ripamque Tyberis, sexto suo
cōsulatu extruxerat: circumiectasq; sylvas, &
ambulationes in rsum populi tunc iam publi-
carat.

Testamentum & suprema volun-
tas eiusdem.

TESTAMENTÜ L. PLANCO, C. SILIO CONSULIBUS, III. NONAS APRILIS ANTE ANNÜ & IIII. MĒSES QUÄM DECEDERET. FACTÜ AB EO, AC DUBUS CODICIBUS, PARTIM IPSIVS, PARTIM LIBERTORUM POLYBÛ, & HILARIONIS MANU SCRIPTUM, DEPOSITUMQUE APUD SEX VIRGINES VĒSTALES, CUM TRIBUS SIGNATIS EQUĒ VOLUMINIBUS PROTULERUNT. QUÄ OMNIA IN SENATU APERTA, ATQ; RECITATA SUNT. HÆ REDES INSTITUIT PRIMOS, TYBERIVM EX PARTE DIMIDIA, & SEXTANTE, LIVIÄ EX PARTE TERTIA, QUOS & FERRE NOMĒ SUUM IUSIT: SECUNDOS, DRVSVM TYBERÛ FILIVM EX TRIENTE, & EX PARTIBUS RELIQUIS GERMANICVM, LIBEROSQ; EIVS TRES SEXVS VIRILIS: TERTIO GRADU, PROPINQVOS, AMICOSQ; COMPLURES. LEGAVIT POPULO ROMANO QUADRINGENTIES, TRIBVBUS TRICES QVINQVIES H. S. TRATORIANIS MILITIBUS SINGULA MILLIA NUMMORVM, COHORTIBVS VRBANIS QVINGENOS, LEGIONARIÛS TRECECOS NUMMOS, QUÄM SUMMAM REPRESENTARI IUSIT. NAM & CONFISCATAM SEMPER REPOSITÄMQUE HABUERAT. RELIQUA LEGATA VARIĒ DEDIT. PRODVXITQ; QUÄDÄ AD VICENA SĒSTERTIA, QUIBVS SOLVENDIS ANNUVM DIEM FINÛT, EXCUSATA REI FAMILIARIS MEDIOCRITATE, NEC PLUS PERVENTURVM AD HÆREDES SVOS, QUÄM MILLIES & QVINGENTIES PROFESSVS, QUÄMVIS XX. PROXIMIS ANNIS QUATERDECIES MILLIES EX TESTAMENTIS AMICORVM PERCEPISSET, QUÖD PENĒ OMNE CVM DVOBVS PATERNIS PATRIMONIÛS, CÆTERISQUE HÆREDITATIBVS IN REM PVBLICAM ABSVM-

psisset. Iulias filiã, neptemq; si quid his accidisset, vetuit sepulcro suo inferri. De tribus voluminibus, vno mandata de funere suo complexus est, altero indicem rerum à se gestarum, quem vellet incidi in aeneis tabulis, quæ ante mausoleum statueretur, tertio breuiarium totius Imperij, quantum militum sub signis ubiq; essent, quantum pecunia in ærario, & fiscis, & vectigalium residuis. Adiecit & libertorum, seruorumque nomina, à quibus ratio exigi posset.

C. SVETONII TRAN- QVILLI TYBERIVS

CAESAR.



ATRITIA gens Claudia (fuit enim & alia plebeia, nec potentia minor, nec dignitate) orta est ex Regillis, oppido Sabinorum. Inde Romam recens conditam cum magna clientum manu commigravit, autore Tito Tatío consorte Romuli: vel, quod magis cõstat, Appio Claudio gentis principis, post reges exactos, sexto ferè anno, à patribus in patritios cooptata. Agrum insuper trans Anienem cliẽtibus, lucumq; sibi ad sepulturam sub Capitolio publicè accepit. Deinceps procedente tẽpore, duodetriginta Cõsulatus, Dictaturas quinque Censuras septem, triumphos sex, duas

onatio

uationes adeptus est. Cum prænominibus, cognominibusque variis distingueretur, Lucij prænomen consensu repudiavit, postquam è duobus gentilibus præditis eo, alter latrocinij, cadis alter conuictus est. Inter cognomina autem, & Neronis assumpsit, quo significatur lingua Sabina fortis, ac strenuus.

Gens Claudiorum, & eorum gesta. 2

Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa etiã secus admissa in Remp. extant. Sed vt præcipua commemorem, Appius Cecus societatem cum rege Pyrrho, vt parum salubrem iniri dissuasit. Claudius Caudex primus freto classe transiecto, Pænos Sicilia expulit. Claudius Nero aduenientem ex Hispania cum ingentibus copiis Asdrubalẽ prius quàm Annibali fratri coniungeretur, oppressit. Contra Claudius Appius Regillanus decemvir legibus scribendis virginẽ ingenuam per vim libidinis gratia, in seruitutẽ asserere conatus, causa fuit plebi secedendi rursus à patribus. Claudius Drusus statua sibi cum diademate ad Appij forum posita, Italiam per clientelas occupare tentavit. Claudius Pulcher apud Siciliam uon pascentibus in auspicando pullis, ac per contemptum religionis mari demersis, vt biberent, quando esse nollent, prælium nauale iniit, superatusque, cum Dictatorem dicere à Senatu iuberetur, velut iterum illudens discrimini publico,

Alliciam viatorem suum dixit. Extat & femi-
 narum exēpla diuersa: Aequè siquidē gentis
 eiusdem vtraque Claudia fuit, & qua nauem
 eum sacris matris Deūm Idæa adherētem Ty-
 berino vado extraxit, precata propalam, vt ita
 demum se sequeretur, si sibi pudicitia constaret,
 & qua nouo more iudicium maiestatis apud po-
 pulum mulier subiit, quod in conferta multitu-
 dine agrè procedente carpento, palām optau-
 rit, vt frater suus Pulcher reuiuisceret, atq; ite-
 rum classē amitteret, quō minor turba Romæ
 foret. Præterea notissimum est, Claudios omnes,
 excepto duntaxat P. Clodio, qui ob expellen-
 dum vrbe Ciceronē, plebeio homini, atque etiam
 natu minori in adoptionem se dedit, optimates,
 assertorēsque vnicos dignitatis, ac potentia patri-
 tiorum semper fuisse, atque aduersus plebem adeo
 violentos ac contumaces, vt ne capitis quidem
 quisquam reus apud populum mutare vestem,
 aut deprecari sustinuerit, nonnulli in alterca-
 tione, & iurgio Trib. pleb. pulsauerint. Etiam
 virgo Vestalis fratrem iniussu populi trium-
 phantem, ascenso simul curru, vsque in Capito-
 liū profecuta est, ne vetare, aut interdicere fas
 cuiquam Tribunorum esset.

De qua stirpe Tyberius genus traxit. 3

EX hac stirpe Tyberius Caesar genus tra-
 hit, & quidem vtrunq; paternum à Tibe-
 rio Nerone, maternum ab Appio Pulchro, qui
 ambo

ambo Appij Caci filij fuerunt. Insetus est & Liniore familia, adoptato in eam materno auo. Quae familia, quanquam plebeia, tamen et ipsa admodum floruit octo Consulatus, Censuris duabus, triumphis tribus. Dictatura etiam, ac Magisterio equitum honorata: clara & insignibus viris, ac maximè Salinatore, Drususq;. Salinator vniuersas tribus in Censura notauit leuitatis nomine, quod cum se post priorem Consulatum multa irrogata cõdemnassent, cõsiterum Censoremque fecissent. Drusus hostium duce Drauso cominus trucidato, sibi, posterisque suis cognomen inuenit. Traditur etiam propretore ex provincia Gallia retulisse aurum, Senonibus olim in obsidione Capitolij datum, nec (vt fama est) extortũ à Camillo. Eius abnepos, ob eximiam aduersus Gracchos operam patronus Senatus dictus, filium reliquit, quem in simili dissensione multa variè moliètem, diuersa factio per fraudem interemit.

De patre Tyberij. 4

Pater verò Tyberij Quaestor Caij Caesaris, Alexandrino bello clãssi prapositus, plurimum ad victoriam contulit. Quare & Pontifex in locum Publij Scipionis substitutus, & ad deducendas in Galliam colonias, in quibus Narbona, & Arelate erãt, missus est. Tamen Cesare occiso, cunctis turbarum metu abolitionem facti decernentibus, etiam de premijs

tyrannicidarum referendum censuit. Prætura
 deinde functus, cùm exitu anni discordia inter
 Triumuiros exorta esset, retentis vltra iustum
 tempus insignibus, Lucium Antonium Consulem
 Triumuir fratrem ad Perusiam secutus, dedi-
 tione à cæteris facta, solus permāsit in partibus,
 ac primò Præneste, inde Neapolim euasit: seruis-
 q; ad pileum frustra vocatis, in Siciliam profugit.
 Sed indignè ferens, nec statim se in conspectum
 Sexti Pompeij admissum, & fascium vsu prohi-
 bitum, ad Marcum Antonium traiecit in Acha-
 iam. Cum quo breui reconciliata inter omnes
 pace, Romam redijt, uxoremq; Liviæ Drusil-
 lam, & tunc gravidam, & antè iam apud se
 Tyberium enixam, petenti Augusto concessit.
 Nec multò post diem obiit, utroq; liberorum su-
 perstitè, Tyberio, Drusoq; Neronibus.

Locus & tempus natiuitatis Tyberij. §

TYBERIUM quidam Fundis natum existima-
 uerunt, secuti leuè coniecturam, quòd ma-
 terna eius auia Fundana fuerit, & quòd mox
 simulacrum felicitatis ex Senatusconsulto pu-
 blicatum ibi sit. Sed vt plures certioresque tra-
 dunt, natus est Romæ in palatio, decimo sexto
 Cal. Decemb. M. Acmilio Lepido iterum, &
 Munatio Planco C O S. post bellum Philippen-
 se. Sic enim in fastos, actaque publica relatum
 est. Nec tamen desunt, qui partim anteceden-
 te anno, Hircij ac Pansæ, partim insequente,

Seruilij

Servilij Isaurici, Antoniique Consulatu genitum cum scribant.

Infantia & pueritia Tyberij. 6

Infantiam, pueritiamq; habuit luxuriosam, & exercitatum: Comes vsque quaque parentum fuga, quos quidem apud Neapolim sub irruptionem hostis nauigium clam petentes, vagitu suo penè bis prodidit: semel cum à nutricis ubere: item cum à sinu matris raptim auferretur ab iis, qui pro necessitate temporis mulierculas leuare onere tentabant. Per Siciliam quoq; & Achaiam circumductus, ac Lacedæmonijs publicè, qui in tutela Claudiorum erant, demadatus, digrediens inde itinere nocturno discrimen vitæ adiit, flamma repenti è syluis vndiq; exorta, adeoq; omnem comitatum circumplexa, vt Liuiæ pars vestis, & capilli amburentur. Munera, quibus à Pompeia Sexti Pompeij sorore in Sicilia donatus est, chlamys, & fibula, item Bullæ aureæ durat, ostendunturq; adhuc Baijs. Post reditum in urbem à Marco Gallio senatore testamento adoptatus, hereditate adita, mox nomine abstinuit, quod Gallius aduersarij Augusto partium fuerat. Nonè natus annos, defunctum patrem pro Rostri laudauit: dehinc pubescens, Actiacotriumpho currum Augusti comitatus est, sinistrore funali equo, cum Marcellus Octauia filius dexteriore veheretur. Praesedit et Actiaci ludis, et Troianis Circusibus

rensibus, ductor turmae puerorum maiorum.

Adolescentia, & vxores eius. 7

V Irilitoga sumpta, adolescentiam omnem, spatiaque insequentis etatis vsq; ad principatus initia, per hæc ferè transegit: Munus gladiatorium in memoriã patris, & alterum in aui Drusi dedit, diuersis temporibus, ac locis. Primum in foro, secundum in Amphitheatro, rudiarijs quoque quibusdam reuocatis, aut oramento centum millium. Dedit & ludos, sed absens: cuncta magnificè, impensa matris, ac ritrici. Agrippinam Marco Agrippa genitam, neptem Pomponij Attici equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistola, duxit vxorem: sublatoque ex ea filio Druso, quanquam bene conuenientem, rursumq; grauidam dimittere, ac Iuliam Augusti filia confestim coactus est ducere, non sine magno angore animi: cum & Agrippina consuetudine teneretur, & Iulia mores improbaret, vt quam sensisset, sui quoque sub priore marito appetentem, quod sanè vulgò etiam existimabatur. Sed Agrippinam & abegisse post diuortium doluit, & semel omnino ex occursum visam ad eò contentis & tumentibus oculis prosecutus est, vt custoditum fit, ne vnquam in cõspectum eius posthac veniret. Cum Iulia primò concorditer, & amore mutuo vixit, mox discedit, & aliquantò grauius, vt etiam perpetuò secubaret, intercepto

communis filij pignore, qui Aquileia natus in-
fans extinetus est. Drusum fratrem in Ger-
mania amisit, cuius corpus pedibus toto itinere
prægrediens, Romam vsq; peruenit.

Ciuitia officia eius.

8

Ciuiliū officiorum rudimentis regē Arche-
clawm, Trallianos & Thessalos, varia quos
que de causa Augusto cognoscēte defendit. Pro
Laodiceis, Thiatyrenis, Chys terremotu af-
flictis, opemq; implorantibus, Senatū depre-
catus est. Fannius Cepionem, qui cum Varrone
Murena in Augustum conspirauerat, reum
maiestatis, apud iudices fecit, & condemnauit.
Intérque hæc duplicem curam administrauit:
annonæ, quæ arctior inciderat: & repurgando-
rum tota Italia erga stulorum, quorum domi-
ni in inuidiam venerant: quasi exceptos suppri-
merent, non solum viatores, sed & quos sacra-
menti metus ad huiusmodi latebras cõpulsisset.

Militia eius, & bella per eum gesta,

& honores administrati.

9

Stipendia prima expeditione Cantabrica
Tribunus militum fecit: deinde ducto ad
Orientem exercitu, regnum Armenia Tigranū
restituit, ac pro tribunali diadema imposuit.
Recepit & signa, quæ Marco Crasso ademe-
rant Parthi. Post hæc Comatam Galliam an-
no ferè rexit, & Barbarorum incursionibus,
& principum discordia inquietam. Exhibe
Rhetis

Rheticū, Vindelicūmq; bellū, inde Pannonicū,
 inde Germanicum gessit. Rhetico, atque Vin-
 delico, gentes Alpinas, Pannonico Breucos, &
 Dalmatas subegit, Germanico XL. millia dedi-
 titiorum traiecit in Galliam, iuxtaque ripam
 Rheni sedibus assignatis collocavit, quas ob res,
 & ouans, & curru urbem ingressus est pri-
 mus, vt quidam putant, triumphalibus orna-
 menti honoratus, nouo, nec antea cuiquam tri-
 buto genere honoris. Magistratus & maturius
 inchoauit, & penè iūctim percucurrit, Quæstu-
 ram, Præturam, Consulatum, interpositōq; tē-
 pore, Cōsiterum, etiam Tribunitiam potestā-
 tem in quinquennium accepit.

Secessus eius ex vrbe; & causæ. 10

Tot prosperis confluentibus, integrā etate,
 ac valetudine prospera. statuit repente se-
 cedere, si q̄: è medio quā longissimè amouere.
 Dubium, vxorisne tedio, quā neq; criminari,
 aut dimittere auderet, neq; vltra perferre pos-
 set, an vt vitato asiduitatis fastidio, autorita-
 tem absentia tueretur, atque etiam augetet, si
 quando indignisset sui Respublica. Quidam
 existimant adultis iam Augusti liberis, loco,
 & quasi possessione, vsurpati à se diu secundi
 gradus, sponte cessisse, exemplo M. Agrippæ,
 qui M. Marcello ad munera publica admoto,
 Mitylenas abierit: ne aut obstare, aut obtre-
 ctare aliquid præsens videretur. Quā causam
 & ipse,

iuxta Patavium adisset Geryonis oraculum, sorte tracta, qua monebatur, vt de consultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret, euenit vt summum numerum iacti ab eo ostenderent, hodièq; sub aqua visuntur hi tali. Ante paucos verò, quàm reuocaretur, dies, aquila, nūquam antea Rhodi conspecta, in culmine domus eius assedit: & pridie quàm de reditu certior fieret, vestimenta mutanti tunica ardere visa est. Thrasyllum quoq; mathematicū, quem vt sapientia professorem contubernio admouerat, tunc maximè expertus est, affirmātem nauē prouisa gaudium afferri: cū quidem illum durius, & secretorum temere consciū, eo ipso momento, dum spatiatur vnā, præcipitare in mare destinasset.

Adoptio de eo facta ab Augusto. 15

Romam reuersus, deducto in forum filio Druso, statim è Carinis ac Pompeiana domo, Esquilias in hortos Metecenatianos trās-migravit: totūq; se ad quietem contulit, priuata modo officia obiens, ac publicorum munerum expers. Caio, & Lucio intra triēnium defunctis, adoptatur ab Augusto simul cum fratre eorum Marco Agrippa: coactus prius ipse Germanicum fratris sui filium adoptare. Nec quicquam postea pro patrefamiliās egit: aut ius, quod adoptione amiserat, ex vlla parte re-

tinuit. Nam neq; donauit, neq; manumisit: ne hereditatem quidem, aut legata percepit vlla aliter, quam vt peculio referret accepta: nihil ex eo tempore prætermissum est ad maiestatem eius augendam. Ac multo magis postquam, Agrippa abdicato, atque seposito, certum erat, vni spem successionis incumbere.

Illyricum per eum domitum. 16

Data rursus potestas Tribunitia in quinque annis: delegatus pacandæ Germaniæ status: Parthorum legati, mandatis Augusto Romæ redditis, eum quoque adire in prouinciam iussi. Sed nuntiata Illyrici defectione, transiit ad curam noui belli, quod grauissimum omnium externorum bellorum, post Punicum, per xv. legiones, patremq; auxiliorum copiam, triennio gessit, in magnis omnium rerum difficultatibus, summaq; frugum inopia. Et quamquam sæpius reuocaretur, tamen perseueravit: metuens, ne vicinus, & præualens hostis instaret vltro cedentibus. Ac perseuerantiæ grande pretium tulit, toto Illyrico (quod intra Italiam, regnumq; Noricum, & Thraciam, & Macedoniam, interq; Danubium flumen, & sinum maris Adriatici patet) per domitum, & in ditionem redacto.

Honores eidem à Senatu decreti. 17

Cui gloria amplior adhuc ex opportunitate cinulus accessit. Nam sub id ferè tempus

tempus *Quintilius Varus*, cum tribus legionibus in *Germania* perijt: nemine dubitante, quin victores *Germani* iuncturi se *Pannonijs* fuerint, nisi debellatum prius *Illyricum* esset. Quas ob res triumphus ei decretus est, multiq; & magni honores. Censuerunt etiam quidam, vt *Pannonicus*, alij vt inuictus, nonnulli vt *Pius* cognominaretur. Sed de cognomine intercessit *Augustus*, contentum reprimittens, quod se defuncto suscepturus esset. Triumpham ipse distulit, mæstæ a ciuitate, clade *Variana*. Nihilominus urbem prætextatus, & laurea coronatus intrauit, positumq; in septis tribunal, Senatu ast ante, conscendit: ac medius inter duos *COS*. cum *Augusto* simul sedit: vnde, populo consalutato, circum templa deductus est.

Gesta eius in *Germania*. 18

Proximo anno repetita *Germania*, cum animaduverteret, *Varianam* claudem temeritate, & negligentia ducis accidisse, nihil non de conciliij sententia egit: semper aliàs sui arbitrij, contentusque se vno, tunc præter consuetudinem cum pluribus de ratione belli communicauit. Curam quoque solito exactiorem præstitit. Traiecturus *Rhenum*, commeatum omnem ad certam formulam astrictum non antè transmisit, quam consistens apud ripam explorasset vehiculorum onera, ne qua deponerentur, nisi concessa, aut necessaria. Trans *Rhe-*

num verò cum vite ordinem tenuit, vt sedens in cespite nudo cibum caperet, saepe sine tentorio pernoctaret, præcepta sequentis diei omnia, & si quid subiti muneris iniungendum esset, per libellos daret: addita monitione, vt de quo quisque dubitaret, se, nec alio interprete, quacunq; vel noctis hora vteretur.

Disciplina eius in re militari. 19

Disciplinam acerrimè exegit, animadversionum, & ignominiarum generibus ex antiquitate repetitis, atq; etiam legato legionis, quòd paucos milites cum liberto suo transripam venatum misisset, ignominia notato. Prælia, quamuis minimum fortuna, casibusq; permitteret, aliquantò constantius inibat, quoties lucubrante se subito, ac nullo propellente, decideret lumen, & extingueretur, cõfidens (vt aibat) ostento sibi, ac maioribus suis in omni ductu expertissimo. Sed re prosperè gesta, non multum absuit, quin ab Rhuteno quodam occideretur, cui inter proximos versanti, & trepidatione detecto, tormentis expressa confessio est cogitati facinoris.

Triumphus Illyricus, & alia gesta eius. 20

A Germania in urbem post bienniũ regressus, triumphum quem distulerat, egit: prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat. Ac prius quàm in Capitolium flecteret, descendit è curru, seq; præfidenti

fidenti patri ad genua submisit. Bationē Pan-
nonium ducem ingentibus donatum premijs,
Rauennam transtulit, gratiam referens, quòd
se quondam cum exercitu iniquitate loci cir-
cunclusum, passus esset evadere. Prandiū dein
populo mille mensis, & congiarium tricenos
nummos viritim dedit. Dedicavit & Concor-
dia eadem. Item Pollucis & Castoris, suo, fra-
trisque nomine, de manubijs.

Gesta eius, ac testimonia Augusti,
& principatus eiusdem.

21

AC non multò post lege per COS S. lata,
vt provincias cum Augusto communi-
ter administraret, simulque censum ageret,
condito lustro, in Illyricum profectus est. Et sta-
tim ex itinere reuocatus, iam quidem affectū,
sed tamen spirantem adhuc Augustum repe-
rit, fuitq; vnà secretò, per totū diem. Scio vulgò
persuasum, quasi egresso post secretum sermo-
nem Tyberio, vox Augusti per cubicularios
excepta sit: miserum populum Romanum, qui
sub tam lentis maxillis erit. Nec illud quidem
ignoro, aliquos tradidisse, Augustum palàm
nec dissimulanter morum eius diritatem ad eò
improbasse, vt nonnunquam remissiores, hila-
riorésque sermones superueniente eo abrumpe-
ret: sed expugnatum precibus vxoris adoptio-
nem non abnuisse: vel etiam ambitione tra-
ctum, vt tali successore desiderabilior ipse quan-
doque

doq; fieret. Adduci tamen nequeo, quin existimem, circumspectissimū, & prudentissimum principem, in tanto præsertim negotio, nihil temere fecisse: sed vitijs virtutibusq; Tyberij perpensis, potiores duxisse virtutes, præsertim cum & Reipub. causa, adoptare se eum pro concione iurauerit, & epistolis aliquot, vt peritissimum rei militaris, vt q; vnicum P. R. præsidium prosequatur. Ex quibus in exemplum pauca hinc inde subieci, Vale iucundissime Tyberi, & rem gere feliciter, *καὶ ἡγεῖταις ἡμεῖς σπασίωσιν*. Iucundissime, & ita sim felix, vir fortissime, & dux *ὡς μὲν ἔταξεν*. Vale, & ordinem astutorum tuorum. Ego verò, mi Tyberi, & inter tot rerum difficultates, *καὶ τοσούτων παδὲν ἡμῶν τῶν σπασίωσιν* nō potuisse quem quam prudentius gerere se, quam tu gesseris, existimo. Hi quoq; qui tecum fuerunt, omnes confitentur versum illum in te posse dici:

Vnus homo nobis vigilando restituit rem. Siue, inquit, quid incidit, de quo sit cogitandum diligentius, siue quid stomachor valde, mediussidius Tyberium meum desidero: succurrētq; versus ille Homericus:

*Τὸν τὸ δ' ἑσπομένηοιο, ἡγεῖταις ἡμεῖς αἰθόμενοι
ἀμφοῖν ὑσθῆσαι μὲν, ἔπειτα περὶ οἴδε: ὑσθῆσαι.*

Attenuatum te esse continuatione laborum, cum audio, & lego, Dū me perdant, nisi cohore scit corpus meū, tēq; rogo, vt parcas tibi: me si

te languere audierimus, & ego, & mater tua
 expiremus, & de summa Imperij sui populus
 Rom. periclitetur. Nihil interest valem ipse,
 necne, si tu non valebis. Deos obsecro, ut te no-
 bis conseruent, & valere nunc, & semper pa-
 tiantur, si non populum Romanum perosi sunt.

De Agrippa iuvene occiso, & aliis

gestis eius. 22

EXcessum Augusti non prius palam fecit,
 quam Agrippa iuvene interempto. Hunc
 tribunus militum custos appositus occidit, lectis
 codicillis, quibus ut id faceret, iubebatur. Quos
 codicillos dubium fuit, Augustumne moriens reli-
 quisset, quod materiam tumultus post se subdu-
 ceret: an nomine Augusti Livia, & ea conscius
 Tyberio, an ignaro dicit affet. Tyberius renun-
 tianti Tribuno factum esse, quod imperasset, neque
 imperasse se, & redditurum eum Senatui ra-
 tionem respondit, inuidiam scilicet in praesentia
 vitans. Nam mox silentio rem obliteravit.

Gemitus eius ad testamentum Augusti
 in Senatu recitatum. 23

Ivre autem tribunitiae potestatis coacto Se-
 natu, inchoataque allocutione de Republica,
 derepente velut impar dolori congemuit: utque
 non solum vox, sed ut & spiritus deficeret, opta-
 vit, ac perlegendum librum Druso filio tradi-
 dit. Illatum deinde Augusti testamentum non
 admisis signatoribus nisi senatorij ordinis,

ceteris extra curiam signa agnoscentibus recitavit per libertum. Testamenti initium fuit: Quoniam sinistra fortuna Caium, & Lucium filios mihi eripuit, Tyberius Caesar mihi ex parte dimidia & sextante haeres esto. Quo & ipso aucta est suspicio opinantium, successorem ascitum eum necessitate magis, quam iudicio: quando ita praefari non abstinerit.

Acceptio principatus ad preces
quasi coacta. 24

P Principatum, quamvis neque occupare concessim, neque agere dubitasset, & statione militum, hoc est, vi, & specie dominationis assumpta, diu tamen recusavit impudentissimo animo: nunc adhortantes amicos increpans, ut ignaros quanta belua esset Imperium: nunc precantem Senatum, & procumbentem sibi ad genua, ambiguis responsis, & callida cunctatione suspendens: ut quidam patientiam rumpere, atque unus in tumultu proclamaret, Aut agat, aut desistat: alter coram exprobraret, Ceteros quod polliciti sint, tardè prestare: seipsum quod prestet, tardè polliceri. Tandem quasi coactus, & querens miseram, & onerosam iniungi sibi servitutem, recepit Imperium: nec tamen aliter quam ut depositurum se quandoque sperare faceret. Ipsius verba sunt haec: Dum veniam ad id tempus, quo vobis equum possit videri, dare vos aliquam senectuti meae requiem.

Cause

Causæ, propter quas principatum recusauerat, & alia gesta eius. 25

Cunctandi causa erat, metus vndiq; imminentium discriminum, vt saepe lupus se auribus tenere diceret. Nam & seruus Agrippæ Clemens nomine, non contemnendam manum in ultionem domini compararat: & L. Scribonius Libo vir nobilis res novas clam moliebatur: & duplex seditio militum in Illyrico, & in Germania exorta est. Flagitabat ambo exercitus multa extra ordinem: ante omnia, vt aequaretur stipendio prætoriani Germanicianis. Quidam etiam principem detrectabant non à se datum: summamq; vi Germanicum, qui tum his præerat, ad capeffendam Remp. perurgebant, quanquam obfirmatè resistantem. Quem maximè casum timens, partes sibi, quas Senatui liberet, tuendas in Repub. depoposcit: quando vniuersæ sufficere solus nemo posset, nisi cum altero, vel etiã cum pluribus. Simulauit & valetudinem, quò æquiore animo Germanicus celerem successionem, vel certè societatem principatus, opperiretur. Compositis seditionibus, Clementem quoq; fraude deceptum, redegit in potestatem. Libonem, ne quid in nouitate acerbius fieret, secundo demum anno in Senatu coarguit, medio tæporis spatio tantum cauere contentus. Nam & inter Pontifices sacrificati simul, pro secessita plumbeum caltrum subiiciendum curauit, & secre-

eum petenti nō nisi adhibito Druso filio dedit: dextramq; obambulantis veluti incumbens, quoad perageretur sermo, continuit.

Ciuitia gesta eius in initio principatus.

26

Verū liberatus metu, ciuile se admodum inter initia, ac paulominus quā priuatum egit. Ex plurimis, maximisq; honoribus, præter paucos, & modicos non recepit. Natalem suum plebejs incurrentē Circoēsibus, vix vnus bigæ adiectione honorari passus est. Tēpla, Flamines, Sacerdotes decerni sibi prohibuit: etiam statuas, atq; imagines, nisi permittente se poni: permisitq; ea sola conditione, ne inter simulacra Deorum, sed inter ornamenta adium ponerentur. Intercessit & quò minus in acta sua intraretur: & ne mensis September Tyberius, October Linius vocarentur. Prænomen quoq; Imperatoris, cognomēq; patris patriæ, & ciuicam in vestibulo coronā recusauit. Ac ne Augusti quidem nomen, quanquā hereditariū, vllis nisi ad reges, ac dynastias epistolis addidit. Nec amplius quā omnino tres Consulatus, vnum paucis diebus, alterum tribus mensibus, tertium absens vsq; in Idus Maias gessit.

Adulationes per eum spretæ, & prohibitæ.

27

Adulationes ad eū auersatus est, vt nemini Senatorū, aut officij, aut negotij causa ad

sa ad lecticā suam admisserit. Consularē verò satisfacientem sibi, ac per genua orare conantē, ita suffugerit, vt caderet supinus: atq; etiam si quid in sermone, vel in continua oratione blandius de se diceretur, non dubitaret interpellare, ac reprehendere, & commutare cōtinuò. Dominus appellatus à quodā, denuntiavit, ne se amplius cōtumeliæ causa nominaret. Aliū dicentē, sacras eius occupationes: & rursus aliū, autore eo Senatū se adijisse, verba mutare, & pro autore, suaforem pro sacris, laboriosas dicere cōegit.

Patentia eius aduersus conuicia,

& maledicta.

28

Sed aduersus conuicia, malosq; rumores, & famosa de se, ac suis carmina, firmus, ac patiens subinde iactabat, in ciuitate libera, linguā mentemq; liberam esse debere. Et quondam Senatu cognitionē de eiusmodi criminibus ac reis flagitante, Non tantū, inquit, otij habemus, vt implicare nos pluribus negotijs debeamus. Si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis: omnium inimicitia hoc pretextu ad vos deferretur. Extat & sermo eius in Senatu perciuilis: Si quidē locutus aliter fuerit, dabo operam, vt rationem factorum ræorū dictorūmq; reddam: si perseverauerit, inuicem eum odero.

Veneratio eius ad Senatum.

29

Atque hæc cō notabiliora erant, quod ipse in appellandis, & venerandisq; singulis, &

ymis

Uniuersis, propè excesserat humanitatis modum. Dissentiens in curia à Q. Haterio: Ignoscas, inquit, rogo, si quid aduersus te liberius, sicut Senator dixero. Et inde omnes alloquens dixit: Et nunc, & sepe alias P. C. bonum, & salutarem principem, quem vos tanta, & tam libera potestate instruxistis, Senatui seruire debere, & uniuersis ciuibus, sepe, & plerumque etiam singulis, neque id dixisse me pœnitet, & bonos & equos, & fauentes vos habui dominos, & adhuc habeo.

Pristina autoritas Senatus per eum seruata.

30

Qui etiam speciem libertatis quandam induxit, conseruatis Senatui, ac magistratibus, & maiestate pristina, & potestate: neque tam paruum quicquam, neque tam magnum publici, privatiq; negotij fuit, de quo non ad P. C. referretur. De uectigalibus, ac monopolijs, de extruendis, reficiendisue operibus, etiam de legendo, vel exautorando milite, ac legionum, & auxiliorum descriptione: denique quibus Imperium prorogari, aut extraordinaria bella mandari, quid & quam formam legum literis rescribi placeret. Prefectum ale de ui, & rapinis reum, causam in Senatu dicere coëgit. Nunquam curiam, nisi solus, intrauit, lectica quondam introlatus eger, comites à se remouit.

Patiens

Patientia eius cōtra obtrectatores. 31

Quædam aduersus sententiam suam de-
cerni, ne questus quidem est. Negante
eo, destinatos Magistratus abesse oportere, vt
presentes honori acquiescerent, Prætor desi-
gnatus liberam legationem impetrauit. Iterum
censente, vt Trebianis legatam in opus noui
theatri pecuniam ad munitionē via transfer-
re concederetur, obtinere non potuit, quin rata
voluntas legatoris esset. CUM SENATVS-
COS. per discessionem fortè fieret, transeun-
tem eum in alteram partem, in qua pauciores
erant, secutus est nemo. Cætera quoq; non nisi
per magistratus, & iure ordinario ageban-
tur, tanta COS. autoritate, vt legati ex
Africa adierint eos, querentes trahi se à Cæ-
sare, ad quem missi forent. Nec mirum, cum
palam esset, ipsum quoque eisdem assurgere, &
decedere via.

Ciuilia, & vrbana gesta eius. 32

Corripuit consulares exercitibus præposi-
tos, quòd non de rebus gestis Senatui scri-
berent, quòdq; de tribuendis quibusdam mili-
taribus donis ad se referret: quasi non omnium
tribuendorum ipsi ius haberent. Prætozem col-
laudauit, quòd honore inito, cōsuetudinem an-
tiquam retulisset, de maioribus suis pro concio-
ne memorandi. Quorundam illustrium exce-
quias vsq; ad rogam frequentauit. Parem mo-
der

derationem minoribus quoque personis, & rebus exhibuit. Cum Rhodiorum magistratus, quod literas publicas sine subscriptione ad se dederant, euocasset, ne verbo quidem insectatus, ac tantummodo iussos subscribere remisit. Diogenes grammaticus disputare sabbatis Rhodi solitus, venientem, ut se extra ordinem audiret, non admiserat: ac per seruulum suum in septimum diem distulerat: Hunc Romae salutandi sui causa pro foribus astantem, nihil amplius, quam ut post septimum annum rediret, admonuit. Praesidibus onerandas tributo prouincias suadentibus, rescripsit: Boni pastoris esse, ton-
Lactantius dere pecus, non deglubere.

De eodem, & aliis gestis eius. 33

Paulatim principem exercuit, praestititque: ut si varium diu, commodiorem tamen sepius, & ad utilitates publicas prouidorem. Ac primo eatenus interueniebat, ne quid perperam fieret. Itaque & constitutiones quasdam Senatus rescidit, & Magistratibus pro tribunali cognoscentibus, plerunque se offerebat consiliarium, assidebatque mistim, vel ex aduerso in parte primori. Et si quem reorum elabi gratia, rumor esset, subitus aderat: iudicesque aut e plano, aut e quaestoris tribunali, legum, & religionis, & noxae, de qua cognoscerent, admonerat: atque etiam si qua in publicis moribus desidia, aut mala consuetudine

labarent, corrigenda suscepit.

Impensæ ludorum, ac munerum
taxatæ, & alia gesta eius. 34

Ludorum, ac munerum impensas corripuit,
mercedibus scenicorum rescissis, paribusq;
gladiatorum ad certum numerum redactis. Co-
riinthiorum vasorum pretia in immensum exar-
fisse, tresq; millos xxx. millibus nummis ve-
nisse grauiter conquestus, adhibendum supelle-
ctili modum censuit. Annonamq; macelli, Se-
natus arbitrato, quotannis temperandam: da-
to Aedilibus negotio, popinas, ganeasq; vsq; ed-
inhibendi, vt ne opera quidem pistoria propo-
ni venalia sinerent. Et vt parsimoniam publi-
cam exemplo quoque iuuaret, solennibus ipse
cœnis pridiana sepe, ac semesa obsonia appo-
suit, dimidiatumque aprum: affirmans, omnia
eadem habere, quæ totum. Quotidiana oscula
prohibuit edicto: item strenarum commercium,
ne vltra Calend. Ianuarias exerceretur. Con-
sueuerat quadruplam strenam. Et de manu red-
dere: sed offensus interpellari se toto mense ab-
ijs, qui potestatem sui die festo non habuissent,
vltra non reddidit.

Quædam bene gesta per eum. 35

Matronas prostratæ pudicitia, quibus ac-
cusator publicus deesset, vt propinqui
maiorum more de communi sententia cœrce-
rent, autor fuit. Equiti Rom. iurifurandi gra-
tiam

tiam fecit, vt vxorem in stupro generi comper-
tam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum,
antè iurauerat. Fæmina famose, vt ad euitandas
legum pœnas iure, ac dignitatè matronali excolerentur,
lenocinium profiteri ceperant: & ex iuuentute
vtriusq; ordinis profligatissimus quisque, quò
minus in opera scena, arenæq; edenda SENATVS
COS. tenerentur, famosi iudicij notam sponte
subibant. Eos, eâsq; omnes, ne quod refugium
in tali fraude cuiquam esset, exilio affecit. Senatori
latum clauum ademit, cum cognouisset sub
Calendas Iulij demigrasse in hortos, quò
vilius post diem ædes in vrbe conduceret.
Alium & Quæstura remouit, quòd vxorè
pridie sortitione ductam, postridie repudiasset.

Exteræ ceremoniæ, & ritus per
eum prohibiti. 36

EXternas ceremonias, Aegyptios, Iudai-
cosque ritus compescuit, coactis qui
superstitione ea tenebantur, religiosas vestes
cum instrumento omni comburere. Iudæorum
iuuentutem, per speciem sacramenti, in
prouincias grauioris cæli distribuit: reliquos
gentis eiusdem, vel similia sectantes
vrbe submouit, sub pœna perpetuæ
seruitutis, nisi obtemperassent. Expulit
& mathematicos. Sed deprecantibus,
ac se artem desituros promittentibus,
veniam ædis.

Quæd

Quaedam bene gesta per eum tam Romæ quàm extrâ. 37

IN primis tuèda pacis à grassaturis, ac latrocinij, seditionumque licentia curam habuit. Stationes militum per Italiam solito frequentiores disposuit. Romæ castra constituit, quibus Prætorianæ cohortes, vage ante id tempus, & per hospitia dispersæ, continerentur. Populares tumultus exortos gravissimè coercuit, & ne orirentur, sedulo cavuit. Cade in theatro per discordiam admissa, capita factionum, & histriones, propter quos dissidebatur, relegavit: nec ut revocaret, unquam ullis populi precibus potuit evinci. Cùm Polëtina plebs funus cuiusdam Primipilaris non prius ex foro misisset, quàm extorta pecunia per vim hæredibus ad gladiatorium munus, cohortem ab vrbe, & aliam à Coty regno, dissimulata itinervis causa, detectis repente armis, cõcinentibusq; signis, per diuersas portas in oppidum immisit, ac partem maiorem plebis, ac Decurionum in perpetua vincula coniecit. Aboluit & ius, moremq; asylo- rum, quæ vsquam erât. Cyzicenis in ciues Ro- violëtius quædam ausis, publicè libertatè ademit, quam Mithridatico bello meruerant. Hostiles motus, nulla postea expeditione suscepta, per legatos compescuit: nec per eos quidem, nisi cunctanter, & necessariò. Reges infestos, suspectosq; cõminationibus magis, et querelis, quàm

vi repressit. Quosdam per blanditias, atq; promissa extractos ad se non remisit, vt *Tel araboduum Germanum, Thrasyopolim Thracem, Archelaum Cappadocem*, cuius etiam regnum in formam prouinciæ redegit.

Mora eius in vrbe, & quòd prouincias non visitauerit. 38

Biennio continuo post adeptum Imperium, pedem porta non extulit. sequenti tempore, præter quàm in propinqua oppida. & cum longissimè, *Antio tenus* nusquam absuit. Idq; per raro, et paucos dies, quamuis prouincias quoq; & exercitus reuisurum se sæpe pronuntiaffet, & propè quot annis profectiõnem prepararet, vehiculis comprehensis, commeatibus per municipia, & colonias dispositis. Ad extremum vota proitu, & reditu suo suscipi passus, vt vulgò iam per iocum *Callipides* vocaretur, quem cursitare, ac necubiti quidem mensuram progredi, prouerbio Græco notatum est.

Mors filiorum eius, & secessus suus in Campaniam. 39

Sed orbatu vtroq; filio, quorum *Germanicus* in Syria, *Drusus* Romæ abierat, secessus Campaniæ petijt, constanti & opinione, & sermone penè omnium, quasi neque rediturus unquam, & citò mortè etiam obiturus: quod paulominus vtrunq; euenit. Nam neq; Romã amplius redijt, sed & paucos post dies iuxta *Ter-*

racinam in Pretorio, cui Spelunca nomen erat, incanante eo, complura, & ingentia saxa fortuito à supernè delapsa sunt, multisque conuictorum, & ministrorum elisis, præter spem euasit.

Secessus Capreensis, & alia

gesta eius.

40

Peragrata Campania, cum Capuæ Capitolium, Nole templum Augusti, quam causam profectiois prætenderat, dedicasset, Capreas se contulit, præcipuè delectatus insula, quod vno paruoq; litore adiretur, septa undiq; præruptis immerse altitudinis rupibus, & profundo maris. Statimque reuocante assidua obtestatione populo, propter cladem, qua apud Fidenas, supra xx. hominum millia gladiatorio munere, Amphitheatri ruina perierant, transfuit in continentem, potestatemque omnibus adeundi suificit, tanto magis quod ab vrbe egrediens, ne quis se interpellaret, edixerat, ac toto itinere adeuntes submouerat.

Reipublicæ cura per eum abiecta. 41

Regressus in insulam, Reipublicæ quidem curam vsque adeo abiicit, ut postea nõ decurias equitum vquam suppleri, non Tribunos militum, Praefectosq; non prouinciarum Praesides ullos mutauerit, Hispaniam, & Syriam per aliquot annos sine cõsularibus Legatis habuerit, Armeniã à Parthis occupari, Mosiam à Dacis, Sarmatisq; Gallias à Germanis vastari

neglexerit, magno dedecore Imperij, nec minore
discrimine.

Vitia eius, potus, ac comestationes. 42

CAeterum secreti licentiã nactus, & quasi
ciuitatis oculis remotus, cuncta simul vitia
malè diu dissimulata, tandem profudit, de qui-
bus singulatim ab exordio referam. In castris
tyroetiam tum, propter nimiam vini auidita-
zem, pro Tyberio, Biberius: pro Claudio, Cal-
dius: pro Nerone, Nero vocabatur. Postea prin-
ceps in ipsa publicorum morum correptione cum
Pomponio Flacco, & L. Pisone noctem, conti-
numq; biduum epulando, potandoque consum-
psit, quorum alteri Syriam provinciam, alteri
Praefecturam vrbs confestim detulit, codicillis
quoq; inuidiosissimos, & omnium horarum ami-
cos professus. Sextio Claudio libidinoso, ac pro-
digo seni olim ab Augusto ignominia notato,
& à se ante paucos dies apud Senatum incre-
pito, cenam ea lege condixit, ne quid ex consue-
tudine immataret, aut demeret, vtq; nudis puel-
lis ministratibus cenaretur. Ignotissimũ Qua-
sturae candidatum nobilissimis anteposuit, ob-
epotam in conuiuio, propinante se, vini ampho-
ram. Asellio Sabino H. S. ducenta donauit, pro
dialogo, in quo boleti, & ficedulae, & ostreae,
& turdi certamen induxerat. Nouum denique
officium instituit à voluptatibus, praeposito
equite Romano T. Caesonio Prisco.

Luxur

Luxuria eius, ac libido.

43

Secessu vero Capreensī, etiam sellariam exco-
gitavit, sedem arcanarū libidinū, in quam
vndiq; cōquisiti puellarum, & exoletorum gre-
ges, monstrosi q; cōcubitus repertores, quos Spin-
trias appellabat, triplici serie connexi, invicem
incestarent se coram ipso, vt aspectu deficientes
libidines excitaret. Cubicula plurifariam di-
spōsita tabellis, ac sigillis lasciuissimarū pictu-
rarum, & figurarum adornavit, librisque ele-
phantidis instruxit, ne cui in opera edenda
exēplar imperatae scenae deesset. In syluis quoq;
ac nemoribus passim Venercos locos commentus
est, prostantesque per antra, & cauas rupes, ex
vtriusque sexus pube, Paniscorū, & Nympha-
rum habitu, palāmq; iam & vulgato nomine
insale abutentes, Caprineum dictitabant.

Ineffabilis abusus luxuriæ eius. 44

Maiore adhuc, et turpiore infamia flagra-
uit, vix vt referri, audiriue, necdū credi
fas sit. Quasi pueros primæ teneritudinis, quos
pisciculos vocabat, institueret, vt natanti sibi
inter femina versarentur, ac luderent: lingua,
morsūq; sensim appetentes, atq; etiam quasi in-
fantes firmiores, necdum tamen lacte depulso,
inguini ceu papillæ admoueret, pronior sanè ad
id genus libidinis, & natura, & etate. Quare
Parrhasij quoq; tabulā, in qua Meleagro A-
talanta ore morigeratur, legatā sibi sub condi-
ditū

tione, vt si argumento offenderetur, decies pro ea H. S. acciperet, non modo pretulit, sed & in cubiculo dedicauit. Fertur etiam in sacrificando quōdam captus facie ministri, acerram preferentis, nequisse abstinere, quin penè vixdum re diuina peracta, ibidem statim seductum constupraret, simulq; si atrē eius tibicinem, atque vtrique mox, quod mutuo flagitium exprobrabant, crura fregisse.

Illusiones eius ad fœminas. 45

Fœminarū quoq; & quidē illustrium capitibus quantopere solitus sit illudere, euidentissimè apparuit, Mallonia cuiusdam exitu, quam perductam, nec quicquam amplius pati constantissimè recusantem, delatoribus obiecit: ac ne ream quidem interpellare desijt, Ecquid pueniret; donèc ea, relicto iudicio, domum se arripuit, ferroq; transegit, obscenitate oris hirsuto, atque olido seni clarè exprobrata. Vnde nota in Atellanico exodio proximis ludis a se sū maximo excepta, percerebuit, *Hircum vetulum Capreis naturam ligurire.*

Auaritia, & tenacitas. 46

Pecunia parcus, ac tenax, comites peregrinationū, expeditionūq; nunquā salario, cibarijs tantum sustentauit Vnam modo liberalitatem ex indulgentia vitrici cōsecutus, cum tribus clasibus factis pro dignitate cuiusque, prima sexcenta se, tertia, secunda quadringenta distrib

distribuit, ducenta tertia, quam, non amicorum, sed Græcorum appellabat.

Opera publica per eum, & spectacula non facta, & parcitas alimoniarum.

47

PRinceps neque opera vlla magnifica fecit. Nã & quæ sola susceperat, Augusti templum, restitutionemq; Pompeiani theatri, imperfecta post tot annos reliquit: neq; spectacula omnino edidit: & ijs, quæ ab aliquo cederentur, rarissimè interfuit, ne quid exposceretur, utiq; postquam comædû Actium coactus est manmittere. Paucorum Senatorum inopia sustentata, ne pluribus opem ferret, negavit se alijs subuenturum, nisi Senatui iustas necessitatum causas probassent. Quoperacto, plerosque modestia, & pudore deterruit, in quibus Ortalum Qu. Hortensij oratoris nepotem, qui permodicæ re familiari, autore Augusto, quatuor liberos tulerat.

Auaritia, & parcitas, & alia gesta eius. 48

Publicè munificentiâ bis omnino exhibuit, proposito millies H. s. gratuito in triennij tempus, & rursus quibusdâ dominis insulariû, quæ in monte Calio deflagrant, pretio restituito. Quorû alterû magna difficultate nummaria, populo auxilium flagitante, coactus est facere, cum per Senatusconsultum sanxisset, vt feneratores duas patrimonij partes in solo collocarent,

locarent, debitores totidem eris alieni st atim soluerent, nec res expediretur, alterum ad mitigandam temporum atrocitatem. Quod tamen beneficiũ tanti aestimauit, vt montem Cœlium appellatione mutata vocari Augustũ iusserit. Militi post duplicata ex Augusti testamẽto legata nihil vnquã largitus est, preter quã singula millia denariorum Pretorianis, quod Seiano se non accommodassent: & quedam munera Syriacis legionibus, quod sole nullã Seiani imaginẽ inter signa coluissent: atque etiam missionses veteranorũ rarissimas fecit, ex senio mortem, ex morte compendium captans. Neque prouincias quidem vlla liberalitate subleuauit, excepta Asia, disiectis terræ motu ciuitatibus.

Rapinæ, & concussionses eius. 49

Procedente mox tempore etiam ad rapinas conuertit animum. Sat constat Cn. Lentulum Augurẽ, cui cẽsus maximus fuerit, metu & angore ad fastidium vite ab eo actum, & vt ne quo nisi ipso herede moreretur. Cõdemna tam & generosissimam fœminam Lepidam in gratiam Quirini consularis prædiuitis, & orbi qui dimissam eam è matrimonio post vigesimũ annum veneni olim in se comparati arguebat. Præterea Galliarum, & Hispaniarũ, Syriæq; & Græciæ principes confiscatos ob tam leue ac tam impudens calumniarum genus, vt quibusdam non aliud sit obiectũ quã quod partem

rei

rei familiaris in pecunia haberent. Plurimis etiam ciuitatibus, & privatis veteres immunitates, & ius metallorum, ac vectigalium adempta. Sed & Vononem regem Parthorum, qui pulsus à suis, quasi in fidem P. R. cum ingenti gaſa Antiochiam se receperat, spoliatum perfidia, & occisum.

Odium eius contra consanguineos,

& coniunctos.

Odiū aduersus necessitudines, in Druso primū fratre detexit, prodita eius epistola, qua secū de cogendo ad restituēdam libertatē Augusto agebat, deinde & in reliquis. Iuliae uxori tantū absuit, vt relegate, quod minimū est, officij, aut humanitatis aliquid impertiret, vt ex constitutione patris vno oppido clausam, domo quoque egredi, & commercio hominum frui vetuerit: sed & peculio concesso à patre, praebitisq; annuis fraudauit, per speciem publici iuris, quod nihil de his Augustus testamento cauisset. Matrem Liniā grauatus, velut partes sibi equas potentiae vindicantem, & congressum eius assiduū vitauit, & longiores, secretioresq; sermones, ne eius consilijs, quibus tamen interdum, & agrè vti solebat, regi videretur. Tulit etiam perindignè actū à Senatu, vt titulis suis quasi Augusti, ita et Liniæ filius adyceretur. Quare non parentē patriæ appellari, non vllum insignem honorem recipere publicè passus est.

Sed & frequenter admonuit, maioribus, nec fecmina convenientibus negotijs abstineret, precipue vt animaduertit incendio iuxta eadem Vestra & ipsam interuenisse, populumq; & milites, quò enixius opom ferrent, adhortatam, sicut sub marito solita esset.

Item odium, & crudelitas eius in

matrem: 51

DEhinc ad simultatē vsq; processit, hac (vt ferūt) de causa: Instāti sepius, vt ciuitate donatum in decurias allegeret, negauit alia se cōditiōe allecturū, quā si pateretur adscribi albo, extortum id sibi à matre. At illa cōmota, veteres quosdā ad se Augusti codicillos de accerbitate, & intolerantia morum eius è sacratio protulit, atq; recitauit. Hos & custoditos tandem, & exprobratos tam infestè, adeo grauiter tulit, vt quidam putēt inter causas secessus hac ei vel precipuam fuisse. Toto quidem triennio, quo viuēte matre adfuit, semel omnino eam, nec amplius, quā vno die, ac paucissimis vidit horis: ac mox, neq; egrè adesse curauit: defunctāq; & diū aduētus sui spem facit, complurū dierum mora, corrupto demum, & tabido corpore fueratam prohibuit consecrari: quasi id ipsa mādasset. Testamentūq; eius pro irritō habuit: omnesq; amicitias, & familiaritates, etiā quibus ea funeris sui curam moriens demandarat, intra breue tempus afflixit, vno ex his equestri

ordinis

ordinis viro & in Latomiam condemnato.

Crudelitas, & odium eius cōtra filios. 52

Filiorum neq; naturalē Drusum, neq; adoptivum Germanicū patria charitate dilexit, alterius vitijs infensus. Nā Drusus animi fluxioris, remissiorisq; vita erat. Itaq; ne mortuo quidem perinde affectus est, sed tātū non statim post, à funere, ad negotiorum consuetudinem redijt, iustitio longiore inhibito. Quin & Ilienſium Legatis paulo serius consolantibus, quasi obliterata iam doloris memoria irridens, se quoque respondit vicem eorum dolere, quod egregiam civem Hectorem amisissent. Germanico vsque adeo obrectavit, vt & præclara facta eius pro superuacuis eleuaret, & gloriosissimas victorias, cen damnosas R. P. increparret. Quod verò Alexandriam, propter immensam, & repentinam famem, inconsulto se adisset, questus est in Senatu. Etiam causa mortis fuisse ei per Cn. Pisonem legatum Syria creditur. Quem mox huius criminis reum putant quidam mandata prolaturum, nisi ea secreta obstarent, per quæ multifariam increpuit, & per noctes creberrime acclamatum est, Redde Germanicum. Quam suspicionem confirmavit ipse postea coniuge etiam, ac liberis Germanici crudelem in modum afflictis.

Crudelitas, & odium eius con-

tra nrum.

Natum

NVrum Agrippinam, post mortē mariti
 liberius quiddam questam manu apprehēdit, Gracōq; versu, Si non dominaris, inquit, filiola, iniuriam te accipere existimas? Nec vllō mox sermone dignatus est. Quōdam verò inter cœnam porrecta à se poma gustare non ausam, etiā vocare desūt, simulās, se veneni crimine accersitum, cūm præstructum vtrunque consultō esset, vt & ipse tentandi gratia offerret, & illa quasi certissimum exitium caueret. Nouissimè calumniatus, modò ad statuam Augusti, modò ad exercitus confugere velle, Pandatariam relegauit. Conuicianti que oculum per Centurionē verberibus excussit. Rursus mori inedia destinanti, per vim ore diducto, infulciri cibum iussit. Sed & perseuerantem, atque ita assumptam, criminosisimè insectatus est, cūm diem quoq; natalem eius inter nefastos referendum suassisset. Imputauit etiam, quòd non laquea strangulatam in Gemonias abiecerit: pròq; tali clementia interponi decretum passus est, quo sibi gratia agerentur, & Capitolino Ioui donum ex auro sacraretur.

Crudelitas & odium eius contra nepotes.

CVm ex Germanico tres nepotes, Nero-
 nem, & Drusum, & Caium, ex Druso
 vnum Tyberium haberet, destitutus morte libe-
 torum, maximos natu de Germanici filijs Ne-
 ronem,

ronem, & Drusum P. C. commendauit: diemq; vtriusque tyrocinij, congiario plebi dato, celebravit. Sed vt comperit ineunte anno, pro eorum quoque salute publicè vota suscepta, egit cum Senatu, nō debere talia premia tribui nisi experis, & atate prouectis: atq; ex eo patefacta interiore animi sui nota, omnium criminatio- nibus obnoxios reddidit: variâq; fraude indu- ctos, vt & concitarentur ad cōiicia, & concit- tati perderentur, accusauit per literas, amaris- simè congestis etiam probris: & iudicatos ho- stes fame necauit, Neronem in insula Pontia, Drusum in ima parte palatij. Putant Nero- nem ad voluntariam mortem coactum, cum eī carnifex, quasi ex Senatus autoritate missus, laqueos, & vncos ostentaret: Druso autem ad eō alimenta subducta, vt tomentum è culci- tra tentauerit mandere, amborum sic reliquijs dispersis, vt vix quandoq; colligi possent.

Crudelitas eius contra amicos. 55

Sper veteres amicos ac familiares, x x. si- bi è numero principum ciuitatis depopo- scerat, velut cōsiliarios, in negotijs publicis. Ho- rum omnium vix duos, aut tres incolumes præ- stitit, ceteros, alium alia de causa, perculit. In- ter quos cum plurimorum clade Elium Seia- num, quem ad summam potentiam, non tam beneuolentia prouexerat, quàm vt esset, cuius ministerio, ac fraudibus, liberos Germanicis

circum

circumueniret, nepotemq; suum ex Druso filii
naturalem ad successionem Imperij confirmaret.

Crudelitas, & sæuitia eius in gram-
maticos, & magistros. 56

Nihilò lenior in conuictores Craculos, qui-
bus vel maximè acquiescebat, Zenonem
quendam exquisitius sermocinantem, cum in-
terrogasset, quænam illa tam molestia dialectos
esset: & ille respondisset, Doridem: relegauit
Cynariam: existimans exprobratum sibi vete-
rim secessum, quòd Doricè Rhodij loquantur.
Item cum soleret ex lectione quotidiana que-
stiones super cœnâ proponere, comperissetq; Se-
leucum Grammaticum à ministris suis perqui-
rere, quos quoq; tẽpore tractaret autores, atque
ita preparatum venire, primùm à contubernio
remouit, deinde etiam ad mortem compulit.

Crudelitas eius in iuuentute. 57

Sæua, ac lenta natura ne in puero quidem
slatuit: quam Theodorus Gadareus Rhetorice
præceptor, & prospexisse primus sagaci-
ter, & assimilasse aptissimè visus est, subinde
in obiurgando appellans eum, πικρὸν & μαζι-
στικὸν φρονεῖν, id est, lutum sanguine mace-
ratum. Sed aliquanto magis in principe elu-
xit etiam inter initia, cum adhuc fauorem mo-
derationis simulatione captaret. Scurram, qui
prætereunte funere, clarè mortuo mandarat, vt
numiaret Augusto, nondum reddi legata,

quæ plebi reliquisset, attractum ad se recipere debitum duciq; ad supplicium imperavit, & patri suo verum referre. Nec multò post in Senatu Pompeio cuidam equiti Romano, quidam perneganti, dum vincula minatur, affirmavit fore, vt ex Pompeio Pompeianus fieret: acerba cauillatione simul hominis nomen incessens, veteremque partium fortunam.

Crimen læsæ maiestatis atrociter actum. 58

Sub idem tempus, consulente Prætorè, an iudicia maiestatis cogi iuberet, exercèdas esse leges respòdit, & atrocissimè exercuit. Statuè quidã Augusti caput dèpserat, vt alterius impeneret. Acta res in Senatu. Et quia ambigebatur, per tormèta quæstita est. Dånato reo, paulatim hoc genus caluniæ eò processit, vt hæc quoq; capitalia essent: Circa Augusti simulacrũ seruũ cecidisse, vestem mutasse, nũmo, vel annulo effigiem impressam latrine, aut lupanari intulisse, dictum vllum factũmve eius existimatione aliqua lesisse. Perijt deniq; & is, qui honores in colonia sua eodem die decerni sibi passus est, quo decreti & Augusto olim erant.

Atrociter gesta per eum, sub specie grauitatis. 59

Multa præterea, specie grauitatis, ac morum corrigendorum, sed & magis nature obtemperans, ita seuè & atrociter facti-

tauit

tauit: vt nonnulli versiculis quoq; & presentia
exprobrarent, & futura denuntiarent mala:

Asper & inuitis, breuiter vis omnia dicam?

Disperem, si te mater amare potest.

Nō es eques: quare? nō sunt tibi millia centum:

Omnia si quæras, & Rhodos exilium est.

Aurea mutasti Saturni secula, Cæsar:

Incolumi nam te, ferrea semper erunt.

Fastidit vinum, quia iam sitit iste cruorem:

Tā bibit hūc anidē, quā bibit antē merū.

Aspice felicem sibi, non tibi Romule Syllam:

Et Marium, si vis, aspice, sed reducem.

Nec non Antoni ciuilia bella mouentis,

Nec semel infectas aspice cæde manus.

Et dic, Roma perit: regnabit sanguine multo,

Ad regnum quisquis venit ab exilio.

Quæ primò quasi ab impatientibus Romæ do-
minij, ac non tam ex animi sententia, quā bi-
le & stomacho fing. rentur, volebat accipi. Di-
cebātq; identidem, Oderint, dum probent. De-
inde vera planè, certāq; esse, ipse fecit fidem.

Pœnæ grauisimæ immeritis, propter
modica commissa, irrogatæ. 60

IN paucis diebus, quā Capreas attigit, pi-
scatori, qui sibi secretum agenti, grandem
mullum inopinanter obtulerat, perficari eodem
pisce faciem insit: territus, quod is à tergo insis-
le per aspera, & deuia erepsisset ad se. Gratu-
lanti autem inter pœnam, quod non & locu-

stam.

stam, quam praegravandem ceperat, obtulisset, locusta quoq; lacerari os imperavit. Militem praetorianum, ob surreptum e viridario pavonem, capite puniit. In quodam itinere lectica, quae rehebatur, repribus impedita, exploratorē viæ primarum cohortium centurionē stratum huiusmodi penè ad necem verberavit.

Sævitia, & omnia genera crudelitatis eiusdem.

61

Mox in omne genus crudelitatis erupit, nunquã deficiente materia, cum primo matris, deinde nepotũ, & nurus, postremò Seiani familiares, atque etiam notos persequeretur. Post cuius interitũ vel sævisimus extitit: quo maximè apparuit, non tam ipsum à Seiano concitari solitum, quàm Seiano quærenti occasiones, subministrasse. Et si commentario, quem de vita sua summam breviterq; cõposuit, ausus est scribere, Seianũ se punisse, quòd cõperisset furere aduersus Germanici liberos filij sui: quorum ipse alterũ suspecto iam, alterũ oppresso demum Seiano interemit. Singulatim crudeliter facta eius exequi longum est, generatim velut exemplaria sævitia enumerare, sat erit. Nullus à pœna hominum cessavit dies, ne religiosus quidem, ac sacer. Animaduersum in quosdam ineunte anno nouo: accusati, dãnatiq; multi cũ liberis, atq; etiã vxoribus suis. Interdictum, ne capite damnatos propinqui lugerēt:

decreta accusatoribus præcipua præmia, nonnunquam & testibus. Nemini delatorum fides abrogata. Omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum, simpliciumq; verborum. Obiectum est poëta, quòd in tragædia Agamemnonem probris lacefisset, obiectum & historico, quòd Brutum, Cassiumq; vltimos Romanorù dixisset, anim aduersum statim in autores scriptaq; abolita, quãuis probarètur aliquot ante annos, etiam Augusto audiente, recitata. Quibusdam custodia traditis, non modò studendi solatium ademptum, sed etiam sermonis, & colloquij vsus. Citati ad causam dicendam, partim se domi vulnerauerunt, certi damnationis, sed ad vexationem, ignominiamq; vitandam partim in media curia venenum hauserunt, & tamen colligatis vulneribus, ac semianimes, palpitantesq; in carcerè rapti. Nemo punitorum, & in Gemonias abiectus, vncòq; tractus. Viginti vno die abiecti, tractiq; inter eos pueri, & femina. Immatura puella, quia more tradito nefas esset virgines strangulari, vitia re prius à carnifice, dein stragulate. Mori volentibus, vis adhibita viuendi. Nam mortem ad eò leue supplicium putabat, vt cum audisset vnũ ex reis Carnulium nomine anticipasse eam, exclamauerit, Carnulius me euasit. Et in recognoscendis custodijs, precanti cuidam poena matueritatem, respexit, Nondũ tecum in gratiam redij.

redij. Annalibus suis vir cōsularis inseruit, frequenti quondam conuiuio, cui & ipse affuerit, interrogatum eum subito, & clarè à quodam nano astante mense inter Capreas, cur Paco-
nius maiestatis reus tandiu viueret, statim qui-
dem petulantiam lingua obiurgasse, ceterum
post paucos dies scripsisse Senatui, vt de pœna
Paconij quàm primùm statueret.

Cruelitas, & sœuitia eiusdem aucta. 62

AVxit, intenditq; sœuitiã, exacerbat us in-
dicio de morte filij sui Drusi, quem cùm
morbo, & intemperantia perijisse existimaret,
vt tãdem veneno interemptum fraude Liullæ
uxoris, atq; Sciani cognouit, neque tormentis,
neq; supplicio cuiusquam pepercit: soli huic co-
gnitioni ad eò per totos dies deditus, & inten-
tus, vt Rhodiensem hospitem, quem familiari-
bus literis Romam eucarar, aduenisse sibi nũ-
tium, torqueri sine mora iusserit, quasi ali-
quis ex necessarijs quæstioni adesset, deinde
errore detecto, & occidi, ne diuulgaret iniuriã.
Carnificinẽ eius ostenditur locus Capreis, vn-
de damnatos, post longa, & exquisita tormen-
ta, precipitari coram se in mare inbebat, exci-
piente classiariorum manu, & contis, atq; re-
mis elidente cadauera, ne cui residui spiritus
quicquam inesset: Excogitauerat autem inter
genera cruciatu, etiam vt larga meri portione
per fallaciam oneratos, repente veretris deli-

gatis fidicularum simul, vrinaq; tormento distenderet. Quod & nisi eum mors praeuenisset, & Thrasyllus consulto (vt aiunt) differre quaedam, spe longioris vitae compulisset, plures aliquantò necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur, cum & Caium suspectum haberet, & Tyberium vt ex adulterio conceptum aspernaretur. Nec abhorret à vero: nanque identidem felicem Priamum vocabat, quòd superstes omnium suorum extitisset.

Suspicio, qua vixit inter facinora. 63

Quam verò inter hæc non modò inuisus, ac detestabilis, sed prætrepidus quoq; atque etiam contumelijs obnoxius vixerit, multa indicia sunt. Aruspices secretò, ac sine testibus consuli vetuit. Vicina verò vrbi oracula etiam disficere conatus est, sed maiestate Prænestinæ sortium territus, destitit, cum obsignatas, deuectasq; Romam non reperisset in arca, nisi relatas rursus ad templum. Vnum, & alterum consulares oblati prouincijs, non ausus à se dimittere, vsque adeo detinuit, donec successores post aliquot annos presentibus daret, cum interim manente officij titulo, etiam delegaret plurima: assidueq; illi per legatos, & adiutores suos exequenda curarent.

Suspicio nurus, & nepotum dānatorum. 64

Nurum ac nepotes nūquam aliter post damnationem, quam catenatos, obsutāque lecticā

lectica loco mouit, prohibitis per militem obujs,
ac viatoribus respicere vsquam, vel consistere.

Diffidentia, & suspitio eiusdem. 65

SEianum res nouas molietem, quamuis iam
& natalem eius publicè celebrari, & ima-
gines aureas coli passim videret, vix tandem
& astu magis, ac dolo, quàm principali auto-
ritate, subuertit. Nam primò, vt à se per speciè
honoris dimitteret, collegam sibi assumpsit in
quinto Consulatu, què longo intervallo absens
ob id ipsum susceperat. Deinde spe affinitatis,
ac Tribunitiæ potestatis deceptum, inopinatè
crimatus est pudenda, miserandaq; oratione:
cum inter alia P. C. precaretur, mitterent alte-
rum è Consulibus, qui senem se, & solum, in
conspectum eorum cum aliquo militari præsi-
dio perduceret. Sic quoq; diffidens, tumultumq;
metuens, Drusum nepotem, quem vinculis ad-
huc Romæ continebat, solui, si res posceret, du-
cèmq; cõstitui præceperat. Aptatis etiam nauib;
ad quascunq; legiones, meditabatur fu-
gam, speculabundus ex altissima rupe identi-
dem, signaq; ne nuntij morarentur, tolli procul,
vt quidq; foret factum, mandauerat. Verùm
& oppressa coniuratione Seiani, nihilo secu-
rior, aut constantior, per IX. proximos menses
non egressus est villa, quæ vocatur Iouis.

VCõiicia, & libelli cõtra eũ editi. 66
Rebant insuper anxiam mentem varia

vidiq; conuicia, nullo non damnatorum omne
 probri genus coram, vel per libellos in orche-
 stra positos ingerente. Quibus quidem diuer-
 sissimè afficiebatur, modò vt præ pudore igno-
 ta, & celata cuncta cuperet, nonnunquam ea-
 dem contemneret, & proferret vltro, atq; vul-
 garet. Quin & Artabani Parthorum regis
 laceratus est literis, parricidia, & cedes, &
 ignauiam, & luxuriam obijciētis, monentisq;
 vt voluntaria morte, maximo, iustissimoq; ci-
 uium odio quamprimùm satisfaceret. Post remò
 semetipse pertasus talis epistole principio, tan-
 tum nò summā malorum suorum professus est.

Epistola, & oratio eius ad Senatum,
 factum suum pronuntiantis. 67

Quid scribam vobis p. c? aut quomodo
 scribam? aut quid omnino non scribam
 hoc tempore? Dū me, Deaq; pœnis perdant,
 quem quotidie perire sentio, si scio. Existimant
 quidam, præscisse hæc eum peritiam futurorum,
 ac multò antè quanta se quandoque acerbitas,
 & infamia maneret, prospexisse. Ideoq; vt Im-
 perium iniuret, & patris patrie appellationem,
 & ne in acta sua iuraretur, obtinatissimè re-
 cusasse, ne mox maiore dedecore impar tantis
 honoribus inueniretur. Quod sanè & ex ora-
 tione eius, quam de vtraq; re habuit, colligi po-
 test, vel cum ait, similem se semper sui futurū,
 nec vnquam mutaturum mores suos, quandiu

mentis

mentis sana fuisset : sed exēpli causa cauendū,
ne se Senatus in acta cuiusquā obligaret, qui
aliquo casu mutari posset. Et rursus: Si quādo
autem, inquit, de moribus meis, deuotōq; vobis
animo dubitaueritis: quod priusquā eueniat,
opto, vt me supremus dies huic mutata vestra
de me opinioni eripiat: nihil honoris adyiciet
mihī patris appellatio, vobis autem exprobra-
bit, aut temeritatem delati mihī eius cognomi-
nis, aut inconstantiā contrarij de me iudicij.

Statura, & membra. & valetudo, &

incessus eiusdem.

68

Corpore fuit amplo, atq; robusto: statura,
qua iustam excederet. Latus ab hume-
ris, & pectore: ceteris quoq; membris vsq; ad
imos pedes aequalis, & congruens. Sinistra ma-
nu agiliore, ac validiore. Articulis ita firmis,
vt recens, & integrum malum digito terebra-
ret: caput pueri, vel etiam adolescentis, talitro
vulneraret. Colore erat candido, capillo pone
occipitium submissiore, vt cervicem etiam ob-
tegeret, quod gentile in illo videbatur. Facie
honestā: in qua tamen crebri, & subtiles tumo-
res, cum prae grandibus oculis: & qui (quod mi-
rum esset) noctu etiam, & in tenebris viderēt,
sed ad breue, & cum primū à somno patuis-
sent, demum rursus hebescebāt. Incedebat cer-
uice rigida, & obstipa, adducto ferē vultu, ple-
runq; tacitus: nullo aut rarissimo etiā cū pro-

ximis sermone, eoque tardissimo, nec sine mollis quadam digitorum gesticulatione. Quae omnia ingrata, atque arrogantia plena, et animaduertit Augustus in eo, et excusare tentauit saepe apud Senatum, ac populum, professus natura vitia esse, non animi. Valetudine prosperissima usus est, tempore quidem principatus penè toto, prope illaesa: quamuis à trigesimo aetatis anno arbitrata eam suo reuerit, sine adiumento, consilio medicorum.

Observatio religionum. 69

Circa Deos, ac religiones negligentior: quippe addictus mathematica: persuasionisque plenus, cuncta fato agi. Tonitrua tamen praeter modum expansebat, et turbatiore caelo nunquam non coronam lauream ceruice gestauit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis.

Artes, & disciplina eius. 70

Artes liberales utriusque generis studiosissime coluit. In oratione Latina secutus est Coruinium Messalam, quem senem adolescens obseruauerat. Sed affectatione, et morositate nimia obscurabat stylum: ut aliquanto ex tempore, quam à cura, praestantior haberetur. Composuit et carmen lyricum, cuius est titulus. Cōquestio de Iulij Caesaris morte. Fecit et Graeca poemata, imitatus Euphorionem, et Arrianum, et Parthenium: quibus poetis admodum delectatus, scripta eorum, et imagines publicis

biblio

bibliothecis inter veteres, & precipuos autores
 dedicauit: & ob hoc pleriq; eruditornū certatim
 ad eum multa de his ediderūt. Maximè tamen
 curauit notitiã historiæ fabularis, vsq; ad ine-
 ptias, atq; derisum. Nam & grāmaticos, quod
 genus hominū precipuè, vt diximus, appetebat,
 eiusmodi ferè quæstionibus experiebatur: Qua
mater Hecubæ, quod Achilli nomē inter virgi-
nes fuisset, quid Sirenes cantare sint solita. Et
 quo primum die, post excessum Augusti, cu-
 riam intrauit, quasi pietati simul, ac religioni
 satisfactorius, Minois exemplo, ture quidem
 ac vino, verum sine tibicine, supplicauit, vt ille
 olim in morte filij.

Peritia sermonis Græci, & abstinencia
 pronuntiatus eius. 71

Sermone Græco quanquã aliàs promptus,
 & facilis, nō tamen vsquequaq; vsus est.
 Abstiniuitq; maximè in Senatu: adeo quidē,
 vt Monopoliū nominaturus, prius veniã postu-
 larit, quod sibi verbo peregrino vt edū esset: atq;
 etiam in quodã decreto patrū, cū quidā uox reci-
 taretur, cōmutandum censuerit uocem, & pro
 peregrina nostratē requirendam: aut si nō re-
 periretur, vel pluribus, & per ambitū uerborū
 rem enūtiandã. Militē quoq; Græcè testimoniū
 interrogatum, nisi Latine respondere ueluit.

Infirmas eius, & quod ad urbem
 rediens retrocessit. 72

BIs omnino toto secessus tempore, Romam
 redire conatus, semel triremi vsque ad
 proximos naumachie hortos subuectus est, di-
 sposita statione per ripas Tyberis, qua obuiam
 prodeuntes submoueret. Iterum Appia vsque
 ad septimum lapidem, sed prospectis modò,
 nec aditis vrbs moenibus redyt. Primò incer-
 tum qua de causa postea ostento territus. Erat
 ei in oblectamentis serpens draco, quem ex
 consuetudine manu sua cibaturus, cum con-
 sumptum à formicis inuenisset, monitus est, vt
 vim multitudinis caueret. Rediens ergo, prope
 Campaniam Astura, in languorem incidit.
 Quo paulum leuatus, Circeios pertendit. Ac
 ne quam suspicionem infirmitatis daret, ca-
 strensis ludis non interfuit solùm, sed etiam
 missum in arenam aprum iaculis desuper pe-
 tit: statimq; latere conuulso, & vt ex aestu a-
 rat, afflatus aura, in grauiorem recidit mor-
 bum. Sustentaui autem aliquandiu, quamuis
 Misenum vsq; deuectus, nihil ex ordine quo-
 tidiano prætermitteret, ne conuiuia quidem, ac
 ceteras voluptates, partim intemperantia, par-
 tim dissimulatione. Nam Clariclem medicum,
 quòd comeatu abfuturus, è conuiuio egrediens,
 manum sibi osculandi causa apprehendisset,
 existimans tentatas ab eo venas, remanere, ac
 recumbere hortatus est, cœnàmque protraxit.
 Nec abstinuit consuetudine, quin tunc quoque
 instans

instans in medio triclinio, ast ante lectore, singulos valere dicentes appellaret.

Locus & tempus mortis eius. 73

Interim cum in actis Senatus legisset, dimissos, ac ne auditos quidem quosdam reos, de quibus strictim, & nihil aliud quam nominatos ab indice scripserat, pro contempto se habitum fremens, repetere Capreas quoquo modo destinavit, non temere quicquam, nisi ex toto ausurus. Sed & tempestatibus, & ingravescente vi morbi retentus, paulo post obiit in villa Lucilliana, octavo & septuagesimo aetatis anno, tertio & vigesimo Imperii, decimoseptimo Caes. Aprilis, Cn. Acerronio Proculo, C. Portio Nigro COS. Sunt qui putent venenum ei a Caio datum, lentum, atq; tabificum. Alij in remissione fortuitae febris cibum desideranti negatum: nonnulli pulvinum iniectum, cum extractum sibi deficiendi annulum mox resipiscens requisisset. Seneca eum scribit, intellecta defectio- ne, exemptum annulum quasi alicui traditurum parumper tenuisse: dein rursus aptasse digito, & compressa sinistra manu iacuisse diu immobile: subito vocatis ministris, ac nemine respondente, consurrexisse, nec procul a lectulo deficientibus viribus concidisse.

Signa praecedentia mortem eius. 74

Supremo natali suo Apollinem Temenitem, & amplitudinis, & artis eximia ad-
 vectum

uictum Syracusis, vt in bibliotheca noui templi poneretur, viderat per quietem affirmantem sibi non posse se ab ipso dedicari. Et ante paucos, quàm obiret, dies, turris Phari terramotum Capreis concidit. Ac Miseni cinis è fauilla, & carbonibus, ad calefaciendum triclinium illatus, extinctus, & iamdiu frigidus exarsit repente prima vespera, atque in multam noctem pertinaciter luxit.

Lætitia Romanorum in morte eius,

& gesta per eum.

75

Morte eius ita letatus est populus, vt ad primum nuntium discurrentes, pars Tyberium in Tyberim clamitarēt: pars terram matrem, Deosq; manes orarent, ne mortuo sedem ullam nisi inter impios darent: alij vncum, & Gemonias cadaueri minarentur, exacerbati super memoriam pristinae crudelitatis, etiam recenti atrocitate. Nam cùm Senatusconsulto actum esset, vt poena damnatorum in decimum semper diem differretur, fortè accidit, vt quorundam supplicij dies is esset, quo nuntiatum de Tyberio erat. Hos implorantes hominum fidem, quia absente adhuc Caio nemo extabat, qui adiri, interpellarique posset, custodes, ne quid aduersus constitutum facerent, strangularunt, abieceruntq; in Gemonias. Creuit igitur inuidia, quasi etiam post mortem tyranni, sententia permanente. Corpus vt moueri à Miseno cepit,

cepit, conclamantibus plerisque, Atellam potius deferendum, & in Amphitheatro semiustulandum, Romam per milites deportatum est, crematumque publico funere.

Testamentum & vltima dispositio eiusdem.

76

Testamentum duplex ante biennium fecerat: alterum sua, alterum liberti manu, sed eodem exemplo: obsignaueratque etiam humillimorum signis. Eo testamento heredes equis partibus reliquit. Caium ex Germanico, & Tyberium ex Druso nepotes: substituuitque inuicem. Dedit & legata plerisque: inter quos virginibus Vestalibus, ac militibus vniuersis, plebique Romanae viritum, atque etiam separatim vicorum magistris.

C. SVETONII TRAN-
QVILLI, C. CAESAR

CALIGVLA.

De Germanico patre Caligulae. I



GERMANICVS C. Caesaris pater, Drusi, & iunioris Antoniae filius à Tyberio patruo adoptatus, questuram quinquennio ante, quam per leges liceret, & post eam, Consulatum statim gessit. Missusque ad exercitum in Germaniam, excessio

excessu Augusti nuntiato, legiones vniuersas Imperatorem Tyberium pertinacissimè recusantes, & sibi summam Reipublicæ deferentes, (incertum constantia, an pietate maiore) compescuit, atque hoste mox deuictò, triumphauit. Consul deinde iterum creatus, ac prius, quàm honorem iniret, ad componendum Orientis statum expulsus, cùm Armenia regem deuicisset, Cappadociam in provincie formam redeegisset, annum etatis agens quartum & trigesimum, diutino morbo Antiochia obiit, non sine veneni suspitione. Nam præter liuores, qui toto corpore erant, & spumas, quæ per os fluebant, cremati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est: cuius ea natura existimatur, vt tiuctum veneno igne confici nequeat.

Germanici mors. 2.

Obiit autem (vt opinio fuit) fraude Tyberij, ministerio, & opera Cn. Pisonis. Qui sub idem tempus Syria prepositus, nec dissimulans offendendum sibi aut patrem, aut filium, quasi planè ita necesse esset, etiam agrum Germanicum grauissimis verborum, ac rerum acerbitatibus, nullo adhibito modo, affecit: propter quæ, vt Romam rediit, penè discerptus à populo, à Senatu capitis damnatus est.

Virtutes tam corporis, quàm animi
 ipsius Germanici. 3.

Omnes.

OMnes Germanico corporis, animiq; vir-
 tutes, & quantas nemini cuiquam con-
 tigiſſe ſatis conſtat: Formam, & fortitudinem
 egregiam, ingenium in vtroque eloquentia, do-
 ctринаq; genere præcellens: benevolentiam ſin-
 gularem, conciliandæq; hominum gratiæ, ac
 promerendi amoris mirum, & efficax ſtu-
 dium Formæ minus congruebat gracilitas crurum,
 ſed ea quoque paulatim repleta aſſidua
 equi veſtatione poſt cibum. Hoſtem cominus
 ſæpe percuffit. Orauit cauſas etiam triumphales:
 atque inter cætera ſtudiorum monumen-
 ta reliquit & comædias Græcas. Domi, fo-
 riſque ciuiliſ, libera, ac fœderata oppida ſine
 liſtoribus adibat. Sicubi clarorum virorum
 ſepulcra cognosceret, inferias manibus dabat.
 Ceſorum clade Variana veteres, ac diſperſas
 reliquias vno tumulto humaturus colligere ſua
 manu, & comportare primus aggreſſus eſt.
 Obreſtatoribus etiam qualeſcunq;, & quan-
 tacunq; de cauſa nactus eſſet, lenis aded,
 & innoxius, vt Piſoni decreta ſua reſcinden-
 ti, clientelas diu vexanti non prius ſuccenſere
 in animum induxerit, quàm veneficijs quoq;
 & deuotionibus impugnari ſe comperiſſet: ac
 ne tunc quidem vltra progreſſus, quàm vt
 & amicitiam ei more maiorum renuntia-
 ret, mandarétque domesticis vltionem, ſi quid ſibi
 accideret.

Omnium fauor ad eum, & dilectio. 4

Quarum virtutum fructum vberimum tulit, sic probatus, & dilectus à suis, vt Augustus (omitto enim necessitudines reliquas) diu cunctatus, an sibi successorē destinaret, adoptandū Tyberio dederit. Sic vulgò fauorabilis, vt plurimi tradāt, quoties aliquo adueniret, vel sicunde discederet, præ turba occurrentium prosequentiūmve nonnunquā eum discrimen vitæ adūsse: è Germania verò, post compresam seditionem, reuertenti, pratorianas cohortes vniuersas prodisse obuiam, quamuis pronūtiatum esset, vt duæ tantummodo exirent: Populi autem Romani sexum, etatem, ordinē omnem vsq; ad vicesimum lapidem effudisse se.

Prælagia quæ diem mortis Germanici præuenerunt, & luctus

barbaricus.

Tamen longè maiora, & firmiora de eo iudicia in morte, ac post mortem extitere. Quo defunctus est die, lapidatæ sunt tēpla, subuersæ Deūm aræ: Lares à quibusdam familiares in publicum abiecti, partus coniugum expositi. Quin & Barbaros ferunt, quibus intestinū, quibūsq; aduersus nos bellum esset, velut in domestico, communiq; mœrore, consensisse ad inducias: Regulos quosdam barbam possuisse, & vxorum capita rasisse, ad indicium maximi luctus: Regum etiam regem & exer-

citatio

citacione venādi, & conuictu Regist auū ab-
stinuisse, quod apud Parthos institū instar est.

Mœstitia, & luctus in vrbe de
morte eius. 6

Roma quidem, cum ad primam famā va-
letudinis attonita, & mœsta ciuitas se-
quētes nuntios opperiretur, & repente iam ves-
peri incertis auctoribus conualuisse tandem per-
crebuisse, passim cum luminibus & victimis
in Capitolium concursum est, ac penē reuulsa tem-
pli fores, ne quid gestientes vota reddere mora-
retur. Experges factus è somno Tyberius est gra-
tulantium vocibus, atq; vndiq; concinentium,
Salua Roma, Salua patria. Saluus est Germa-
nicus. Et vt demum fato functū palam factum
est, non solatū vllis, non edictis inhiberi luctus
publicus potuit: duravitq; etiam per festos De-
cembris mensis dies. Auxit gloriam, deside-
riūmq; defuncti etiam atrocit as insequentium
temporum: cunctis, nec temere opinantibus re-
uerentia eius, ac metu repressam Tyberij senti-
tiam, quæ mox eruperit.

Vxores, & filij Germanici.

HAbuit in matrimonio Agrippinā, Ner-
Agrippæ & Iulie filiā, & ex ea nouē li-
beros tulit: quorum duo infantes adhuc rapti,
vnus iā puer ascēs insigni festiuitate, cuius effi-
giē habitū Cupulini in ade Capitolina Venere
Livia dedicauit, Augustus in cubiculo suo posi-

tam, quotiescunq; introiret, exosculabatur. Ca-
teri superstites patri fuerunt. Tres sexus fumi-
nini, Agrippina, Drusilla, Liulla, continuo triē-
nio nata, totidem mares Nero, & Drusus, &
C. Caesar. Nerone, & Drusum Senatus, Tybe-
rio criminante, hostes iudicauit.

Locus, & tēpus natiuitatis C. Cæsaris. 8

CAius Cæsar natus est pridie Cal. Septem-
bres, patre suo, & C. Fonteio Capitone
COSS. ubi natus sit, incertum diuersitas tra-
dentium facit. Cn. Lentulus Getulicus Tyburi
genitum scribit: Plinius Secundus in Treueris
nico Ambiatino supra cōfluentes, addit etiam
pro argumento aras ibi ostendo, inscriptas, ob
Agrippinae puerperium. Versiculi, imperante
mox eo, diuulgati, apud hybernas legiones pro-
creatum indicant.

In castris natus, patris nutritus in armis,

Iam designati principis omen erat.

Ego in actis Antij ipsum inuenio editū. Getu-
licum refellit Plinius, quasi mētium per adu-
lationem, vt ad laudes iuuenis, gloriosiq; prince-
pis aliquid etiam ex vrbe Herculi sacra sume-
ret: abusumq; audentius mendacio, quod ante
annū ferè natus Germanico filius Tyburi fue-
rat, appellatus & ipse C. Cæsar: de cuius ama-
bili pueritia, immaturoq; obitu supra diximus.
Plinium arguit ratio temporum. Nam qui res
Augusti memorie mandarunt, Germanicum

exacto

exacto consulatu in Gallia missum consentiunt,
 iam nato Caio. Nec Plinij opinionem inscriptio
 are quicquam adiuerit, cum Agrippina bis in
 ea regione filias enixa sit: & qualescunq; par-
 tus sine ullo sexus discrimine, puerperium vocetur:
 quod antiqui etiam puellas pueras, sicut &
 pueros puellos dicitarent. Extat & Augusti
 epistola ante paucos, quam obiret, menses, ad
 Agrippinam neptem ita scripta de Caio hoc,
 (neque enim quisquam iam alius infans nomine
 pari nunc supererat) Puerum Caium xv. Cal.
 Iunij (si dii volent) ut duceret Talarus, et Asel-
 lius, heri cum his constitui. Mitto praeterea cum
 eo ex seruis meis medicum, quem scripsi Germa-
 nico, si vellet, ut retineret. Valebis mea Agrip-
 pina, & dabis operam, ut valens peruenias ad
 Germanicum tuum. Abunde arbitror patere,
 non potuisse ibi nasci Caium, quod prope bimulus
 demum perductus ab vrbe sit. Versicolorum
 quoque fidem eadem haec eleuant: & eo facilius
 quod hi sine autore sunt. Sequenda igitur est
 (quae sola actorum restat) & publici instru-
 menti autoritas: praesertim cum Caius Antius
 omnibus semper locis atque secessibus prelatum,
 non aliter quam natale solum dilexerit: tradi-
 turque etiam sedem, ac domicilium Imperij te-
 dio vrbs transferre eò destinasse.

Cognomen Caij, & vbi primò edu-
 catus fuerit.

Caligula cognomen castrensi loco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. Apud quos quantum præterea per hanc nutrimentis consuetudinē amore & gratia valuerit, maxime cognitū est, cum post excessum Augusti tumultuantes, & in furorem usque præcipites, solus haud dubiè conspectu suo flexit. Nō enim prius destiterūt, quàm ablegari eum ob seditionis periculū, & in proximā civitatem demādari animadvertissent. Tunc demum ad pœnitentiam versi, represso, ac retento vehiculo, invidiā, quæ sibi fieret, deprecati sunt.

Locus, & apud quos secundò fuerit educatus. IO

Comitatus est patrem & in Syriaca expeditione. Unde reversus primum in matris, deinde ea relegata, in Livia Augusta proavia sua cõtubernio māsit: quam defunctā prætextatus etiam tum pro Rostris laudavit. Transiitque ad Antoniam aviam, & vnde vigesimo ætatis anno accitus Capreas à Tyberio, vno atque eodem die togam sumpsit, barbāque posuit, sine ullo honore, quæ alis contigerat tyrcinio fratrum eius. Hic omnibus insidijs tentatus elicientium, cogentiumque se ad querelas, nullam vnquam occasionem dedit, perinde oblitterato suorum casu, ac si nihil cuiquam accidisset: quæ verò ipse pateretur, incredibili dissimulatione transmittēs. Tanti que in avum, & qui iuxta erant, obsequij,

vt non immeritò sit dictum, Nec seruum meliorem vllum, nec deteriozem dominum fuisse.

Signa sæuitiæ eius in iuuentute. II

Naturam tamē seuā, atq; probrosam, nec tunc quidē imhibere poterat, quin & animaduersionibus, pœnisque ad supplicium datorum cupidissimè interesset, & ganeas, atque adulteria capillamento celatus, & veste longa noctibus ambiret, ac scenicas saltandi canēdiq; artes studiosissimè appeteret, facile id sanè Tyberio patiente, si per has mansueseri posset ferum eius ingenium. Quod sagacissimus senex ita prorsus perspexerat, vt aliquoties prædicaret exitio suo, omniumque Caium viuere, & senatricem (serpentis id genu.) populo Romano, Phaëthontem orbi terrarum educare.

Vxor eius, & suspicio veneficij in Tyberium. II

Non ita multò post Iuniā Claudillā M. Syllani nobilissimi viri filia duxit vxorem. Deinde Augur in locū fratris sui Drusi destinatus, prius quàm inauguraretur, ad Pontificatum traductus est insigni testimonio pietatis, atque indolis, cum deserta, desolataq; reliquis subsidijs aula, Seiāno verò tunc suspecto, mox & oppresso, ad spem successiōis paulatim admoueretur. Quam quò magis confirmaret, amissā Iunia ex partu, Enniam Nauiā Metacronis vxorem, qui tum prætorianis cohortibus

præerat, sollicitauit ad stuprum, pollicitus & matrimonium suum, si potius Imperio fuisset: de que ea re & iureiurâdo, & chirographo cauit. Per hæc insinuat us Macroni, veneno Tyberium aggressus est, vt quidam opinantur: Spiritique adhuc detrahi annulum: & quoniam suspicionem retinentis dabat, puluimum iussit inuici, atq; etiam fauces manu sua oppressit, liberto, qui ob atrocitatem facinoris exclamauerat, confestim in crucem acto. Nec abhorret à veritate, cum sint quidam autores, ipsum postea, et si non de perfecto, at certe de cogitato quondam parricidio professum. Gloriatum enim esse assidue, in commemoranda sua pietate, ad vltimam necem matris & fratrum, introisse se cum pugione cubiculum Tyberij dormientis, & misericordia correptum, abiecto ferro recessisse: nec illum, quanquam sensisset, aut inquirere quicquam, aut exequi ausum.

Imperium Caij Caligulae

Imperij Cæsar. 13

Sic Imperiū adeptus P. R. vel (vt ita dicam) hominum genus, voti compotem fecit, exoptatissimus princeps maxima parte provinciarum, ac militum, quod infantem pleriq; cognouerant: sed & vniuersa plebi vrbana ob memoriam Germanici patris, miserationemque propè afflictæ domus. Itaq; vt à Niseno mouit, quâuis lugētis habitu, & funus Tyberij prosequēs,

tamen

tamē inter altaria, & victimas, ardēt eisq; tedas, densissimo & latissimo obuiorum agmine incessit super fausta nomina, sidus, & pullum & puppum, & alumnū appellantium.

Gesta eius in initio principatus. 14

Ingressōq; urbē, statim consensu Senatus, & irrumpentis in curiam turba, irrita Tyberij voluntate, qui testamento alterum nepotem suum prætextatum adhuc cohæredem ei dederat, ius arbitriumq; omnium rerū illi permisum est, tanta publica lætitia, vt tribus proximis mensibus (ac ne totis quidem) supra centum lxx. millia victimarum casa tradantur. Cū deinde paucos post dies in proximas Campanie insulas traiecisset, vota pro reditu suscepta sunt, ne minimam quidem occasionem quouam omittere in testificanda sollicitudine, & cura de incolumitate eius. Vt verò in aduersam valetudinem incidit, peruoctantibus cunctis circa palatium, non defuerunt qui depugnatos se armis pro salute agri, quiq; capita sua titulo proposito vouerent. Accessit ad immensum ciuium amorem, notabilis etiam externorum fauor. Nāq; Artabanus Parthorum rex, odium semper, contemptumq; Tyberij præ se ferens, amicitiam eius vltro petijt: venitq; ad colloquium legati consularis: & trāsgressus Euphratē, aquilas & signa Romana, Cesarumq; imagines adorauit.

Pia, & ciuilia gesta per eum in initio principatus. 15

Incēdebat & ipse studia hominum omni genere popularitatis. Tyberio cum plurimis lacrymis pro concione laudato, funeratoq; amplissime, confestim Pandatariam, & pontias, ad transferendos matris, fratrisque cineres festinauit, tempestate turbida, quō magis pietas emineret, adijtq; venerabilis, ac per semet in uenas cōdidit. Nec minore seua hostiam prefixo in biremis puppe rexillo, & inde Romam Tyberii subuectos, per splendidissimum quēq; eque stru ordinis, medio, ac frequenti die duobus ferculis mausoleo intulit. Iustitiasq; his annua religione publicē instituit, & eō amplius matris Circenses, carpentūmq;, quo in pompa traduceretur. At in memoriam patris, Septembrē mensem Germanicum appellauit. Post hæc, Antonie amie quicquid vnquam Liua Augusta honorum cepisset, uo SENATOS congregit. Patrum Claudium equitem Rom. ad id tempus, collegam sibi in consulatu assumpsit. Fratrem Tyberium die uirilis toge adoptauit, appellauitq; principem iuuentutis. De sororibus aut or fuit, ut omnibus sacramentis adijceretur. Neq; me liberōsq; meos chariores habeo, quā Caiū, et sorores eius. Item relationibus consulū. Quod bonū felixq; sit C. Cesari sororibusq; eius. Pari popularitate damnatos, relegatōsq; restituit;

crimi

criminumque, si qua residua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit. Commentarios ad matris, fratrumque suorum causas pertinentes, ne cui postmodum delatori, aut testi maneret ullus metus, coniectos in forum, & antè clare obtestatus Deos, neque legisse, neque attigisse quicquam, concremanit. Libellum de salute sua oblatum non recepit, contendens nihil sibi admissum, cur cuiquam iniurus esset: negavitque se delatoribus aures habere.

Ciuitia eius gesta, ac ipsius moderatio, 16

Spintrias mentrosarum libidinum agrè ne profundo mergeret, exoratus, vrbe submouit. Titi Labieni, Cordi Cremutij, Casij, Seueri scripta Senatusconsultis abolita, requiri, & esse in manibus, lectitarique permisit, quando maximè sua interesset, vt facta quaeque posteris tradantur. Rationes Imperij ab Augusto proponi solitas, sed à Tyberio intermissas publicauit. Ad magistratibus liberam iurisdictione, & sine sui appellatione concessit. Equites Romanos seuerè curiosèque, nec sine moderatione recognouit: palam adempto equo, quibus aut probri aliquid, aut ignominie inesset: eorum, qui minore culpa tenerentur, nominibus modo in recitatione praeteritis. Vt leuior labor iudicantibus foret, ad quatuor priores, quintam decuriam addidit. Tentauit & comitorum more renocato, suffragia populo reddere. Legata

ex testamento Tyberij, quanquam abolito, sed
 & Liuia Augustæ quod Tyberius suppressera-
 rat, cum fide, ac sine calumnia representata
 persoluit. Ducentessimam auctonum Italia re-
 misit. Multis incædiorum damna suppleuit, ac
 si quibus regna restituit, adiecit & fructum
 omnem vectigaliorum, & reditum mediæ tem-
 poris, vt Antiocho Comageno H. s. millies con-
 fiscatum. Quoque magis nullius non boni exem-
 pli fautor videretur, mulieri libertinæ octin-
 genta donauit, quod excrucitata grauissimis
 tormentis de scelere patroni reticuisset. Quas
 ob res inter reliquos honores decretus est ei cly-
 peus aureus, quem quotannis certo die collegia
 sacerdotum in Capitolium ferrent, Senatu pro-
 sequente, nobilibusq; pueris ac puellis, carmine
 modulato, laudes virtutum eius canentibus.

1. Cal. Decretum autem, vt dies, quo cepisset Imper-
 rium, Palilia vocaretur, velut argumentum
 2. Prætorius conductæ vrbis.

3. Consularis per eum gesti, & liberalitas
 eius ad populum.

Consulatus quatuor gessit: primū ex Cal.
 Ianuarijs per duos menses, secundū ex Cal.
 Ianuarijs per triginta dies, tertium vsq; in Idus
 Ianuarij: quartum vsq; in VII. Idus easdē. Ex
 omnibus duos nouissimos coniunxit. Tertium
 autem Lugduni inijt solus: non, vt quidam opi-
 nantur, superbia, negligentiæ, sed quod defun-

Etum

Etum sub Calendarum diem collegam rescisse
absens non potuerat. Congiarium populo bis
dedit trecenos H-s. toties abūdantissimum epu-
lum Senatui, equestriq; ordini, etiā cōiugibus,
ac liberis vtrorumq;. Posteriore epulo forensia
in super viris, pueris ac fœminis fascias purpura
ac conchylj distribuit. Et vt latitiā publicā in
perpetuum quoque augetet, adiecit diem Satur-
nalis, appellauitq; Iuuenalem.

Spectacula per eum edita. 18

MVna gladiatoria partim in Amphitheatro Tauri, partim in septis aliquot edidit: quibus inseruit ceteras Afrorū, Campanorūque pugilum ex vtraque regione electissimorū. Neq; spectaculis semper ipse praesedit: sed interdum aut magistratibus, aut amicis praesidendi munus iniunxit. Scenicos ludos & assidue, & varij generis, multifariam fecit, quondam etiam & nocturnos, accensis tota vrbe luminibus. Sparsit & missilia variarum rerum, et panaria cum obsonio viritim diuisit. Qua epulatione, equiti Ro. contra se hilarius, auidiusque vescenti, partes suas misit: sed & Senatori ob eandem causam codicillos, quibus Praetorem eum extra ordinem designabat. Edidit & Circenses plurimos à mane vsque ad vesperam, interiecta modò Africanorum venatione, modò Troie decursione, quosdam autē praecipuos, minio, & chrysocolla contra-
to Circo

to Circo, nec ullis nisi ex senatorio ordine aurigantibus. Commisit & subitos, cum lege Luciana apparatus Circi prospicientem pauci ex proximis manianis postulassent.

Nouum genus spectaculi per eum editum. 19

NOuum præterea, atque inauditum genus spectaculi excogitauit. Nam Baiarum medium interuallum, & Puteolanas moles, trium millium & sexcentorum ferè passuum ponte coniunxit, contractis undiq; onerarijs nauibus, & ordine duplici ad anchoras collocatis. Superiectoq; aggere terreno, ac directo in Appie via formam. Per hunc pontem vltro citro commeauit, biduo continenti. Primo die phalerato equo, insignis quercirca corona, & securi, & cetra, & gladio, aureaq; chlamyde. Postridie quadrigario habitu, curriculoq; biggi famosorum equorum, præ se ferens Darium puerum ex Parthorum obsidibus, comitante pratorianorum agmine, & in effedis cohorte amicorum. Scio plerosque existimasse, talem à Caio pontem excogitatum, emulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquantò angustiorum Hellepontum contabulauerit. Alios, vt Germaniam, & Britanniam, quibus imminebat, alicuius immensi operis fama territaret. Sed auum meum narrantem puer audiebam, causam operis ab interioribus aulicis proditam, quod

quod Thrasillus mathematicus, anxio de successore Tyberio, & in verum nepotem priori, affirmasset, non magis Caium imperaturum, quam per Baianū sinum equis discursurum.

20 Spectacula per eum peregre facta.

Edidit & peregre spectacula, in Sicilia Syracensis hasticos ludos & in Gallia Lugduni miscellos. Sed & certamen quoq; Graeca, Latinaq; facundia. Quo certamine ferunt victoribus praemia victos contulisse, eorundem & laudes componere coactos. Eos autem, qui maximè displicuissent, scripta sua, spongia linguæ deletere iussos, nisi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi maluissent.

Opera publica per eum edita, & peracta. 21

Opera sub Tyberio semiperfecta, templum Augusti, theatrumque Pöpeij absoluit. Inchoavit autem aqueductum regione Tyburti, & Amphitheatrum iuxta septa, quorum operum à successore eius Claudio alterum peractum, omissum alterum est. Syracensis collapsa vetustate moenia deorumq; ades refecta. Destinauerat & Samij Polycratis regiam restituere. Mileti didymen peragere, in iugo Alpium urbem condere, sed ante omnia Isthmū in Achaia perfodere. Miseratq; iam ad dimetiendum opus primipilarem Caium.

22 Vana gloria, & elatio eiusdem.

Hactenus

Hactenus quasi de principe, reliqua vt de
 monstronarranda sunt. Compluribus co-
 gnominibus assumptis (nam & Pius, & Ca-
 strorum filius, & Pater exercituum, & Opt.
 Max. Caesar vocabatur) cū audiret fortè reges,
 qui officij causa in vrbe aduenerant, concertan-
 tes apud se super coenam de nobilitate generis,
 exclamauit. *Εἰς νοίεραυος ἴσθω, εἰς βασιδεύς.* Nec
 multum abfuit, quin statim diadema sumeret,
 speciemq; principatus in regni formam conuer-
 teret. Verùm admonitus, & principum, &
 regum se excessisse fastigium, diuinam ex eo
 maiestatem asserere sibi coepit. Datoq; negotio
 vt simulacra numinum religione & arte præ-
 clara, inter quæ Olympici Iouis apportarentur
 egregia: quibus capite dempto suum imponere-
 tur, partem palatij ad forum vsque promouit,
 atq; ad eade Castoris, & Pollucis in vestibulum
 transfigurata, consistens sæpe inter fratres deos
 medium se adorandum aduentibus exhibebat:
 & quidam enim Latialem Iouem consaluta-
 uerunt. Templum etiam numini suo proprium,
 & sacerdotes, & excogitatissimas hostias insti-
 tuit. In templo simulacrum stabat aureum
 leonium. Amiciebaturq; quotidie veste, quali
 ipse vteretur. Magisteria sacerdotij ditissimus
 quisque & ambitione, & licitatione maxima
 vicibus comparabant. Hostie erant phœnico-
 pteri, pauones, tetraones, numidicæ, meleagri-
 des,

des, phasiana, quæ generatim, per singulos dies
immolarentur: & noctibus quidem plenâ ful-
gētēmq; Lunā inuitabat assiduè in amplexus
atq; concubitum. Interdiu verò cum Capitolina
Ioue secretò fabulabatur, modò insurrans, ac
præbens inuicem aures, modò clarius, nec sine
iurgijs. Nam vox comminantis audita est:

Eis γαίαν Δαυζῶν περὶ αὐτῶν
donec exoratus, ut referebat, & in conturber-
nium ultro inuitatus, super templum diui Au-
gusti ponte transmissò, palatium, Capitoliumq;
coniunxit. Mox quò propior esset, in arca Ca-
pitolina nouæ domus fundamenta iecit.

Detractio, & sæuitia eius contra
propinquos. 23

A Grippe se nepotem neque credi, neque dici
ob ignobilitatē eius volebat: succensebat-
que, si qui vel oratione, vel carmine, imagini-
bus eum Cesarum infererent. Predicabat autē
matrem suam ex incesto, quod Augustus cū Lu-
lia filia commississet, procreatā. Ac non conten-
tus hac Augusti insectatione, Acliacas, Sicu-
lasq; victorias, ut funestas P. R. & calamito-
sas vetuit solennibus ferijs celebrari. Liuiam
Augustam proauiam Vlyssē stolatū identi-
dem appellans, etiam ignobilitatis quadam ad
Senatū epistola arguere ausus est, quasi mater
no auo Decurione Fundano ortam, cū publi-
cis monumentis certum sit Ausidium Lingonē
Romæ

Roma honoribus functū. Auia Antonia secretum petenti denegauit, nisi vt interueniret Ma-
cro praefectus. Ac per istiusmodi indignitates, et
tedia, causa extitit mortis, dato tamen, vt qui-
dam putant, & veneno. Nec defuncta vllum
honorem habuit: prospexit q̄; è triclinio ardētem
rogum. Fratrem Tyberium inopinantem, repe-
tē immisso tribuno militum, interemit. Syllanū
item socerum ad necem, secandasq̄; nouacula
fauces compulit, causatus in vtroq̄; quod hic
ingressum se turbatiuz mare non esset secutus,
ac spe occupandi urbem, si quid sibi per tempestas
accideret, remansisset: ille antidotū oboluis-
set, quasi ad praecauenda venena sua sumptum:
cū & Syllanus impatientiā nauisea vitasset,
& molestiā nauigādi, et Tyberius propter assi-
duam, & ingrauescentem tussim medicamento
vsus esset. Nam successorem Imperiū Claudii
patrum non nisi in ludibrium reseruauit.

Libido eius cum omnibus sororibus. 24

Cum omnibus sororibus suis stupri consue-
tudinem fecit: plenūque conuiuio singulas
infra se vicissim collocabat, vxore supra cuban-
te. Ex his Drusillam vitasse virginem, pra-
textatus adhuc creditur: atq; etiam in concu-
bitu eius quondam deprehensus ab auia An-
tonia, apud quā simul educabantur. Mox Lu-
cio Cassio Longino consulari collocatam abdu-
xit, & in modum iusti & vxoris propalam ha-
buit.

buit. Heredem quoque bonorum, atque Imperij
 aeger instituit. Eadem defuncta iustitium indi-
 xit, in quo resisse, lauisse, cenasse cum parenti-
 bus, aut coninge, liberi suae, capitale fuit. Ac
 meroris impatiens, cum repente, noctuque pro-
 fugisset ab urbe, transcurrissetque Campaniam,
 Syracusas petiit, rursusque inde properè rediit,
 barba capilloque promisso. Nec unquam postea
 quantiscumque de rebus, ne pro concione quidem
 populi, aut apud milites, nisi per nomen Dru-
 sille deiecit. Reliquas sorores, nec cupiditate
 tanta, nec dignatione dilexit, ut quas saepe ex-
 letis suis prostraverit. Quò facilius eas in cau-
 sa Aemilij Lepidi condemnauit, quasi adulte-
 ras, & insidiarum aduersus se conscias. Nec so-
 lum chirographa omnium requisita fraude ac-
 stu prodiulgauit, sed & tres gladios in necem
 suam preparados, Marti vltori, addito elogio,
 consecrauit.

Matrimonia & vxores eius. 25

Matrimonia contraxerit turpius, an di-
 miserit, an tenuerit, non est facile discer-
 nere. Liusiam Horestillam C. Pisoni nubentem,
 eum ad officium & ipse venisset, ad se deduci
 imperauit. intraque paucos dies repudiatam bien-
 nio post relegauit, quòd repetisse vsu, prioris
 mariti tempore medio videbatur. Alij tradunt,
 adhibitum cenae nuptiali, mandasse ad Pisonem
 contra accumbentem, Noli & xerem meam

premere, statimq; è conuiuio abduxisse eam secum, & proximo die edixisse matrimonium sibi repertum exemplo Romuli, & Augusti. Lolliam Paulinã C. Memmio consulari, exercitus regenti nuptam, facta mentione auic eius, vt quondam pulcherrima, subito ex provincia euocauit, ac perductam à marito coniunxit sibi, breuiq; missam fecit, interdicto cuiusquam in perpetuum coitu. Casoniam neque facie insigni, neque etate integra, matremque iam ex alio viro trium filiarum, sed luxuria, ac lasciuia perdita, & ardentius, & constantius amauit, vt sepe chlamyde, peltaq; & galea comatam, & iuxta ad equitatem, militibus ostenderit, amicis verò etiam nudam. Quam enixam uxorio nomine dignatus est, vno atq; eodem die professus, & maritum se eius, & patrem infantis ex ea nata. Infantem autem Lulliam Drusillam appellatam, per omnium dearam templa circumferens, Minerva gremio imposuit, alendamq; & instituendam commendauit. Nec vllò firmiore indicio sui seminis esse credebatur, quàm feritatis, quæ illi quoque tanta iam tunc erat, vt infestis digitis, ora & oculos simul ludentium infantium incesset.

Crudelitas eius contra propinquos

& ceteros.

26

L Eue ac frigidum sit bis addere, quo propinquos amico, que pacto tractauerit. Ptolet

maum regis Iulæ filium consobrinum suum
 (erat enim & is Kl. Antonij ex Helene filia
 nepos) & in primis ipsum. Itacronem, ipsam
 Enniam adiutores Imperij, quibus omnibus pro
 necessitudinis iure, proque meritorum gratia
 cruenta mors persoluta est. Nihilò reuerentior
 lenioræ erga Senatum, quosdam summis ho-
 noribus functos, ad essedum sibi occurrere toga-
 tos per aliquot passuum millia, & cœnanti mo-
 dò ad pluteum, modò ad pedes stare succinctos
 linteo, passus est: alioscum clam interemisset,
 citare nihilo minus ut viros perseueravit, pau-
 eos post dies voluntaria morte perisse mentitus.
 COSS. oblitis de natali suo edicere, abrogavit
 magistratum, fuitq; per triduum sine summa
 potestate Respub. Questorem suum in coniura-
 tione nominatum flagellavit veste detracta,
 subiectaq; militum pedibus, quò firmè verbera-
 turi insisterent. Simili superbia, violètiaq; ca-
 teros tractavit ordines. Inquietatus fremitu
 gratuita in circo loca de media nocte occupan-
 tium, omnes fustibus abegit. Elisiq; per eum tu-
 multum viginti amplius equites Rom. totidem
 matronæ super innumeram turbam ceteram.
 Scenicis ludis, inter plebem, & equitem causant
 discordiarum seruus, decimas maturius dabat,
 ut equestria ab infimo quoque occuparentur.
 Gladiatorio munere, reductis interdù flagran-
 tissimo Sole velis, emitti quenquam vetabat

remotoq; ordinario apparatu, rabidis feris vilissimo senio confectos, gladiatores quoque pugnantes, patres familiarum notos, sed insignes debilitate aliqua corporis, subijciebat. Ac nonnunquam horreis preclusis, populo famem indixit.

Eiusdem severitas, atq; crudelitas. 27

Severitiam ingenij per hæc maximè ostendit: Cum ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, exnoxys laniandos adnotavit, & custodiarum seniem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans tantummodo intra porticum mediam, à caluo ad caluum duci imperavit. Votum exegit ab eo, qui pro salute sua gladiatoriam operam promiserat, spectavitq; ferro dimicantem, nec dimisit nisi victorem, & post multas preces. Alterum, qui se periturum ea de causa voverat, cunctas autem pueris tradidit verberatum, insultatumq;, qui votum reposcentes per vicos agerèt, quo ad præcipitaretur ex aggere. Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis ad metalla, & munitiones viarum, aut ad bestias cõdemnavit, aut bestiarum more quadrupedes cauea docruit, aut medios ferris dissecuit. Nec omnes gravibus ex causis, verùm malè de munere suo opinatos, vel quòd nunquam per genium suum deierassent. Parentes supplicio filiorum interesse cogebat. Quorum uni valetudinem excusanti lecticam misit, alium

alium è spectaculo poëne, epulis statim adhibuit, atq; omni comitate ad hilaritatem, & iocos prouocauit. Curatorem munerum, ac venationum per continuos dies in conspectu suo cæcenis verberatum non prius occidit, quàm offensus putrefacti cerebri odore. Atellana poetam, ob ambigui ioci versiculum, media amphitheatri arena igni cremauit. Equitem Romanum obiectum feris, cum se innocentem proclamasset, reduxit, abscissaq; lingua, rursus induxit.

Sæuitia eius contra suos exules,

& Senatorem. 28.

Reuocatum quendam à vetere exilio sciscitatus, quidnam ibi facere consuesset, respondente eo per adulationem: Deos semper orauit, vt (quod euenit) periret Tyberinus, & tu imperares: opinans sibi quoq; exules suos mortè imprecari, misit circum insulas, qui vniuersos contrucidarent. Cum discerpi Senatorem concupisset, subornauit, qui ingredientem curiam repente hostem publicum appellantes inuaderent, graphijsq; confossum lacerandum cæteris traderent. Nec antè satiatus est, quàm membra, & artus, & viscera hominis tracta per vicos, atq; ante se congesta vidisset.

Atrocitas eius dicta. 29.

Inter manifestissima facta augebat atrocitate verborum: Nihil magis in natura sua laudare se, ac probare dicebat, quàm (vt ipsius verbo

vtar) ἀδίατος ψίχον, hoc est, inuerecundiam. Moneuti Antonie auia, et anquam parum esset non obedire, Memento, ait, omnia mihi & in omnes licere. Trucidaturus fratrem, quem metu venenorum premuniri medicamentis suspicabatur, Antidotū, inquit, aduersus Casarem? Relegatis sororibus, nō solum in insulas habere se, sed etiam gladios minabatur. Pretorium virū ex secessu Anticyra, quam valetudinis causa petierat, propagari sibi commeatum sepius desiderantem, cum mandasset interim, adiecit, necessariam esse sanguinis missionem, cui tandem non prodesset helleborum. Decimo quoque die, numerum puniendorū ex custodia subscribens, rationem se purgare dicebat. Gallis, Græcisq; aliquot vno tempore condemnatis, gloriabatur Gallograciam se subegisse.

Atrocitas, ac dira eius facta. 30

Non temere in quenquam, nisi crebris & minutis ictibus animaduerti passus est: perpetuo, notoque iam præcepto ita fieri, vt se mori sentiat. Punit per errorem nominis alio, quam quem destinauerat, ipsum quoque paria meruisse dixit. Tragicū illud subinde iactabat,

Oderint, dum metuant.

Sæpe in cunctos pariter Senatores, vt Seiani clientes, aut matris, ac fratrum suorum delatores inuectus est, prolatis libellis, quos crematos simulauerat: defensa q; Tyberij seuitia, quæ se

necessaria, cum tot criminantibus credendum
esset. Equestrem ordinem, ut scena, arenaq; de-
uotum assidue proscidit. Infensus turbae fauētī
aduersus studium suum, exclamauit: Vtinam
P. R. vnā ceruicem haberet. Cūq; Tetrinius
latro postularetur, & qui postularent, Tetri-
nios esse ait. Retiarij tunicati quinque numero
gregatim dimicantes, sine certamine nullo toti-
dem secutoribus succubuerant: cum occidi iube-
rentur, vnus resumpta fuscina, omnes victores
interemit. Hanc ut crudelissimam cadem &
defleuit edicto: & eos, qui spectare sustinuis-
sent, execratus est.

Eiusdem querela contra suorum tem-
porum felicitatem. 31

QVeri etiam palam de cōditione temporum,
suorum solebat, quod nullis calamitati-
bus publicis insignirentur. Augusti principa-
tum clade Variana: Tyberij, ruina spectaculo-
rum apud Fidenas memorabile factū sui obli-
uionem imminere prosteritate rerū. Atq; iden-
tidem exercituum cades, famem, pestilentiam,
incendia, hiatum aliquem terrae optabat.

Crudelitatem eius, in cœnis, ludis,
spectaculis, & sacrificiis. 32

ANimum quoq; remittenti, ludōq; & epu-
lis dedito, eadem dictorū, factorūmq; se-
uitia aderat. Sape in conspectu prādentis, vel
comessantis seriae quæstiones per tormenta ha-

bebantur. Miles decolladi artifex quibuscunq;
 è custodia capita amputabat. Puteolis dedica-
 tione pontis, quem excogitatum ab eo significa-
 uimus, cum multos è litore inuitasset ad se, re-
 pente omnes precipitauit. Quosdam guberna-
 cula apprehendentes, contis, remisq; detrusit in
 mare. Romæ publico epulo seruū, ob detractam
 lectis argenteam laminam carnifici confestim
 tradidit, vt manibus abscissis, atq; antepectus
 à collo pendentibus, præcedente titulo, qui cau-
 sam pœna indicaret, per cœtus epulantiū circū-
 duceretur. Mirmillonem è ludo rudibus secum
 batuentem, & sponte prostratum confodit fer-
 rea sica, ac more victorū cum palma discurrit.
 Admota altaribus victima, succinctus pompa-
 rum habitu, elato altè malleo, cultrariū macta-
 uit. Lautiore cōiuiuo effusus subito in cachin-
 nos, coss. qui iuxta cubabāt, quidnā rideret,
 blandè quæretibus: Quid inquit, nisi vno meo
nutu iugulari vtrunq; vestrum statim posse?

Apelles per eum flagellatus, &

alia eius gesta.

33

INter varios iocos, cum assistens simulacro
 Iouis Apellem tragœdum consulisset, vter
 illi maior videretur, cunctantem flagellis disci-
 dit: collaudans subinde vocem deprecatis, quasi
 etiam in gemitu prædulcè. Quoties vxoris, vel
 amicula collum exoscularetur, addebat: Tam
 bona ceruix, simulac iussero, demetur. Quin &
 subinde

subinde iactabat, exquisitum semel fiducialis
de Caesonia sua, cur eam tantopere diligeret.

Malignitas, & superbia eius con-
tra omnes.

34

NEc minore liuore, ac malignitate, quam
superbia, seuitiaq; penè aduersus omnis
eui homines grassatus est: statuas virorum il-
lustrum, ab Augusto ex Capitolina area pro-
pter angustias in Martium campum collatas,
ita subuertit, atq; disiecit, vt restitui saluis ti-
tulis nō valuerint. Vtuitq; posthac viuentium
cuiquam rsquam statuam, aut imaginem, nisi
consulto se, & autore, poni. Cogit aut etiam de
Homeri carminibus abolēdis. Cur enim sibi non
licere dicens, quod Platoni licuisset, qui eum
è ciuitate, quam constituebat, eiecerit. Sed &
Vergilij, & Titi Liuij scripta, & imagines,
paulum absuit, quin ex omnibus bibliothecis
amouerit: quorum alterum, vt nullius ingenij,
minimaq; doctrina, alterum vt verbosum in hi-
storia, negligentemq; carpebat. De iuris quoq;
consultis, quasi scientia eorū omnem rs sum abo-
liturus sepe iactauit, se (mehercle) effecturum,
ne quid respondere possint præter æquum.

Item inuidia eius contra omnes. 35

VEtera familiarum insignia nobilissimo
cuique ademit: Torquato torquem, Cin-
cinnato crinem, Cn. Pompeio stirpis antiquæ,
Magni cognomen. Ptolemaeum, de quo retuli,

& accersitum è regno, & exceptum honori-
 ficè, non alia de causa repente percussit, quàm
 quòd edente se munus, ingressum spectacula,
 conuertisse hominũ oculos fulgore purpurea ab-
 olle animaduertit. Pulchros, & comatos, quo-
 ties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat.
 Erat Esus Proculus patre primipilari, ob egre-
 giam corporis amplitudinẽ, & speciẽ colossos
 dictus. Hunc è spectaculis detractũ, repente &
 in arenã deductum, Thraci, & mox hoploma-
 cho comparauit: bisq; victorem constringi sine
 mora iussit, & pannis obsitum vicatim circum-
 duci, ac mulieribus ostẽdi, deinde iugulari. Nul-
 lus deniq; tam abiectæ conditionis, tam que ex-
 tremæ sortis fuit, cuius non commodis obrecta-
 ret. Nemorensi regi, quòd multos iam annos po-
 ziretur sacerdotio, validiorem aduersarium
 subornauit. Cũ quodam die muneris, effeda-
 rio Porio, ob prosperam pugnam seruum suum
 manumittenti studiosius plausum esset, ita se
 proripuit è spectaculis, vt calcata lacinia toge,
 præceps per gradus iret indignabundus, & cla-
 mitans, dominum gentiũ populum ex re leuis-
 sima plus honoris gladiatori tribuentem, quàm
 consecratis principibus, aut presenti sibi.

Luxuria & libido eiusdem. 36

Pvdicitia neque suæ, neque alienæ pepercit.
 Marcum Lepidũ, M. Nestorem Panto-
 mimum, quosdam obsides dilexisse fertur, com-

mercia

mercio mutui stupri. Valerius Catulus consulari familia iuuenis, stuprati à se, ac latera sibi contubernio eius defessa, etiam vociferatus est. Super sororum incesta, & notissimum prostituta Pyralidis amorem, non temere vlla illustriore femina abstinuit, quas plerunque cum maritis ad cenam vocatis, præterq; pedes suos transeuntes, diligenter, ac lentè, mercantium more cõsiderabat: etiam faciem manu alleuans, si qua pudore submitterent. Quoties deinde libuisset, egressus triclinio, cum maximè placitam seuocasset, paulò post recentibus adhuc la-sciviae notis, reuersus vel laudabat palam, vel vituperabat: singula numerans bona, malae corporis, atque concubitus. Quibusdam absentium maritorum nomine, repudium ipse misit, iussitq; in acta referri.

Luxuria eiusdem in cœnis, balneis, ædificiis, & aliis operibus.

NEpotinis sumptibus omnium prodigiorum ingenia superauit, cõmentus nouum balnearum vsus, pretiosissima genera ciborum, atque cœnarum: vt calidis, frigidisque vnguentis lauaretur, pretiosissimas margaritas aceto liquefactas sorberet: conuiujs ex auro panes, & obsonia apponeret: Aut frugi hominem esse oportere dicitans, aut Casarem. Quin & nummos non mediocris summa è fastigio basilica Iulie per aliquot dies sparsit in plebem.

Fabris

Fabricauit & de cedris liburnicas, gemmatis puppibus, versicoloribus velis, magna thermarum, & porticum, & tricliniorum laxitate, magnaq; etiam vitium & pomiferarum arborum varietate, quibus discumbens de die inter choros, ac symphonias, litora Campanie peragraret. In extructionibus pratoriorum, atq; villarum omni ratione posthabita, nihil tam efficere concupiscebat, quam quod posse effici negaretur. Et iacta itaq; moles infesto, ac profundo mari, excisa rupes durissimi silicis, & campis montibus aggere equati, & complanata fossuris montium iuga, incredibili quidem celeritate, cum mora culpa capite lueretur. Ac ne singula enumerem, immensas opes, totumq; illud Tyberij Caesaris, vicies, ac septies millies H. S. non toto vertente anno absumpsit.

Rapinae, & extorsiones eiusdem. 38

EXhaustus igitur, atque egens, ad rapinas conuertit animum, vario & exquisitissimo calumniarum, & aucionum, & relictialium genere. Negabat iure ciuitatem Romanam usurpare eos, quorum maiores sibi, posterisque eam impetrassent, nisi filij essent. Neque enim intelligi debere posteros ultra hunc gradum. Prolataq; dinorum Iulij, & Augusti diplomata, ut vetera, & obsoleta desebat. Arguebat & perperam editos census, quibus postea quacumque de causa quicquam incrementi accessisset. Testament

stamentum Primipilariū, qui ab initio principatus Tyberij, neq; illam, neq; se heredem reliquissent, vt ingrata rescidit. Itē caterorum, vt irrita, & vana, quoscunq; quis diceret heredem Casare mori destitisse. Quo metu iniecto, cum iam & ab ignotis inter familiares, & à parentibus inter liberos palam heres nuncuparetur, derisores vocabat, quod post nuncupationē vivere perseverarent, & multis venenatis melleas misit. Cognoscebat autē de talibus causis, taxato prius modo summa, ad quem conficiendum consideret, confecto demum excitabatur.

Ac ne paululum quidem morae patiens, super XL. reos quondam ex diuersis criminibus vna sententia condēnauit. gloriatusq; est expergescitae somno Casonia. quantum egiisset, dum ea meridiaret. Auctione proposita, reliquias omnium spectaculorum subiecit, & venditauit: exquirens per se pretia, & vsq; eò extendens, vt quidam immenso coacti quadam emere, ac bonis excuti venas sibi inciderent. Nota res est, Aponio Saturnino inter subsellia dormitante, monitum à Caio praconem, ne pratorium virum crebro capitis motu nutantem sibi prateriret: nec licendi finem factum, quoad XLII. gladiatores H. S. nonagies ignorantia addicerentur.

Turpia eius lucra. 39

IN Gallia quoq; cum damnatarum sororum Lornamenta, & supellectilem, & seruos atq;

etiam liberos, immensis pretijs vendidisset, inuitatus lucro, quicquid instrumēti veteris aula erat, ab vrbe recepit, comprehensis ad deportandum meritorijs quoq; vehiculis, & pistrinensibus iumentis, adeo, vt & panis Roma saepe deficeret, & litigatorum pleriq;, quod occurrere absentes ad vadimonium non possent, causa caderent. Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis, ac lenocinij adhibuit: modo auaritia singulos increpans, & quod non puderet eos locupletiores esse, quam se: modo penitentiam simulans, quod principalium rerum priuatis copiam faceret. Compererat prouincialem locupletem ducenta H. S. numerasse vocatibus, vt per fallaciam conuiuio interponeretur, nec tulerat molestè tam magno estimari honorem cœna sua. Huic postero die sedenti in auctione misit, qui nescio quid friuoli ducentis millibus traderet: diceretq; cenaturum apud Casarem, vocatu ipsius.

Noua vectigalia, & sordidi quaestus. 40

VECTIGALIA noua, atque inaudita primùm per publicanos, deinde, quia lucrum exuberabat, per Centuriones, Tribunosq; praetorianos exercuit: nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non tributi aliquid imponeret. Pro edulijs, quae tota vrbe venirent, certum, si atumq; exigebatur. Pro litibus, atque iudicijs, ubicunq; conceptis, quadragesima summa, de

qua litigaretur, nec sine poena, si quis composuisse, vel donasse negotium conuinceretur. Ex gerulorum diurnis questibus pars octaua, ex capturis prostitutarum quantum, quaeque uno concubitu mereret. Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico, & quae meretricium, quaeue lenocinium fecissent, necnon & matrimonia obnoxia essent.

Item de eodem. 41.

Huiusmodi reftigalibus indictis, neque propositis, cum per ignorantiam scripturae multa commissa fierent, tandem flagitante Populo Romano, proposuit quidem legem, sed & minutissimis literis, & angustissimo loco, ut ne cui describere liceret. Ac ne quod non manubiarum genus experiretur, lupanar in palatio constituit: distinctisque, & instructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronae, ingenuique starent. Misit circum fora, & basilicas nomenclatores ad inuitandos in libidinem iuuenes, senesque; praebita aduenientibus pecunia scenebria, appositisque qui nomina palam subnotaret, quasi adiutantium Caesaris redditus. Ac ne ex lustu quidem alicui compendium spernens, plus mendacio, atque etiam periuurio lucrabatur. Et quondam proximo collusori, demandata vice sua, progressus in atrium domus, cum praetereuntes duos equites Romanos locupletes sine mora corripere, confiscarique iussisset, exultans rediit.

glor

gloriânsq; nunquam se prosperiore alea vssum.

Dos pro nata filia, & strenæ per eum
petitæ ac receptæ. 42.

Filia verò nata, paupertatem, nec iam Im-
peratoria modò, sed & patria conquerens
onera, collationes in alimoniam, atque dotem
puella recepit. Edixit & strenas ineunte anno
se recepturum: stetitq; in vestibulo adium Ca-
lend. Ianuarijs ad captandas stipes, quas ple-
nis ante eum manibus, ac sinu, omnis generis
turba fundebat. Nouissimè contrectanda pecu-
niæ cupidine incensus, sepe super immensos au-
reorum acervos patentissimo diffusos loco, &
nudis pedibus spatatus, & toto corpore ali-
quandiu volutatus est.

Expeditio eius Germanica. 43

Militiam, resq; bellicus semel attigit, neq;
Mex destinato, sed cùm ad visendum ne-
mus. fluménq; Clitumni Rhenaniam processis-
set, admonitus de supplendo numero Batano-
rum, quos circa se habebat, expeditionis Ger-
manica impetum cepit: neque distulit, sed le-
gionibus, & auxilijs vndiq; excitis, delectibus
vndique acerbissimè actis, contracto & omnis
generis commeatu, quantum nunquam antè,
iter ingressus est: confecitq; modo tam festinan-
ter, & rapidè, vt prætorianæ cohortes contra
morem signa iumentis imponere, & ita subse-
qui cogerentur: interdum ad eò segniter & de-

licatè

licitate, ut octophoro reheretur, atque à propinquarum urbium plebe verri sibi vias, & cerspergi propter puluerem exigeret.

Gesta per eum in castris. 44

Postquam castra attigit, ut se acre, & suerum ducem ostenderet, legatos, qui auxilia serius ex diuersis locis adduxerant, cum ignominia dimisit. At in exercitu recedendo, plerisque cæburionum maturis iam, & nonnullis ante paucissimos, quam consummaturi essent dies, primos pilos ademit, causatus senium cuiusque, & imbecillitatem: ceterorum increpita cupiditate, comoda emerita militie ad sexcentorum millium summam recidit. Nihil autem amplius, quam Admimocino Bellini Bataucrum regis filio, qui pulsus à patre, cum exigua manu transfugerat, in deditioem recepto: quasi vniuersa tradita insula, magnificas Romam literas misit, monitis sepe latoribus, ut vehiculo ad forum usque, & curiam pertenderent, nec nisi in aede Martis, ac frequente Senatu, coss. traderent.

Sylua per eum truncata, & milites per eum præmiis donati, & alia gesta eius 45

Mox deficiente belli materia, paucos de custodia Germanos traieci, oculisque trans Rhenum iussit: ac sibi post prædium, quam tumultuosissime adesse hestent nutiari. Quo facto, proripuit se cum amicis, & parte equitum prætorianorum in proximam syluam: truncatisque arbori

arboribus, & in modum trophæorum adorna-
tis ad lumina reuersus, eorū quidem, qui secu-
ti non essent, timiditatem, & ignauiam corri-
puit: comites autē & participes victoriæ, nouo
genere ac nomine coronarum donauit, quas di-
stinctas Solis, ac Lune, syderūmq; specie, explo-
ratorias appellauit. Rursus obsides quosdam
abductos è literario ludo, clamq; præmissos, de-
serto repente conuiuio cum equitatu insecutus,
veluti profugos ac reprehensos in catenis redu-
xit: in hoc quoq; nimis præter modum intempe-
rans. Repetita cæna renuntiantes coactum a-
gmen, sicut erant, loricanos ad discumbendum
adhortatus est. Monuit etiam notissimo Vergi-
lij versu, Durarent, secundisq; se rebus serua-
rent. Atq; inter hæc absentem Senatū, popu-
lūmq; grauisimo obiurgauit edicto, quòd Cæ-
sare præliante, & tantis criminibus obiecto,
intempestiua conuiuia, circum, & theatra, &
amœnos secessus celebrarent.

Apparatus exercitus eius contra Ocea-
num, & alia eius gesta. 46

Postremo, quasi perpetraturus bellum, dire-
cta acie in litore Oceani, ac ballistis, machi-
nisq; dispositis, nemine gnaro, ac opinante quid
nam ccepturus esset, repente vt cõchas legerent,
galeasque & sinus replerent, imperauit: spolia
Oceani vocans Capitolio, Palatioque debita. Et
in iudiciū victoriæ altissimā turrem excitauit,

ex qua, vt ex Pharo, noctibus ad regendos nauium cursus, ignes emicarent: pronuntiatoq; militi donatiuo, centenis viritim denarijs, quasi omne exemplum liberalitatis supergressus, Abite, inquit, lati, abite locupletes.

Curæ triumphæ, & alia eius gesta. 47

Conuersus hinc ad curam triumphæ, præter captiuos, ac transfugas barbaros, Galliarum quoq; procerissimum quemq; & vt ipse dicebat, ἄξιόβροχιάμυβρον, ac nonnullos ex principibus legit, ac seposuit ad pompam, coëgitque non tantum rutilare, & submittere comam, sed & sermonem Germanicum addiscere, & nomina barbarica ferre. Præcepit etiam triremes, quibus introierat Oceanum, magna ex parte itinere terrestri Romam deuehi. Scripsit & procuratoribus, triumphum apparerent quam minima summa, sed quæ tunc nunquam alius fuisset, quando in omnium hominum bona ius haberent.

Nefarium consilium trucidandi

legiones. 48


Priusquam provincia decederet, consilium inijt nefandæ atrocitatis, legiones, quæ post excessum Augusti seditione olim mouerât, contrucidandi, quod & patrem suum Germanicum ducem, & se infantem tunc obsedissent. Vixque à tam præcipiti cogitatione reuocatus, inhiberi nullo potuit modo, quin decimare velle persereret. Vocatos itaque ad concionem inermes,

atque etiam gladijs dispositis, equitatu armato circumfedit. Sed cum videret suspecta re, plerisque dilabi ad resumenda, si qua vis fieret, arma, profugit concione: confestimq; urbem petijt, deflexa omni acerbitate in Senatum, cui animaduertendos tantorum dedecorum rumores palam minabatur, querens inter cetera fraudatum se in isto triumpho, cum ipsa paulo antequam ne quid de honoribus suis ageretur, etiam sub mortis pena denuntiaffet.

Reditus eius ad urbem, malum eius propositum, & venena reperta. 49

ADitus ergo in itinere a legatis amplissimi ordinis, ut maturaret, oratibus quam maxime voce, Veniã, inquit, veniã, & hic mecum, (capulum, gladij crebro verberans, quo cinctus erat.) edixit, & reuerti se, sed iustantum, qui optarent, equestri ordini, & populo. Nam sine neque ciuem, neque principem Senatui amplius fore. Vetuit etiam quenquam Senatorum sibi occurrere: atq; omisso, vel dilato triumpho, euans urbem natali suo ingressus est. Intraq; quartum mensem perijt, ingentia facinora ausus, & aliquantò maiora moliens. Si quidem proposuerat Antium, deinde Alexãdriam, commigrare, interepto prius vtriusq; ordinis electissimo quoq; Quod ne cui dubium videatur, in secretis eius reperti sunt duo libelli diuerso titulo, alteri gladius, alteri pugio index erat. Ambo notas & nomina

o
f
l
r
i
r
b
o
g
i
a
r
es
i
sa
is
r
r
m
i
at
r
b
is
a
e



urbem, ut Senones quondam occuparent. Unde credo percussoribus eius postea consilium natum, apud tumultuantes milites ementiendi ipsum sibi manus intulisse, nuntio mala pugnae perterritum.

Vestes, ceteri que eius habitus. 52

VEstitu, calceatuq; & cetero habitu, neq; patrio, neq; civili, ac ne virili quidem, ac de niq; nō humano semper usus est. Sape depictas, gematasq; indutus penulas, manuleatus et armillatus in publicū processit, aliquando sericatus. & cycladatus, ac modò in crepidis, vel cothurnis, modò in speculatoria caliga, nonnunquam socco muliebri, plerūq; verò aurea barba fulmē tenens, ac fuscina, aut caduceū Deorum insignia, atq; etiam Veneris cultu cōspectus est. Triumphalem quidem ornatum etiam ante expeditionē assiduē gēstavit: interdū & Magni Alexandri thoracem repetitū ē conditorio eius.

Eloquentia eius, & ars oratoria. 53

EDisciplinis liberalibus minimū eruditio-
ni, eloquentiæ plurimū attendit, quātum-
vis faciendus, & promptus: utiq; si perorandum in aliquem esset, irato & verba, & sententiæ suppetebant: pronūtiatio quoq; & vox, ut neq; eodem loci præ ardore consisteret, & exaudiretur à proculstantibus. Peroraturus stricturum se lucubrationis suæ telum minabatur: lenius comptiusq; scribēdi genus ad eò contemnēs,

ut Senecam tum maximè placentem, commissio-
 nes meras componere, & arenam esse sine
 calce diceret. Solebat etià prosperis oratorum
 actionibus rescribere, & magnorū in Senatu
 reorum accusationes defensionesq; meditari: ac,
 prout stylus cesserat, vel onerare sententia sua
 quenque, vel subleuare, & questi quoque ordine
 ad audiendum inuitato per edicta.

Eiusdem cantandi ars, saltandi, atque
 aurigandi.

SED & aliorum generū artes studiosissimè,
 & diuersissimas exercuit. Thrax, et auri-
 ga idem cantor, atq; saltator batuebat pugnatō
 rīs armis. Aurigabat extructo plurifariā cir-
 co. Canendi, ac saltandi voluptate ita effereba-
 tur, ut ne publicis quidem spectaculis tempera-
 ret, quò minus & tragædo pronuntianti concie-
 neret, & gestum historicus quasi laudans vel
 corrigens palam effingeret. Nec alia de causa
 videtur eo die, quo perijt, peruigilium indi-
 xisse, quàm ut initium in scenam prodeundi li-
 centia temporis auspicaretur. Saltabat autem
 nonnunquā etiam noctu. Et quondam tres con-
 sulares secūda vigilia in palatium accitos, mul-
 tāq; & extrema metuentes super pulpitum col-
 locauit. Deinde repente magno tibiārū & sca-
 bellorum crepitu, cum palla tunicāque talari
 prosiluit, ac desaltato cantico abijt. Atque hic
 tam docilis ad cetera, uatare nescijt.

Studium

Studium eius & fauor ad plaudentes, &
odium ad impediētes. 55

Quorū verò studio teneretur, omnibus ad
insaniam fauit. Marcū Nestorē Pan-
teminum etiam inter spectacula osculabatur:
ac si quis saltante eo vel leuiter obstreperet, de-
trahi iussū manu sua flagellabat. Equiti Ro-
mano tumultuanti, per centurionem denuntia-
uit, vt abiret sine mora Hostiam, perferretq; ad
Ptolemæum regem in Mauritaniam codicillos
suos. Quorum exemplum erat: Ei, quem isthuc
misi, neque boni quicquam, neque mali feceris.
Thraces quosdam Germanis corporis custodi-
bus præposuit. Mirmillonum armaturas rescidit.
Columbo victori, leuiter tamē saucio, vene-
num in plagam addidit, quod ex eo Columbi-
num appellauit. Sic certè inter alia venena scri-
ptum ab eo repertum est. I rasinae factioni ita
addictus, et deditus, vt cœnaret in stabulo asi-
duè, & maneret. Agitatori Cythico comessatione
quadam in apophoretis vicies H-s. contulit.
Incitato equo, cuius causa pridie Circenses,
ne inquietaretur, viciniae silentium per milites
indicere solebat, præter equile marmoreum, &
præsepe eburneum, præterq; purpurea tegumen-
ta, ac monile è gemmis, domum etiam, & fami-
liam, & supellectilem dedit, quò lautius nomi-
ne eius inuitati, acciperentur: cōsulatum quoq;
traditur destinasse.

Coniuratio, & conspiratio contra
eum facta. 56

ITa bacchantem atq; grassantem, non defuit
I plerisq; animus adoriri. Sed vna et altera cō-
spiracione detecta, alijs per inopiam occasionis
cunctantibus, duo cōsiliū communicauerunt,
perfeceruntq; non sine conscientia potentissimo-
rum libertorum, prefectorūq; pratorū: quod
ipsi quoque, et si falso, in quadam coniuratione,
quasi participes nominati, suspectos tamen se,
& inuisos sentiebant. Nam & statim seductis
magnam fecit inuidiam, restricto gladio affir-
mans sponte se periturum, si & illis morte di-
gnus videretur: nec cessauit ex eo criminari al-
terum alteri, atque inter se omnes committe-
re. Cūq; placuisset Palatinis ludis spectaculo
egressum meridie aggredi, primas sibi partes
Cassius Cherea, Tribunus cohortis pratorie
depoposcit: quem Caius seniore iam vt mol-
lem, & effœminatum denotare omni probro
consuerat: & modò signum petenti, Priapum,
aut Venerē dare: modò ex aliqua causa agen-
ti gratias, osculandam manum offerre forma-
tam, commotamque in obscœnum modum.

Prodigia futuræ cædis eius. 57

Futura cædis multa prodigia extiterunt,
Olympiæ simulacrum Iouis, quod dissolui,
transferriq; Romam placuerat, tatum cachin-
num repente edidit, vt machinis labefactis
opifices

opifices diffugerint. Superuenitq; illico quidam
 Cassius quoq; nomine, inssum se somnio affir-
 mans immolare taurum Ioui. Capitolium Ca-
 puae Idibus Martijs de caelo tactum est, item
 Romae cella Palatina atriensis. Nec defuerunt
 qui coniectarent altero ostento periculum à cu-
 stodibus domino portendi: altero, eadem rursus
 insignem, qualis eodem die facta quondã fuis-
 set. Consulenti quoq; de genitura sua, Sulla ma-
 thematicus certissimam necem appropinqua-
 re affirmavit. Non uerunt & sortes Antiati-
 nae, ut à Cassio caueret. Qua causa ille Cassius
 Longinum Asiae tum proconsulem occidendum
 delegauerat, immemor Cheream Cassium no-
 minari. Pridie quam periret. somniauit consi-
 stere se in caelo iuxta solium Iouis, impulsusq;
 ab eo dextri pedis pollice, & in terras precipita-
 tum. Prodigijs loco habitata sunt etiam, quae
 fortè illo ipso die paulò prius acciderant. Sacri-
 ficans respersus est phoenicopteri sanguine. Et
 Pantomimus M. Nestor tragoediam saltauit,
 quam olim Neoptolemus tragædus ludis, qui-
 bus rex Macedonum Philippus occisus est,
 egerat. Et cum in Laureolo mimo, in quo a-
 ctor proripiens se ruina sanguinem uomuit, ut
 plures secundarum certatim experimentum ar-
 tis darent, cruore scena abundauit. Parabat
 & in noctem spectaculum, quo argumeta in se-
 vorum per Aegyptios & Aethiopes explicaretur.

Cædes, & mors eius.

58

Nono Calendas Februarias, hora quasi septima cunctatus an ad prandium surgeret, marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere, tandem suadentibus amicis egressus est. Cum in crypta, per quam transeundum erat, pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas euocati prepararentur, ut eos inspiceret, hortareturque, restitit. Ac nisi princeps gregis algere se diceret, redire ac representare spectaculum voluit. Duplex dehinc fama est: alij tradunt alloquenti pueros à tergo Cheream ceruicæ gladio casim grauiter percussisse, premissa voce, Hoc age. Dehinc Cornelium Sabinum, alterum è coniuratis Tribunum, ex aduerso traiecisse petus: alij Sabinum, submota per consocios centuriones turba, signum more militiæ petisse, & Caio Iouem dante Cheream exclamasse, Accipe ratum: respicientique maxillam ictu discidisse. Iacentem, contractisque membris clamitatem se viuere, ceteri vulneribus xxx. confecerunt. Nam signum erat omnium, Repite. Quidam etiam per obscena ferrum adegerunt. Ad primum tumultum lecticarum cum asseribus in auxilium accurrerunt, mox Germani corporis custodes, ac nonnullos ex percussoribus, quosdam etiam Senatores innoxios interemerunt.

Funus Caij, & mors vxoris &

filiæ eius.

59

Vixit

Vixit annis vigintinove, imperavit triennio, & decem mensibus, diebusq; octo. Cadaver eius clam in hortos Lamianos asportatum, & tumultuario rogo semiambustum leuissime obrutum est, postea per sorores ab exilio reuersas erutum, crematum, sepultumq;. Satis constat prius, quam id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos. In ea quoq; domo, in qua occubuerit, nullam noctem sine aliquo terrore transactam, donec ipsa domus incendio consumpta sit. Perijt una & uxor Caesonia, gladio à Centurione confossa, & filia parieti illisa.

Gesta per Senatum post mortem eius.

60

Conditionem temporum illorum etiam per haec aestimare quibus possit. Nam neq; caede vulgata statim creditum est. Fuit q; suspicio ab ipso Caio famam caedis simulatam & emissam, ut eo pacto erga se hominum mentes deprenderet. Neq; coniurati cuiquam Imperium destinauerunt. Et Senatus in asserenda libertate ad eum consensus, ut coss. primo non in curiam, quia Iulia vocabatur, sed in Capitolium conuocarent. Quidam vero sententia loco abolendam Caesarum memoriam, ac diruenda templa ceperunt. Obseruatum autem, notatumq; est in primis, Caesares omnes, quibus Caij praenomen fuit, ferro perijisse iam inde ab eo, qui Cinnanis temporibus sit occisus.

C. SVETONII TRAN-
 QVILLI D. CLAV-
 DIVS CAE-
 SAR.

De patre Claudij, & eius gestis. I



PATREM Claudij Caesaris
 Drusum, olim Decimum, mox
 Neronē prænominē, Liviā cum
 Augusto grāvida nupsisset, in
 tra mēsem tertiū peperit, fuitq;
 suspicio, ex vitrico per adulterij consuetudinem
 procreatum. Statim certē vulgatus est versus:

Τοῖς ἀντυχῶσι καὶ τριμνα καὶ Δία.

Is Drusus in Quæstura, Præturaq; honore,
 dux Rhetici, deinde Germanici belli, Oceanum
 Septentrionalē primus Romanorū ducum na-
 uigavit: transq; Rhenū fessas novi & immensi
 operis effecit, quæ nūc adhuc Drusina vocatur.
 Hostem etiam frequenter casum, ac penitus in
 intimas solitudines actum, non prius destitit
 insequi, quā species Barbaræ mulierū huma-
 na amplior, victorem tendere ultra sermone
 Latino prohibuisset. Quas ob res ovandi ius,
 & triumphalia ornamenta percepit, ac post
 Præturam confestim inito Consulatu, atq; ex-
 peditione repetita, supremū diem morbo obiit, in
 æstivis castris, quæ ex eo scelerata sunt appella-
 ta. Corpus eius per municipiorum, coloniarumq;
 primo

primores, suscipientibus obuijs scribarum decu-
 rrys, ad urbem deuectus, sepultumq; est in Mar-
 tio campo. Ceterum exercitus honorarium ei tu-
 mulum excitauit, circa quem deinceps st ato die
 quotannis miles decurreret, Galliarumq; cini-
 tates publicè supplicarent. Præterea Senatus in-
 ter alia complura, marmoreum arcum cum tro-
 phæis via Appia decreuit, & Germanici cogno-
 men ipsi, posterisq; eius. Fuisse autem creditur
 non minus gloriosi, quàm ciuilis animi. Nam
 ex hoste super victorias opima quoque spo-
 lia captasse, summòque sæpius discrimine du-
 ces Germanorum tota acie in secl atus: nec dissi-
 mulasse vnquam, pristinum se Reipub. statum
 quandocunque posset, restitutum. Vnde exi-
 stimo nonnullos tradere ausos, suspectum cum
 Augusto, reuocatumque ex prouincia, & quia
 cunctaretur, interceptum veneno. Qued equi-
 dem magis, ne prætermitterem, retuli, quàm
 quia verum aut verisimile putem: cum Augu-
 stus tantopere & vinum dilexerit, vt cohære-
 dem semper filijs instituerit, sicut quondam in
 Senatu professus est: & defunctum ita pro con-
 cione laudauerit, vt Deos precat us sit, similes ei
 Caesares suos facerent, sibiq; tam honestum quan-
 doq; exitum darent, quàm illi dedissent. Nec
 contentus, elogium tumulo eius versibus cõposi-
 tis à se insculpsisse, etiam vitæ memoriã prosa
 oratione composuit. Ex Antonia minore com-
 plures

plures quidem liberos tulit, verum tres omnino reliquit, Germanicum, Liuillam, Claudium.

Natiuitas Claudij, & eius infantia. 2

Claudius natus est, Iulio Antonio, Fabio Africano C O S S. Calend. Augusti, Lugduni, eo ipso die, quo primùm ara ibi Augusto dedicata est, appellatusque Tyberius Claudius Drusus. Mox fratre maiore in Iuliam familiam adoptato, Germanici cognomen assumpsit. Infans autem relictus à patre, ac per omnem ferè pueritiã, atq; adolescentiã tempus, varijs & tenacibus morbis conflictatus est, ad id vt animo simul, & corpore hebetato, ne progressa quidem etate, ulli publico priuatõque muneri habilis existimaretur. Diu etiam atq; post tutelam receptam, alicui arbitrij, & sub pedagogo fuit, quem barbarum, & olim superimentarium, ex industria sibi appositum, vt se quibuscunq; de causis quã sensimè cõcereret, ipse quodam libello conqueritur. Ob hanc eandem valetudinem, & gladiatorio munere, quod simul cum fratre memoriã patris edebat, palliolatus nouo more praesedit, & toga virilis die, circa mediam noctem, sine solenni officio letifica in Capitolium latus est.

Opera eius circa liberales disciplinas. 3

Disciplinis tamen liberalibus ab etate prima non mediocrem operam dedit, ac saepe experimenta cuiusq; etiam publicauit. Verum
ne sic

ne sic quidem quicquam dignitatis assequi, aut
 spem de se commodiorem in posterum facere po-
 tuit. Mater Antonia portentum eum hominis
 distabat, nec absolutum à natura, sed tantum
 inchoatum: ac si quem socordiae argueret, stul-
 tiores aiebat filio suo Claudio. Ania Augu-
 sta pro despectissimo semper habuit, non affa-
 ri, nisi rarissime, nō monere, nisi acerbo, & bre-
 ui scripto, aut per internuntios solita. Soror Li-
 uilla cum audisset quandoque imperaturum,
 tam iniquam & tam indignam sortem populo
 Romano, palam, & clarè detestata est. Nam
 & auunculus maior Augustus quid de eo in
 utranq; partem opinatus sit, quò certius cogno-
 scatur, capita ex ipsius epistolis posui.

Epistolæ Augusti ad Liuiam, de te-
 stimonio Claudij.

4
Collocutus sum cum Tyberio, ut manda-
 sti, mea Liuia, quid nepoti tuo Tyberio
 faciendum esset ludis Martialibus. Consentit
 autem uterq; nostrum s-mel esse nobis statuen-
 dum, quod consilium in illo sequamur. Nam si
 est, ægtios (ut ita dicam) ὀδύνηρος, quid est,
 quod dubitemus, quin per eosdem articulos &
 gradus perducendus sit, per quos frater eius
 perductus fuit? Sin autem ἐλαττωσάξι senti-
 mus eum, ἡγεὶ βέλᾶφῶσαι, ἡγεὶ εἰς τὸ ἔσῶ-
 μαλος, ἡγεὶ εἰς τὸ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τῆς πρᾶ-
 βῆδα materia deridendi & illum, & nos nō est
 s homini

hominibus, τὰ τοιαῦτα οὐκ ἔπειθ' ἔμελλομεν
 ἔπειθ' εὐδοκίῳ. Nā semper estuabimus, si de sin-
 gulis articulis temporū deliberabimus. μὴ ἔπειθ'
 πρὸς ἐμὸν ἡμῖν, posse arbitremur eum gerere
 honores, necne. In presentia tamen quibus de re-
 bus consulis, curare eum ludis Martialibus
 triclinium sacerdotum, non displicet nobis, si
 est passurus se ab Syllani filio homine sibi affi-
 ni admoneri, ne quid faciat, quod confici, &
 derideri possit. Spectare eum Circenses ex pul-
 uinari, non placet nobis. Expositus enim in pri-
 ma fronte spectaculorum conspicietur. In Al-
 banum montem ire eum, non placet nobis, aut
 esse Romæ Latinarum diebus. Cur enim non
 præficitur vrbi, si potest fratre suum sequi in
 montem? Habes nostras, me a Liuia, sententias,
 quibus placet semel de tota re aliquid consti-
 tui, ne semper inter spē, & metum fluctuemus.
 Licebit autem, si voles, Antonia quoq; nos ræ-
 des hanc partem epistole huius legendā. Rursus
 alteris literis, Tyberium adolescentem ego verò,
 dum tu aberis, quotidie inuitabo ad coenam, ne
 solus cœnet cum suo Sulpitio, & Athenodoro:
 qui vellem diligentius, & minus μετρώπως de-
 ligeret sibi aliquem, cuius motum, & habitum,
 & incessum imitaretur misellus:

Αὐτὸς δὲ τὸ αὐτὸ ἐν τοῖσι σπυδαίοις λέγει.

ubi non aberrauit eius animus. satis apparet ἢ
 ἢ ψυχῆς αὐτῶ ἐν γένει. Item tertijs literis, Ty-
 berium

berium nepotem tuum placere mihi declaman-
tem potuisse, peream, nisi, mea Liuia, admiror.
Nam qui tā à se xpōs loquatur, qui possit, cū
declamat, xpōs dicere quae dicenda sunt, non
video. Nec dubiū est quin post hęc Augustus
constituerit, & reliquerit eum nullo praeter au-
guralis sacerdotij honore impertitum, ac ne
heredem quidem, nisi inter tertios, ac penè ex-
traneos, & parte sexta nuncuparit, legatōque
non amplius quàm octingentorum sestertiorū
prosecutus.

Honor Consulatus eidem per Tybe-
rium negatus, & secessus eius.

TYberius patruus petenti honores, consula-
ria ornamenta detulit. Sed instantius le-
gitimos flagitanti, id solum codicillis rescripsit,
quadraginta aureos in Saturnalia, & sigilla-
ria se misisse ei. Tunc demum abiecta spe digni-
tatis, ad otium concessit, modo in hortis & subur-
bano, modo in Campania secessu delitescens,
atque ex contubernio sordidissimorum hominū
super veterem segnitiae notam, ebrietatis & a-
lae quoque infamiam subit.

Gratia, & fauor eius apud homines.

CUm interim (quanquam hoc modo agen-
ti) nunquam aut officium hominum,
aut reuerentia publica defuit. Equester or-
do bis patronum eum perferendae pro se lega-
tionis elegit: Semel cū deportandum Roman-

corpus Augusti humeris suis à COS. exposcerent: iterum cum oppressum Seianum apud eosdem gratularentur. Quin & Spectaculis aduenienti assurgere, & lacernas deponere solebant. Senatus quoq; vt ad numerum sodalium Augustalium sorte ductorum extra ordinem adijceretur, censuit: & mox vt domus ei, quam incendio amiserat, publica impensa restitueretur, dicendeq; inter consulares sententiæ ius esset. Quod decretum abolitum est, excusante Tyberio imbecillitatem eius, ac damnum liberalitate sua refarturum pollicente. Qui tamen moriens, & in tertijs heredibus cum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa sestertium vicies prosecutus, commendauit insuper exercitibus, Senatui, populoque Romano inter cæteras necessitudines nominatim.

Consulatus eius, & gesta per eum. 7

Svb Caio demum fratris filio secundam existimationem circa initia Imperij omnibus lenocinjs colligente, honores auspiciatus, Consulatum gessit vnà per duos menses. Euenitque vt primitus ingredienti cum fascibus forum, præteruolans aquila dexteriore humero consideret. Sortitus est & de altero Consulatu in quartum annum: præseditq; nonnunquam Spectaculis in Caij vicem, acclamante populo, Feliciter, partim patruo Imperatoris, partim Germanici fratri.

Contumeliæ eidem per ludum
illatæ.

8

NEc eo minus cõtumelijs obnoxius vixit. Nam etsi paulo serius ad prædictã cœnæ horam occurrisset, non nisi ægrè, & circuito demum triclinio recipiebatur. Et quoties post cibum obdormisceret (quod ei ferè accidebat) olearum, ac palmularum ofibus incessabatur: interdum ferula, flagròve, velut per ludum, excitabatur à tropeis. Solebant & manibus stertentis focci induci, vt repentiè experge factus faciem sibi confricaret.

Discrimina quæ passus est.

9

SEd ne discriminibus quidè caruit. Primum in ipso consulatu, quod Neronis & Drusi fratrum Caesaris statuas segnius locandas, ponendasq; curasset, penè honore submotus est. Deinde extraneo, vel etiam domesticorum aliquo deferente, assiduè, varièque inquietatus. Cum verò detecta esset Lepidi, & Getulici cõiuratio, missus in Germaniam inter legatos ad gratulandum, etiam vitæ periculum adiit, indignante ac fremente Caio, patruum potissimum ad se missum, quasi ad puerum regendum: adeo vt nõ defuerint qui traderet, præcipitatu quoque in flumen sicut vestitus aduenerat. Atq; ex eo nunquam non in Senatu nouissimus consularium sententiã dixit, ignominie causa, post omnes interrogatus. Etiam cognitio falsi testa-

menti recepta est, in quo & ipse signauerat. Postremo etiã sesteriũ octogies pro introitu noui sacerdotũ coactus impedere, ad eas rei familiaris angustias decidit, vt cũ obligatã arario fidẽ liberare nõ possset, in vacuũ lege prædatoria venalis pependerit sub dicto præfectorum.

Initium Imperij Claudij. 10

PER hæc, actalia, maxima etatis parte tráspacta, quinquagesimo anno Imperiũ cepit, quam tumuis mirabili casu. Exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Caij, cũm quasi secretum eo desiderante turbam submouerent, in dietam, cui nomen est Hermeum, recesserat. Neq; multò post rumore cedis exterritus, prorpsit ad solarium proximum, intérq; prætentã foribus vela se abdidit: latentem discurrens fortè gregarius miles animaduersis pedibus è studio sciscitandi quisnam esset, agnouit: extractũmq; & præ metu ad genua sibi accidentem, Imperatorem salutauit. Hinc ad alios comilitones fluctuantes, nec quicquam adhuc quàm frementes perluxit. Ab his lecticæ impositus, & quia serui diffugerant, vicissim succollantibus in castra delatus est, tristis ac trepidus, miserante obuia turba, quasi ad poenam raperetur insons. Receptus intra vallum, inter excubias militũ pernoctauit, aliquantò minore spe quàm fiducia. Nam Consules cum Senatu, & cohortibus vrbani forum, Capitoliumque occupa

occuparunt, asserturi cōmunem libertatem: accitūsq; & ipse per Trib. Pleb. in curiā ad suadenda, quae viderentur, vi se & necessitate teneri respōdit. Postero verò die, Senatu segnior in exequendis conatibus per tedium, ac dissensionem diuersa cōsentiri, & multitudine, quae circumstabat, vnum rectorem iam & nominatim exposcente, armatos pro concione iurare in nomen suum passus est: promisit q; singulis quinadena H-s. primus Caesarum fidem militis etiam premio pignoratus.

Gesta per eum in initio principatus. II

Império stabilito nihil antiquius duxit: quā id biduum, quo de mutando Reipublicae statu haesitatum erat, memoriae eximere. Omnium itaq; factorum dictorumq; in eo veniam, & obliuionem in perpetuum sanxit, ac praestitit: Tribunis modò ac centurionibus patricis è coniuratorum in Caium numero interceptis exempli simul causa, & quòd suam quoq; cedem depoposcisse cognouerat. Cōuersus hinc ad officia pietatis, insurādum neq; sanctius sibi, neq; crebrius instituit, quā per Augustum. Auae Linae diuinos honores, & Circensi pompa currum elephantorum Augusteo similem decernendum curauit. Parentibus inferias publicas, & hoc amplius patri Circēses annuos natali die, matri carpentiū, quo per circum ducere-
tur, & cognomen Augustae, ab aua recusatiū.

Ad fratris memoriã per omnem occasionem celebratam. Comediã quoq; Græcam Neapolitano certamine dedit, ac de sententia iudicum coronauit. Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum, ac sine grata mētionē transmisit: testatus quōdam per edictum tantò impensius petere se, vt natalem patris Drusi celebrarent, quod idem esset & ani sui Antonij. Tyberio marmoreum arcum, iuxta Pompeij theatrum, decretum quidem olim à Senatu, verum omis- sum, peregit. Caij quoq; etsi acta omnia rescidit, diem tamen necis, quamuis exordium principatus sui, vetuit inter fastos referri.

Honores per eum spreti, & alia
ciuilia gesta eius. 12

AC in semet augendo parcus, atque ciu-
lis, prænominē Imperatoris abstinuit, ni-
mos honores recusauit: sponsalia filie, nata-
lemq; geniti nepotis silentio, ac tantū domesti-
ca religione transegit. Neminem exulum, nisi
ex Senatus autoritate, restituit. Vt sibi in curiã
Præfectum pratorij, Tribunósq; militū secum
inducere liceret, vtq; rata essent, quæ procura-
tores sui in iudicando statuerent, precario exe-
git. Ius nundinarum in priuata prædia à Con-
sulibus petijt, cognitionibus magistratum, vt
vnus è consiliarijs frequēter interfuit. Eisdem
spectacula edentes, surgens & ipse cum cætera
turba voce ac manu veneratus est. Trib. pleb.

adcurrit

adeuntibus se pro tribunali, excusavit, quod propter angustias non posset audire eos nisi stantes. Quare in breui spatio tantum amoris favoriq; collegit, ut cum profectum eum Hostiam perisset ex insidijs nuntiatum esset, magna consternatione populus & militem quasi proditorem, & Senatum quasi parricidam diris execrationibus incessere non antè destiterit, quàm vnus atq; alter, & mox plures à magistratibus in Rostra producti, saluum, & appropinquare confirmarent.

Insidiæ, & coniurationes contra eum factæ.

13

NEc tamen ex pers insidiarum vsque qua- que permansit, sed & à singulis, & per factionem & deniq; civili bello infestatus est. & plebe homo nocte media iuxta cubiculū eius cum pugione deprehensus est: reperti & equestris ordinis duo in publico cū dolone, ac venatorio cultro, præstolantes, alter ut egressum theatro, alter ut sacrificantem apud Martis adem adoriretur. Conspirauerant autem ad res novas Gallus Asinius, & Statilius Corvinus, Polionis ac Messalæ oratorū nepotes, assumptis compluribus libertis ipsius, atq; seruis. Bellum civile mouit Furius Camillus Scribonianus Dalmatiae legatus: verū intra quintam diem oppressus est, legionibus, quæ sacramentum mutauerant, in penitentiam religione cōuersis, post-

quam denuntiato ad nouum Imperatorē itine-
recasu quodam, ac diuinitus, neq; aquila orna-
ri, neq; signa conuelli moueriq; potuerunt.

Consulatus eius, & gesta in eis. 14

Consulatus super pristinum quatuor ges-
sit, ex quibus duos primos iunctim, se-
quentes per interuallum, quarto quenq; anno,
semestrem nouissimum, bimestres ceteros, ter-
tium autem nouo circa principem exemplo in
locum demortui successit. Ius & consul, & ex-
tra honorem laboriosissimè dixit, etiam suis,
suorumq; diebus solennibus, nonnunquam festis
quoque antiquitus, & religiosis. Nec semper
prescripta legum secutus, duritiam, lenita-
tēque mulctarum, ex bono & a quo perinde
ut afficeretur, moderatus est. Nam & iis, qui
apud priuatos iudices plus petendo formula ex-
cidissent, restituit actiones: & in maiore fra-
ude conuictos, legitimam pœnam supergressus,
ad bestias condemnauit.

Varietas eius in cognoscendo. 15

In cognoscendo autem, ac decernendo mira
uarietate animi fuit: modò circumspectus,
& sagax, modò inconsultus, ac præceps, non-
nunquam frivulus, amentiq; similis. Cùm de-
curias rerum actu expungeret, eum, qui dissi-
mulata vacatione, quam beneficio liberorum
habebat, responderat, ut cupidum indicandi
dimisit: alium interpellatum ab aduersarijs de-
prop

propria lite, negantemq; cognitionis rem, sed ordinarij iuris esse, agere causam confestim apud se coëgit, proprio negotio documentum daturum, quam æquus iudex in alieno negotio futurus esset. Faminam non agnoscentem filium suum, dubia vtrinq; argumentorum fide, ad confessionem compulit, indicto matrimonio iuuenis. Absentibus secundum præsentem facillimè dabat, nullo delectu culpæ, nisi quis in aliqua necessitate cessasset. Proclamante quodam, præcidendas falsario manus, carnificem statim acciri cum machæra, mensaq; lanionia flagitavit. Peregrinitatis reum, orta inter advocatos levi contentione, rogatū mne, an palliatum dicere causam oporteret, quasi æquitatem integram ostentans, mutare habitum sepius, & prout accusaretur, defendereturque, iussit. De quodā etiā negotio, ita ex tabella pronuntiasse creditur, secundum eos se sentire, qui vera proposuissent. Propter quæ usq; eò eniluit, ut passim ac prepalam contēptui esset. Excusans quidam testem è provincia ab eo vocatum, negavit præsto esse posse. Dissimulata diu causa, ac post longas demum interrogationes, mortuus est, inquit, puto, licuit. Alius gratias agens, quod reū defendi pateretur, adiecit, Et tamen fieri solet. Illud quoq; à maioribus natu audiebam, adeò causidicos patiētia eius solitos abuti, ut descendentem è Tribunali non solum voce revocarent, sed

sed & laciniâ togæ retenta, interdū pede apprehenso retinerent. Ac ne cui hæc mira sint, litigatori Græculo vocæ in altercatione excidit, ἤγει δὲ ἕγρον εἶ, ἢ μωγός: id est, & tu senex, & tu stultus es. Equitem quidem Rom. obscenitatis in feminas reum, sed falso, & ab imponentibus inimicis cōfictō crimine, satis cōstat, cum scorta meritoria citari aduersus se, & audiri pro testimonio videret, graphium & libellos, quos tenebat in manu, ita cum magna stultitiæ, & seuitiæ exprobratione iecisse in faciem eius, vt genam non leuiter perstrinxerit.

Officium censuræ, & gesta per eum. 16
GESSIT & Censuram intermissam diu post Paulum, Plancūmq; Censores, sed hæc quoq; inæqualiter, variōq; & animo, & euentu. Recognitione equitum iuuenem plenū probri, sed quem pater probatissimū sibi affirmabat, sine ignominia dimisit, habere dicens censorem suum. Alium corruptelis, adulterijsq; famosum, nihil amplius quàm monuit, vt aut parcius et atula indulgeret, aut certè cautius. Addiditq; Quare enim ego scio, quam amicam habeas? Et cum orantibus familiaribus dempsisset cuidam appositam notam, Litura tamen, inquit, extet. Splendidum virum, Græciæq; provinciæ principem, verū Latini sermonis ignarum, non modò albo iudicium erasit, sed etiam in peregrinitatem redegit. Nec quem
 quam

quam nisi sua voce, utcumq; quis posset, ac sine patrono rationem vitæ passus est reddere. Notavitque multos, & quosdam inopinantes, & ex causa noui generis, quod se inscio, ac sine comæatu Italia excessissent: quendam verò, & quod comes regis in prouincia fuisset, referens maiorum temporibus Rabirio Posthumo, Ptolemæum Alexandriæ, crediti seruandi causa secuto, maiestatis crimen apud iudices motū. Plures notare conatus, magna inquisitorū negligentia sed suo maiore dedecore innoxios ferè reperit, quibuscunque cœlibatum, aut orbitatem, aut egestatem obijceret, maritos, patres, opulentos se probantibus: eo quidē, qui sibimet vim ferro intulisse arguebatur, ille sum corpus veste deposita ostentante. Fuerūt & illa in Censura eius notabilia, quod essedū argenteū sumptuose fabricatum, ac venale, ad sigillaria redimi, concidiq; coram imperauit: quodq; vno die xx. edicta proposuit: inter quæ duo, quorū altero admonebat, ut vberi vinearum prouentus bene dolia picarentur: altero, nihil æquè facere ad viperæ morsum, quàm taxi arboris succum.

Expeditio eius Britannica, &
triumphus.

17

EXpeditionem vnā omnino suscepit, eamq; modicam. cum decretis sibi à Senatu ornamentis triumphalibus leuiorem maiestati principali titulū arbitraretur, vellētq; in sti triumphis

phi decus, vnde acquireret, Britanniam potissimum elegit: neque tentatam vlli post D. Iulium, & tunc tumultuantem ob non redditos transfugas. Huc cum ab Hostia nauigaret, vehementi Circio bis penè demersus est prope Liguriam, iuxtaq; Stoechadas insulas. Quare à Masilia Gessoriacum vsq; pedestri itinere confecto, inde transmisiit: ac sine vlllo pralio, aut sanguine inter paucissimos dies parte insule in deditiõne recepta, sexto, quàm profectus erat, mense Romam redijt, triumphauitq; maximo apparatu. Ad cuius spectaculum commeare in urbem nõ solum presidibus prouinciarum permisit, verum etiam exulibus quibusdam: atq; inter hostilia spolia, naualem coronã fastigio Palatine domus iuxta ciuicam fixit, traiecti & quasi domiti Oceani insigne. Currum eius Messalina vxor carpento secuta est. Secuti & triumphalia ornamenta eodem bello adepti. sed ceteri pedibus & in prætexta: Crassus Frugi equo phalerato, & in veste palmata, quod eum honorem iterauerat.

Cura vrbis, & annonæ. 18

VRbis, annonæq; curam sollicitissimè semper egit. Cum Æmilianæ pertinacius arderent, in diribitorio duabus noctibus mansit: ac deficiente militum ac familiarum turba, auxilio plebem per magistratus ex omnibus vicis conuocauit: ac positis ante se cum pecunia

nia fisci, ad subueniendum hortatus est, representaturus pro opera dignam cuiq; mercedem. Arctiore autem annona ob asiduas sterilitates, detentus quondam medio foro à turba, conuicijsq; ac simul fragminibus panis ita instratus, vt agrè, nec nisi postico, euadere in Palatium valuerit: nihil non ex eo cogitauit ad inuehendos etiam in tempore hyberno commeatus. Nam & negotiatoribus certa lucra proposuit, suscepto in se damno, si cui quid per tempestates accidisset, & naues mercaturæ causa fabricantibus magna commoda.

Vacationes per eum concessæ. 19

Constituit pro conditione cuiusq; ciuis vacationem legis Papiæ Poppæ, Latinis ius Quiritum, feminis ius quatuor liberorū, quæ constituta hodie seruantur.

Opera publica per eum facta. 20

Opera magna potius, quàm necessaria quàm multa perfecit: sed vel præcipua, aquæ ductum à Caio inchoatum: item emissarium Fucini lacus, portūmq; Hostiensem: quam sciret ex his alterum ab Augusto precantibus asidue Marsis negatum, alterum à D. Iulio sæpius destinatum, ac propter difficultatem omissum: Claudie aquæ gelidos, & vrberes fontes, quorum alteri Caruleo, alteri Curio, & Albulino nomen est, simulq; riuum Anienis nouo lapideo opere in vrbem perduxit, diuisitq;

diuisitq; in plurimos, & ornatissimos lacus. Funiculum aggressus est, non minus compendij spe, quam gloria, cum quidam privato sumptu emissuros se repromitterent, si sibi siccati agri concederentur. Per tria autem passuum millia, partim effosso monte, partim exciso, canalem absoluit agrè, & post undecim annos, quamuis continuus xxx. hominum millibus sine intermissione operantibus. Portum Hostia extruxit, circumducto dextra sinistraq; brachio, & ad introitum profundo iam solo mole obiecta. Quam quod stabilius fundaret, nauem antè demersit, qua magnus obeliscus ex Aegypto fuerat aduectus, congestisq; pilis superposuit altissimam turrim, in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent. Congiaria populo saepius distribuit.

Spectacula per eum edita. 21

Spectacula quoque complura, magnificaque sedidit, non uisitata modo, ac solitis locis, sed & committita, & ex antiquitate repetita, & ubi praeterea nemo ante eum. Ludos dedicationis Pompeiani theatri, quod ambustum restituerat, è tribunali posito in orchestra commisit, cum prius apud superiores aedes supplicasset, perque mediam caueam sedentibus, ac silentibus cunctis, descendisset. Fecit & seculares, quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempore reseruatos: quamuis ipse in historijs suis
procl

prodat intermissos eos, Augustum multo post, diligentissimè annorum ratione subducta, in ordinem redegit. Quare vox præconis irrita est, inuitantis more solenni ad ludos, quos nec spectasset quisquam, nec spectaturus esset: cum superessent adhuc qui spectauerat, & quidam histrionum producti olim, tunc quoq; producerentur. Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnunquam interiecta per quinos missus venatione. Circo verò maximo marmoris carceribus, auratisq; metis, quæ utraq; & trophina, ac lignea antea fuerant, exculto, propria senatoribus constituit loca promiscuè spectare solitis. Ac super quadrigarum certamina Troie lusum exhibuit, & Africanas, confidente turma equitum prætorianorum, ducibus Tribunis, ipsoque præfecto. Præterea Thessalos equites, qui feros tauros per spatia circi agunt, insiliuntq; defessos, & ad terram cornibus detrahunt. Gladiatoria mœra plurifariam, ac multiplicia exhibuit. Anniversarium in castris prætorianis, sine venatione apparatusq; institutum atque legitimum in septis, ibidem extraordinarium & breue, dierumque paucorum, quodq; appellare cœpit sportulam: quia primum daturum se dixerat, velut ad subitam, condictamq; cœnulâ inuitare se propulum. Nec ullo spectaculi genere communior, aut remissior erat, adeo ut oblatos victoribus aureos, prola-

ta sinistra pariter cum vulgo, voce, digitisque numeraret: ac sepe hortando, rogandoq; ad hilaritatem homines pouocaret, dominos identidem appellans, immistis interdum frigidis, & accersitis iocis: Qualis est, vt, cum palumbum postulantibus daturum se promisit, si captus esset. Illud quoq; planè quantumuis salubriter, & in tempore, cum essedario, pro quo quatuor filij deprecabantur, magno omnium favore indulisset, rudem tabulam illico misit, admonens populum, quantumlibet liberos suscipere deberet, quos videret & gladiatori presidio, gratiaque esse. Edidit & in Martio campo expugnationem, direptionemque oppidi ad imaginem bellicam: & deditionem Britannie regum, preseditq; paludatus. Quin & emissurus Fucinum lacum, naumachiam antè commisit. Sed cum proclamantibus naumachiaris, Ave Imperator, morituri te salutant, respondisset, Auete vos: neq; post hanc vocè, quasi venia data quisquam dimicare vellet, diu cunctatus, an omnes igni, ferroque absumeret, tandem è sede sua prosiluit, ac per ambitum lacus, non sine fixa vacillatione discurrens, partim minando, partim adhortando ad pugnam compulit. Hoc spectaculo classis Sicula, & Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium sigule, exiciente bucina Tritone argenteo, qui è medio lacu per machinam emerferat.

Institutio, correctio, & ordinatio quorundam morum, & actuum. 22

Quadam circa ceremonias, ciuileq; & militarem morem, item circa omnium ordinum statum, domi, forisq;, aut correxit, aut exoleta reuocauit, aut etiam noua instituit. In cooptandis per collegia sacerdotibus, neminem nisi iuratus nominauit: obseruauitq; sedulo, ut quouis terra in orbe mouisset, ferias aduocata conuentione Prator indiceret: utq; ob dira aut in vrbe, aut in Capitolio visa, obsecratio haberetur, eamq; ipse iure Max. Pont. commenito pro Rostris populo, preiret. Summotaq; operariorum, seruorumque turba, rerum actum, diuisum antea in hybernos, aestiuosque menses, coniunxit.

Instituta, & sanctiones eius. 23

Iurisditionem de fideicommissis quotannis, & tantum in vrbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum, atque etiam per prouincias potestatibus demandauit. Capiti Papie Papee legis, à Tyberio Casare, quasi sexagenarum generare non possent, edicto abrogauit. Sanxit, ut pupillis extra ordinem tutores à coss. darentur: utq; hi, quibus à magistratibus prouinciae interdicerentur, vrbe quoque, & Italia summonerentur. Ipse quosdam nouo exemplo relegauit, ut ultra lapidem tertium retaret egredi ab vrbe. De maiore negotio aclusus in curia, medius inter Consulium sellas Tribunitio

subsellio sedebat. Commeatus à Senatu peti solitos beneficij sui fecit.

Indulgentia, & liberalitas eius. 24

Ornamenta cōsularia etiam procuratoribus ducenarijs indulst. Senatoriã dignitatem recusantibus, equestrẽ quoque ademit. Latum clauũ, quamuis initio affirmasset non lecturũ se Senatorem, nisi ciuis Rom. abnepotẽ, etiam libertini filio tribuit: sed sub conditione, si prius ab equite Romano adoptatus esset. Ac sic quoq; reprehẽsionẽ verẽ, etiam Appium Cæcum censorem, generis sui proautorem, libertinorum filios in Senatum allegisse docuit: ignarus temporibus Appij, & deinceps aliquãdiu, libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Collegio Quæsterũ pro stratura viarum gladiatorum munus iniunxit: detractãq; Hostiensi & Gallica prouincia, curam erarũ Saturni reddidit, quam medio tempore Prætores, aut vtique tunc prætura functi sustinuerãt. Triumphalia ornamenta Syllano filie suæ sponso nondum puberi dedit. Maioribus verò natu, tam multis, tamq; facile, vt epistola communis legionum nomine extiterit, petentium, vt legatis consularibus simul cum exercitu & triumphalia darentur. ne causam belli quoquo modo quærent. Aulo Plancio etiam ouationem decreuit: ingressoq; urbem obuiam progressus, & in Capitolium eunti

eunti, & inde rursus reuertēti latus texit. Gabiniō Secundo, Caucis gente Germanica superatis, Caucici cognomen vsurpare concessit.

Quaedam ciuilia gesta, & ordinationes eius.

25

Equestreis militiae ita ordinauit, vt post cohortem, alam: post alam, tribunatum legionis daret: stipēdiaq; instituit, et imaginariae militiae genus, quod vocatur super numerū, quo absentes, & titulo tenus fungerentur. Milites domos senatorias salutādi causa ingredi, etiam patrum decreto prohibuit. Libertinos, qui se proequitibus Romanis agerent, publicauit. Ingratos, & de quibus patroni quererentur, reuocauit in seruitutem: aduocatisq; eorum negauit, se aduersus liberos ipsorum ius dicturum. Cū quidam egra, & affecta mācipia in insula Aesculapij tadio medendi exponerent, omnes qui expouerētur, liberos esse sanxit, nec redire in ditionem domini si conualuissent: quōd si quis necare mallet quem, quā exponere, cedis crimine teneri. Viatores ne per Italiae oppida, nisi aut pedibus, aut sella, aut lectica transirent, monuit edicto. Puteolis, & Hostiae singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocauit. Peregrinae conditionis homines vetuit vsurpare Romana nomina, duntaxat gentilitia. Ciuitatem Romanam vsurpantes in campo Esquilino securi percussit. Prouincias Achaia,

& Macedoniam, quas Tyberius ad curam
 suam transtulerat, Senatui reddidit. Lycijs ob
 exitiabiles inter se discordias libertatem ade-
 mit: Rhodijs ob pœnitentiam veterum delicto-
 rum reddidit. Iliensibus, quasi Romana gentis
 autoribus, tributa in perpetuum remisit, recitata
 vetere epistola Græca Senatus populiq; Ro. Se-
 leuco regi amicitiam, & societatem ita demum
 pollicētis, si consanguineos suos Ilienses ab omni
 onere immunes præstitisset. Iudæos impulsore
 Christo assidue tumultuantes Roma expulit.
 Germanorum legatis in orchestra sedere permī-
 sit, simplicitate eorum, & fiducia motus, quod
 in popularia deducti, cum animaduertissent
 Parthos, & Armenios sedentes in Senatu, ad
 eadem loca sponte transferant, nihilo deterio-
 rem virtutem, aut conditionem suam predican-
 tes. Druidarum religionē apud Gallos dira im-
 manitatis, & tantum civibus sub Augusto in-
 terdictam, penitus aboleuit. Contrā, sacra E-
 leusina etiam transferre ex Attica Romam co-
 natus est. Templum quoque in Sicilia Veneris
 Erycina vetustate collapsū, vt ex arario Pop.
 Rom. reficeretur, autor fuit. Cum regibus fœdus
 in foro icit, porca cæsa, ac vetere facialium præ-
 fatione adhibita. Sed & hæc, & cætera, to-
 tumque ad eodē ex parte magna principatum non
 tam suo, quàm vxorum, libertorumq; arbitrio
 administrant, talis vbi que plerunque, qualem
 esse

esse eum aut expediret illis, aut liberet.

Sponsæ, & vxores eius. 26

SPonsas admodum adolescens duas habuit, Aemiliam Lepidam Augusti proneptem: item Liuiam Medullinam, cui cognomē & Camilla erat, è genere antiquo dictatoris Camilli. Priorem, quòd parentes eius Augustū offenderant, virginem adhuc repudiavit: posteriorem ipso die, qui erat nuptijs destinatus, ex valetudine amisit. Vxores deinde duxit Plautiam Herculanillā triumphali, & mox Aeliam Petinam cōsulari patre. Cum vtraque diuortium fecit. Sed cum Petina ex lenibus offensis, cum Herculanilla ob libidinum probra, & homicidij suspicionem. Post has Valeriam Messalinam Barbati Messala cōsobrini sui filiam in matrimonium accepit. Quam cum comperisset super cætera flagitia, atque dedecora, C. Sillio etiam nupsisse, dote inter auspices consignata, supplicio affecit: confirmavitq; pro concione apud prætorianos, quatenus sibi matrimonia malè cederent, permansurum se in coelibatu: ac nisi permansisset, non recusaturum confecti manibus ipsorum. Nec durare valuit, quin de conditionibus continuò tractaret, etiam de Petina, quam olim exegerat, deque Lolie Pauline, quæ C. Casari nupta fuerat. Verùm illecebris Agrippina Germanici fratris sui filia per ius osculi, & blanditiarū occasiones pellectus in

amorem, subornauit, proximo Senatu, qui cenferent cogendum se ad ducendum eam vxorem, quasi Reip. maxime interesset: dandamq; ceteris veniam talium cōiugiorum, quæ ad id tempus incesta habebatur. Ac rix vno interposito die, confecit nuptias, non repertis, qui sequerentur exemplum, excepto libertino quodam & altero primipilari, cuius officium nuptiarum & ipse cum Agrippina celebrauit.

Liberi & generi eius. 27

Liberos ex tribus vxoribus tulit: ex Herculanilla Drusum, & Claudiã: ex Petina Antoniã: ex Messalina Octaviã, & quæ primò Germanicum, mox Britannicum cognominauit. Drusum Pompeiũ puberem amisit, propter lusum in sublime iactato, & hiatu oris excepto strangulatum, cui & ante paucos dies filiã Seiani desposisset. Quò magis miror fuisse qui traderent, fraude à Seiano necatum. Claudiã ex liberto suo Botere cõceptam, quamuis ante quintum mensem diuortij natam, aliq; ceptam, exponi tamen ad matris ianuam, & nudam iussit abijci. Antoniã Cn. Pompeio Magno, deinde Fausto Sylle nobilissimis iuuenibus Octaviã Neroni priuigno suo collocauit, Syllano antè desposatam. Britannicum vigesimo Imperij die, inq; secundo consulatu natum sibi, paruulum etiam tum, & militibus pro concione manibus suis gestãs, & plebi per spectacula gremio,

gremio, aut ante se retinens assidue commendabat, faustisq; omnibus eum acclamantium turba prosequabatur. E generis Neronem adoptavit: Pompeium atque Syllanum non recusavit modò, sed & interemit.

Liberti ab eo prædilecti. 28

Libertorum præcipuè suscepit Posidem Spadonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares viros hastâ pura donavit. Nec minus Felicem, quem cohortibus, & aliis provinciâq; Iudææ præposuit, trium reginarum maritum. Et Harpocram, cui lectica per urbem vehendi, spectaculaque publicè edèdi ius tribuit. Ac super hos Polybium à studijs, qui sæpe inter duos COS. ambulabat. Sed ante omnes Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus: quos decreto quoq; Senatus non præmijs modò ingentibus, sed & quæstorjjs, prætorjjsq; ornamentis ornari libenter passus est: tantum præterea acquirere, & rapere, ut querente eo quorundam de fisci exiguitate, nõ absurdè sit dictum, Abundaturum, si à duobus libertis in consortium reciperetur.

Maleficia, opera libertorum, & vxorum ab eo perpetrata. 29

His (vt dixi) vxoribusq; addictus, nõ principem se, sed ministrum egit. Compendio cuiusque horum, vel etiam studio ac libidine honores, exercituum, impunitates, supplicia largi-

rus est, & quidem insciens plerunque, & igna-
 rus. Ac ne singulatim minima quaeque enume-
 rem, reuocatas libertates, eius iudicia rescis-
 sa, suppositos, aut etiam palam immutatos da-
 torum officiorum codicillos, Appium Sylla-
 num cōsocerum suum, Liuiasq; alteram Dru-
 si, alteram Germanici filiam crimine incerto,
 nec defensione vlla data, occidit. Item Cn. Pom-
 peium maioris filiae virum, & L. Syllanū mi-
 noris sponsum. Ex quibus Pompeius in concu-
 bitu dilecti adolescentuli confossus est: Sylla-
 nus abdicare se praetura ante quartum Ca-
 lendas Ianuarias, morique initio anni coactus.
 Die ipso Claudij & Agrippina nuptiarū, in
 quinque & triginta Senatores, trecetosq; am-
 plius equites Romanos tāta facilitate animad-
 uertit, vt de nece consularis viri renuntiante
 Centurione, factum esse quod imperasset, ne-
 garet quicquam se imperasse, nihilo minus rem
 comprobaret, affirmantibus libertis, officio mi-
 lites functos, quod ad vltionē Imperatoris vl-
 tro procurrissent. Nam illud omnem fidem ex-
 cesserit, quod nuptijs, quas Messalina cū adul-
 tero Silio fecerat, tabellas dotis & ipse confi-
 gnauerit: inductus, quasi de industria simula-
 rentur, ad auertendum, transferendumq; peri-
 culum, quod imminere ipsi per quaedam ostenta
 portenderetur.

Forma & statura eius.

30.

Autorit

Autoritas, dignitasque forma non defuit vel
stanti, vel sedenti, ac praecipue quiescenti.
Nam & prolixo, nec exili corpore erat: & spe-
cie, canitieque pulchra, opimis ceruicibus. Cate-
rum & ingredientem destituebant poplites mi-
nus firmi, & remissè quid, vel seridè agentem
multa dehonestabant. Risus indecens, ira tur-
pior. spumante rictu, humentibus naribus: ple-
tra linguae titubantia, caputque tum semper, tum
in quatuor locumque actu vel maxime tremulum.

Valerudo eius. 31

Valitudine sicut olim graui, ita princeps
per prospera usus est, excepto stomachi do-
lore, quo se correptum etiam de consciscenda morte
cogitasse dixit.

Conuiuia, & alia gesta eius. 32

Conuiuia agitauit & ampla, & assidua,
ac serè patentissimis locis, ut plerumque sex-
centeni simul discumberet. Conuiatus & super
emissarium Fucini lacus, ac penè submersus,
cum emissa impetu aqua rediisset. Adhibe-
bat omni cenae & liberos suos cum pueris, puel-
lisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lecto-
rum sedentes rescerentur. Conuiuia, qui pridie
scyphum aureum surripuisse existimabatur, re-
uocato in diem post erum, calicem fictilem appo-
suit. Dicitur etiam meditatus edictum, quo ve-
niam daret, efflatum, crepitumque ventris in-
conuiuio emittendi, cum periclitatum quendam

pra

pra pudore ex continentia reperisset.

Cibus, potus, somnus, & luxuria eius, liber quoque eiusdem de alex lusu. 33

Cibi, viniq; quocunq; & tempore, & loco appetentissimus. Cognoscens quondam in Augusti foro, victusq; nidore praedij, quod in maxima Martis aede Salys apparabatur, deserto Tribunali, ascendit ad sacerdotes, vnaq; discubuit. Nec temere vnquam triclinio abscessit, nisi distentus, ac madens, & vt statim supino, ac per somnum hianti pinna in os inderetur, ad exonerandū stomachum. Somni breuissimi erat. Nam ante mediam noctem plerunq; vigilabat, vt tamen interdum nonnunquam in iure dicēdo obdormisceret, vixq; ab advocatis de industria vocem augentibus excitaretur. Libidinis in feminas profusissima, mariū omnino expers. Aleā studiosissimē lusit, de cuius arte librum quoq; emisit: solitus etiam in gestatorio ludere, ita essedo, alueoq; adaptatis, ne lusus confunderetur.

Sæuitia, & crudelitas eius. 34

Sæuum, & sanguinarium natura fuisse, magnis, minimisq; apparuit rebus. Tormenta quaestionum, penasq; parricidarum representabat, exigebatq; coram. Cū spectare antiqui moris supplicium Tyburi concupisset, & deligatis ad palum noxijs carnifex deesset, accitum ab vrbe vesperam vsq; opperiri perseueravit. Quocunq; gladiatorio munere, vel suo,

vel

vel alieno, etiam fortè prolapsos iugulari iube-
 bat, maximè retiarios, vt expirantium faciem
 videret. Cùm par quoddam mutuis icibus con-
 cidisset, cultellos sibi paruulos ex vtroq; ferro
 in vsum fieri sine mora iussit. Bestiarũ, meri-
 dianisq; adeò delectabatur, vt etiã prima luce
 ad spectaculum descenderet, & meridie, dimis-
 so ad prandium populo, præfederet, præterq; de-
 stinatos, etiam leui, subitaq; de causa, quosdam
 committeret, de fabrorum quoq; ac ministrorũ,
 atq; id genus numero, si aut ἀντίμαλον, vel
 pegma, vel quid tale aliquid parũ cessisset. In-
 duxit & vnum ex nomenclatoribus suis, sicut
 erat rogatus.

Timiditas. ac diffidentia eius. 35

Sed nihil aequè quàm timidus, ac diffidens
 fuit. Primis Imperij diebus, quanquam (vt
 diximus) iactator ciuilitatis, neq; cõuiuia ini-
 re ausus est, nisi vt spiculatores cum lanceis cir-
 cunstant, militesq; vice ministrorum func-
 rētur: neq; egrum quẽquam visitauit, nisi ex-
 plorato prius cubiculo, calcitrĩsq; , & stragulis
 prætentatis, & excusis: reliquo autem tempore
 saluatoribus scrutatores semper apposuit, &
 quidẽ omnibus, & acerbissimos. Serò enim, ac
 vix remisit, ne femina, prætextatĩq; pueri, &
 puellæ contrectarentur, & ne cuius comiti, aut
 librario calamaria, aut graphiaria thecæ adi-
 merentur. Notu ciuili, cum eum Camillus non
 dubit

dubitans, etiam citra bellum, posse terri, contumeliosa, & minaci, & cōtumaci epistola cedere Imperio iuberet, vitamq; otiosam in privata re agere, dubitavit, adhibitis principibus viris, an obtemperaret.

Timor insidiarum, & alia gesta eius. 36

Quodam insidias temere delatas adeo expavit, ut deponere Imperium tentauerit. Quodam (ut supra retuli) cum ferro circa sacrificantem se depresso, Senatum per pracones prope conuocauit, lacrymisq; & vociferatione miseratus est cōditionem suam, cui nihil tuti usquā esset: ac diu publico abstinuit. Iulianae quoq; amorem flagrantissimum, non tam indignitate cōtumeliarum, quā periculi metu abiicit, cum adultero Silio acquiri Imperium credidisset. Quo tempore foedum in modū tropidus ad castra cōfugit, nihil tota via, quā essetne sibi saluum Imperium, requirens.

Pœnæ ob leues suspiciones innocentibus illatae.

37

Nulla adeo suspicio, nullus autor tam leuis extitit, à quo non mediocri scrupulo iniectō, ad cauendum, vlciscendumq; compelleretur. Vnus ex litigatoribus seducto in salutatione affirmavit, se vidisse per quietem, occidi eum à quodam: deinde paulo post, quasi percussorem agnosceret, libellum tradentem aduersarium suū demonstravit. Confestimq; is pro deprehenso ad pœn

ad poenam raptus est. Pari modo oppressum fe-
runt Appium Syllanū, quem cū Messalina,
& Narcissus conspirassent perdere, diuisis par-
tibus, alter ante lucem similis attonito, patroni
cubiculū irrupit, affirmans somniasse se, vim ei
ab Appio illatam: altera in admirationem for-
mata sibi quoque eandem speciem aliquot iam
noctibus obuersari retulit. Nec multo post ex
composito irrumperet Appius nuntiatus, cui pri-
die ad id temporis, vt adesset, præceptum erat:
quasi planè representaretur somniū fides, accer-
si statim, ac mori iussus est. Nec dubitauit poste-
ro die Claudius ordinem rei gestæ perferre ad
Senatum, ac liberto gratias agere, quòd pro sa-
lute sua etiam dormiens excubaret.

Ira, iracundia, & stulticia eius. 38

IRa, atque iracundia conscius sibi, vtrumque
excusauit edicto. Distinxitq; pollicitus alte-
ram quidem breuem, & innoxiam, alteram
non iniustam fore. Hostiensibus, quia sibi sub-
euenti Tyberim scaphas obuiam non miserint,
grauiter correptis, eaq; cum inuidia, vt in or-
dinem se coactum conscriberet, repente tantum
non satisfaciētibus veniam modo dedit. Quo-
sdam in publico parum tempestinè adētes ma-
nu sua repulit. Idem scribam quaestorium,
itemq; pretura functum Senatorem, inauditos
& innoxios relegauit: quòd ille aduersus pri-
uatum se intemperantius affuisset: hic in adili-

tate inquilinos prædiorum suorum contra vetitum coëta vendentes multasset, villicumq; interuenientem flagellasset. Qua de causa etiam coercitione popinarum Aedilibus ademit. At ne stultitiam quidem suam reticuit: simulatamq; à se ex industria sub Caio, quod aliter euasurus peruenturusq; ad susceptam stationem non fuerit, quibusdam oratiunculis testatus est. Nec antè persuasit, quam intra breue tempus liber edius sit, cui index erat, *μωρῶν ἀδελφῶν οἰς*. Argumentum autem, stultitiam nemini fingerè.

Obliuio, & alia gesta eius. 39

INter cetera in eo mirati sunt homines & obliuionem, & inconsiderantiam, vel, vt Grecè dicam, *μνηστικῆς καὶ ἀβεληίας*. Occisa Messalina paulo post quam in triclinio decubuit, cur domina non veniret, requisivit. Multos ex ijs, quos capite damnauerat, postero statim die & in concilium, & ad aleæ lusum admoueri iussit: & quasi morarentur, vt somniculosos per nuntium increpuit. Ducturus contra fas Agrippinam uxorem, non cessauit omni eratione filiam, & alumnã, & in gremio suo natam, ac educatam predicare. Asciturus in nomen familiæ Neronem, quasi parum reprehenderetur, quod adulto iam filio priuignum adoptaret, identidem divulgauit, neminem unquam per adoptionem familiæ Claudie insertum.

Sermones, & orationes eius. 40

Sermonis verò, rerumque tantam sepe negligentiam ostendit, ut nec quis, nec inter quos, quòue tempore, ac loco verba faceret, scire, ac cogitare existimaretur. Cùm de lanijis, aut vinarijis ageretur, exclamauit in curia: Rogo vos, quis potest sine offula viuere? Descripsit abundantiam veterum tabernarum, vnde solitus esset vinum olim & ipse petere. De Quaestura quodam cãditato inter causas suffragationis suae posuit, quòd pater eius frigidam aegrosibi tempestiuè dedisset. Inducta teste in Senatu, Hec, inquit, matris meae liberta, & ornatrix fuit: sed me patronum semper existimauit. Hoc ideo dixi, quòd quidam sunt adhuc in domo mea, qui me patronum non putant. Sed & pro tribunali, Hostiensibus quiddam publicè orantibus, cùm excanduisset, nihil habere se vociferatus est, quare eos demereatur, si quem alium, & se liberum esse. Nam illa eius quotidiana, & planè omnium horarum, & momentorum erant, Quid ego tibi Theogonius videor, & λογιζαίος? multa que etiam priuatis deformia, nedum principi, neque infacundo, neque indocto, imò etiam pertinaciter liberalibus studijs dedito.

Libri, & opuscula per eum edita. 41

Historiam in adolescentia hortante Tito Livio, Sulpitio verò Flauo etiã adiuvan

te, scribere aggressus est. Et cum primum frequenti auditorio comisset, agrè perlegit, refrigeratus saepe à semetipso. Nā cum initio recitationis, defractis compluribus subsellijs obesitate cuiusdam, risus exortus esset, ne sedatio quidem tumultu temperare potuit, quin ex intervallo subinde facti reminisceretur, cachinnosq; reuocaret. In principatu quoq; & scripsit plurimū, & assiduè recitavit per lectorem. Initiū autem sumpsit historia post cædem Caesaris dictatoris. Sed & trāsīt ad inferiora tempora, cepitq; à pace civili: cum sentiret neq; liberè, neq; verè sibi de superioribus tradēdi potestatem relictā, correptus saepe & à matre, & ab auia. Prioris materiae duo volumina, posterioris vnum & XL. reliquit. Composuit & de vita sua octo volumina, magis ineptè, quàm ineleganter. Item Ciceronis defensionem aduersus Asinij Gallibros satis eruditam. Nouas etiam commentus est literas tres, ac numero veterū, quasi maxime necessarias, addidit. De quarū ratione cum priuatus adhuc volumen edidisset, mox princeps non difficulter obtinuit, vt in vsu quoque promiscuo essent. Extat talis scriptura in plerisq; libris, ac diurnis, titulisq; operum.

Studium eius in literis Græcis. 42

Nec minore cura Græca studia secutus est, amore, præstantiāque lingue occasione omnē professus. Cuidam Barbaro Græcā, &

è, & Latine differenti, cum utroque, inquit, sermone nostro sis peritus. Et in commendanda patribus conscriptis Achaia, gratam sibi provinciam ait communium studiorum commercio. Ac saepe in Senatu legatis perpetua oratione respondit. Multum vero pro Tribunali etiam Homericis locutus est versibus. Quoties quidem hostem, vel insidiatorem ultus esset, excubitori Tribuno signum de more poscenti non temere aliud dedit, quam

Αὐτὰ ἀπαμύωσθαι ὄρετις πῆρετος χαλεπαίν.

Denique & Graecas scripsit historias, Tyrrhenicon XX. Carchedoniacon VII. Quarum causa veteri Alexandria Museo additum ex ipsius nomine, institutumque ut quot annis in altero Tyrrhenicon libri, altero Carchedoniacum diebus statutis, velut in auditorio recitarentur toti à singulis per vices.

Pœnitentia de matrimonio Agrippinae, & adoptione Neronis. 43

Sub exitu vite signa quaedam nec obscura Pœnitentis de matrimonio Agrippinae, deque Neronis adoptione dederat. Siquidem commemorantibus libertis, ac laudantibus cognitione, qua pridie quãdam adulterij ream condemnauerat, sibi quoque in fati esse iactavit, omnia impudica, sed non impunita, matrimonia. Et subinde obuium sibi Britannicum arctius cõple-

æus, hortatus est, vt creſceret, rationemq; à ſe omnium factorum acciperet, Græca in ſuper voce proſecutus, ὁρῶς δὲ πῶς ἔλα. Cùmque impubi, teneroq; adhuc, quando ſtatura permitteret, togam dare deſtinaffet, adiecit, Vt tandem Pop. Roma. verum Caſarem habeat.

Teſtamentum eius, & mors. 44

Non multoq; poſt teſtamentum etiam conſcripſit, ac ſignis omnium magiſtratum obſignauit. Prius igitur quàm vltra progredetur, præuentus eſt ab Agrippina, quam præter hæc conſciam quoque, nec minus delatores multorum criminum arguebant. Et veneno quidem occiſum conuenit: vbi autem, & per quem dato, diſcrepat. Quidam tradunt, epulanti in arce cum ſacerdotibus, per Halotum ſpadonem præguſtatore: alij domeſtico conuiuium, per ipſam Agrippinam, quæ boletum medicatum auidiſſimo ciborum talium obtulerat. Etiam de ſubſequentibus diuerſa fama eſt. Multi ſtatim hauſto veneno obmutuiſe aiunt, excruciatumq; doloribus nocte tota, defeciſſe prope lucem. Nonnulli inter initia conſopitum, deinde cibo affluente euomiſſe omnia, repetitumque toxico, incertum puluine addito, cùm velut exhaustum reſci cibo oporteret, an immiſſo per clyſterem, vt quaſi abundantia laboranti etiam hoc genere egeſtionis ſubueniretur.

Mors

Mors eius celata, tempus mortis, & funus.

Mors eius celata est, donec circa successorē 45
 omnia ordinarentur. Itaq; & quasi pro
 egro adhuc vota suscepta sunt, & inducti per
 simulationem comædi, qui velut desiderantem
 oblectarent. Excessit III. Idus Octobris, Asi-
 nio Marcello, Acilio Aniola C O S S. LXIII.
 etatis, Imperij XIII. anno. Funeratusq; est
 solēni principum pompa, & in numerum Deo-
 rum relatus. Quem honorem à Nerone destitu-
 tum, abolitumq; recepit mox per Vespasianum.

Præfagia de morte eius. 46

Presagia mortis eius præcipua fuerūt, exor-
 tus crinita stelle, quam cometen vocant, ta-
 ctumq; de cælo monumentum Drusi patris: &
 quod eodem anno ex omnium magistratum ge-
 nere pleriq; mortem obierant. Sed nec ipse igno-
 rasse, aut dissimulasse ultimæ vitæ suæ tempora
 videtur, aliquot quidem argumentis. Nam &
 cum C O S S. designaret, neminem ultra men-
 sem, quo obiit, designavit: & in Senatu, cui no-
 vissimè interfuit, multum ad concordiam libe-
 ros suos cohortatus, utriusq; etatem suppliciter
 patribus commendavit. Et in ultima cogniti-
 one pro tribunali accessisse se ad finem mortali-
 tatis, quâquam abominantibus qui audiebāt,
 semel atque iterum pronuntiauit.

C. SVETONII TRAN-
 QVILLI NERO CLAV-
 DIVS CAESAR.



X GENTE Domitia dua fa-
 milia claruerūt, Caluinorum,
 & Aenobarborum. Aeno-
 barbi autore originis, itēque
 cognominis, habent L. Domi-
 tium: cui rure quondam reuertenti, iuuenes ge-
 mini augustiore forma ex occurſu imperaſſe
 traduntur, nuntiaret Senatui, ac populo victo-
 riam, de qua incertū adhuc erat. Atque in ſi-
 dem maiestatis adeo permulſiſſe malas, vt è ni-
 gro rutilum, ariq; aſimilem capillum redde-
 rent. Quod inſigne manſit & in poſteris eius,
 ac magna pars rutila barba fuerunt. Functi
 autem cōſulatibus VII. triumpho, cenſurāque
 duplici, & inter patritios allecti perſeuerarūt
 omnes in eodem cognomine. Ac ne pronomina
 quidem vlla, præterquam Cnei, & Lucij,
 uſurparūt, & que ipſa notabili varietate, modo
 continuātes vnumquodque per ternas perſonas
 modo alternantes per ſingulas. Nam primum,
 ſecundumq; , ac tertium Aenobarborum Lu-
 cios, rursus ſequentes tres ex ordine Cneos ac-
 cepimus, reliquos non niſi viciffim tum Lucios,
 tum Cneos. Plures è familia cognosci referre
 arbitror, quò facilius appareat ita degeneraſſe
 à ſuor

à suorum virtutibus Neronem, vt tamen vitia cuiusq; quasi tradita, & ingenua retulerit.

Cneus Domitius, Neronis atauus. 2

VT igitur paulò altius repetam, atauus eius Cn. Domitius in Tribunatu Pontificibus offensior, quòd alium, quàm se, in patris sui locum cooptassent, eius sacerdotum subrogandorum à collegijs ad populum transtulit, ac in consulatu Allobrogibus, Aruernisq; superatis, elephantò per prouinciã inuectus est, turba militum, quasi inter solennia triumphi, prosequente. In hunc dixit Licinius Crassus orator, non esse mirandum, quòd aeneam barbam haberet, cui esset os ferreum, cor plumbeum. Huius filius Prætor Casarem abeuntem consulatu, quem aduersus auspicia, legesq; gefsisse existimabatur, ad disquisitionem Senatus vocauit: mox c o s. Imperatorem ab exercitiibus Gallicis retrahere tentauit: successorq; ei per factionem nominatus, principio ciuili belli ad Corfinium captus est. Vnde dimissus, Massilienses obsidione laborantes cum aduentu suo confirmasset, repente deslituit. Acicque demum Pharsilica occubuit, vir neque satis constans, & ingenio truci. In desperatione rerum mortem timore appetitam, ita expauit, vt haustum venenum poenitentia euomuerit, medicumque manumiserit, qui idem sibi prudens, ac sciens minus noxiũ temperasset. Consul-

tante autem Cn. Pompeio de medijs, ac neutram partem sequentibus, solus censuit hostium numero habendos.

Cn. Domitius, Neronis proauus. 3

Reliquit filiū omnibus gentis suae proculdubio preferendum. Is inter conscios Caesarianae necis (quanquam insons) damnatus lege Pedia, cum ad Casium, Brutumque se propinqua sibi cognatione coniunctos contulisset, post utriusque interitum classem olim commissam retinuit, auxit etiam, nec nisi partibus ubique profligatis, M. Antonio sponte, & ingentis meriti loco tradidit, solusque omnium ex ijs, qui pari lege damnati erant, restitutus in patriam, amplissimos honores percucurrit: ac subinde redintegrata dissensione civili, eidem Antonio legatus, delatam sibi summam Imperij ab ijs, quos Cleopatra pudebat, neque suscipere, neque recusare fidenter, propter subitam valetudinem, ausus, transijt ad Augustum: & in diebus paucis obiit, nonnulla & ipse infamia aspersus. Nam Antonius eum desiderio amicae Seruiliae Naidis transfugisse iactauit.

Cn. Domitius, auus Neronis. 4

Ex hoc Domitius nascitur, quem emptorem familiae, pecuniaeque in testamento Augusti fuisse, mox vulgo notatum est: non minus aurigandi arte in adolescentia clarus, quam deinde ornamentis triumphalibus ex Germanico bello.

bello. Verum arrogans, profusus, immitis, censorem L. Plancum via sibi decedere Aedilis coegit: Praetura, Consulatusq; honore equites Rom. matronasq; ad agendum mimum produxit in scenam: venationesq; & in circo, & in omnibus vrbis regionibus dedit. Munus etiam gladiatorium, sed tanta seuitia, vt necesse fuerit Augusto clam frustra monitum edicto coercere.

De patre Neronis.

EX Antonia maiore patrem Neronis procreauit, omni parte vitæ detestabilem. Si quidem comes ad Orientem C. Caesaris iuuenis, occiso liberto suo, quod potare quantum iubebatur, recusarat, dimissus è cohorte amicorum nihilo modestius vixit. Sed & in via Appiæ vico repente puerum citatis iumentis, haud ignarus obtriuuit: & Romæ medio foro cuiusdam equitis Rom. liberius iurgati oculum eruit. Perfidiæ verò tantæ, vt non modo argentarios pretijs rerum coemptarū, sed & in praetura mercede palmarū aurigarios fraudauerit. Notatus ob hæc & sororis ioco, querentibus dominis factionum, representanda premia in posterū sanxit. Maifestatis quoq; & adulteriorum, incestiq; cum sorore Lepida sub excessu Tyberij reus, mutatione temporum euasit. Decessitq; Pyrgis morbo aquæ intercutis, sublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita.

Ortus & infantia Neronis, & præ-
fagia quædam. 6

Nero natus est ante IX. menses, quàm Tyberius excessit, XVIIII. Calend. Ianuarias, iam tum quidè ex oriente sole, penè vt radijs prius, quàm terra, contingeretur, de genitura eius statim multa, & formidolosa, multis cõiectantibus. Prasagio fuit etiam Domitij patris vox, inter gratulationes amicorũ negantis, quicquam ex se, & Agrippina, nisi detestabile, & malo publico nasci potuisse. Eiusdem futura infelicitatis signum euidentis die lustrico exitit. Nam C. Cæsar, rogãte sorore, vt infanti ei, quod vellet, nomen daret, intuens Claudium patrum suum, à quo mox principe Nero adoptatus est, eius se dixit dare: neq; ipse serio, sed per iocum, & aspernante Agrippina, quòd tum Claudius inter ludibria aula erat. Trimubus patrem amisit: cuius ex parte tertia hæres, ne hanc quidem integram cepit, correptus per coheredem Caium vniuersis bonis, & subinde matre etiam relegata, penè inops, atque egens apud amitam Lepidam nutritus est sub duobus pedagogis, saltatore, atque tonsore. Verùm Claudio Imperium adepto, non solùm paternas opes recuperauit, sed & Crispi Passieni vitrici sui hereditate ditatus est. Gratia quidem, & potentia reuocata, restitutaq; matris vsq; eò floruit, vt emanaret in vulgus, missos à Messal

Messalina vxore Claudij, qui eum meridian-
tem quasi Britannici emulum strangularent.
Additum fabulae, & eosdem dracone è pului-
no se proferente conterritos refugisse. Quae fa-
bula exorta est, deprehēsis in lecto eius circum
cervicalia serpentis exuvijs: quas tamen auræ
armilla ex voluntate matris inclusas dextro
brachio gestavit aliquandiu, ac tedio tandem
maternæ memoriæ abiicit, rursusq; extremis
suis rebus frustra requisivit.

Pueritia eius, & gesta in ea. 7

Tener adhuc, necdum matura pueritia,
Circensibus ludis Troiam constātiſsimè,
favorabiliterq; lusit. Undecimo ætatis anno à
Claudio adoptatus est, Anneoque Seneca iam
tunc Senatori in disciplinam traditus. Ferunt
Senecam proxima nocte visum sibi per quietē,
C. Cesari præcipere, & fidem somnio Nero bre-
vi fecit, prodita immanitate naturæ, quibus
primùm potuit experimentis. Namq; Britanni-
cum fratrem, quod se post adoptionem Aeno-
barbum ex consuetudine salutasset, vt subditi-
tium apud patrem arguere conatus est. Ami-
tam etiam Lepidam ream testimonio coram
afflixit, gratificans matri, à qua rea premeba-
tur. Deduc̄tus in forū tyro, populo congiarium,
militi donatiuum proposuit. Indiēta decursione
pretorianis, scutum sua manu prætulit, exinde
patre gratias in Senatu egit. Apud eundem
Consis

Consulem pro Bononiensibus Latinè, & pro Rhodijs atque Iliensibus Gracè verba fecit. Auspicatus est & iurisdictionè Præfæcti vrbis sacro Latinarum celeberrimis patronis, non translaticias (vt assolet) & breues, sed maximas plurimâsq; postulationes certatim ingerentibus, quamuis interdictū à Claudio esset. Nec multò post duxit uxorem Octauiam: ediditq; pro Claudij salute Circenses, & venationem.

Imperium Neronis. 8.

Septemdecim natus annos, vt de Claudio Palam factū est, inter horam sextam septimamq; processit ad excubitores, cum ob totius diei diritatem non aliud auspicandi tempus accommodatius videretur: proq; Palatij gradibus Imperator cōsalutatus, lectica in castra, & inde raptim appellatis militibus in curiam delatus est. Discessit iam vesperi, ex immensis, quibus cumulabatur, honoribus, tantum patris patriæ nomine recusato, propter ætatem.

Gesta per eum in initio principatus. 9.

Orsus hinc à pietatis ostentatione, Claudium apparatissimo funere elatum laudauit, consecrauitque. Memoriæ Domitij patris honores maximos habuit. Matri summam omnium rerum, publicarum, privatarumq; permisit. Primo etiam Imperij die signum excubanti Tribuno dedit, Optimam matrem: ac deinceps eiusdem sepe lectica per publicum simul

rect

rectus est. Antium coloniam deduxit, adscriptis veteranis è pratorio, additisq; per domicilij translationem ditissimis primipilarij, vbi & portum operis sumptuosissimi fecit.

Ciuitia gesta eius. 10

ATque, vt certiozem adhuc indolem ostenderet, ex Augusti praescripto imperatorum se professus, neq; liberalitatis, neque clementiae, nec comitatis quidem exhibende vllam occasionem omisit. Grauiora veltigalia aut aboleuit, aut minuit. Praemia delatorum Papiæ legis ad quartas redegit, diuisis populo viritim, quadragenis nummis. Senatorum nobilissimo cuiq; sed à re familiari destituito, annua salaria, & quibusdam quingena constituit. Item praetorianis cohortibus frumentum, menstruumq; gratuitum. Et cum de supplicio cuiusdam capite damnati, vt ex more subscriberet, admone-retur, quàm velle, inquit, nescire literas! Omnes ordines subinde, ac memoriter salutauit. Agenti Senatui gratias, respondit, Cum meruero. Ad campestres exercitationes suas admisit & plebem; declamauitq; sepius publicè. Recitauit & carmina, non modò domi, sed in theatro, tanta vniuersorum letitia, vt ob recitationem supplicatio decreta sit, atque pars carminum aureis literis Ioui Capitolino dicata.

Spectacula per eum edita, & liberalitas in populum. 11

Spectaculorum plurima, & varia genera
 Sedidit: Iuuenales, Circenses, Scenicos ludos,
 gladiatorum manus. Iuuenalibus senes quoq;
 consulares, anúsq; matronas recepit ad lusum.
 Circensibus loca equiti secreta à cæteris tribuit.
 Commisitq; etiam camelorum quadrigas. Lu-
 dis, quos pro æternitate Imperij susceptos appel-
 lari maximos voluit, ex utroq; ordine, & sexu
 pleriq; ludicras partes sustinuerunt. Notissimus
 eques Romanus elephanto supersedens per cata-
 dromũ decucurrit. Inducta est Africanũ togata,
 quæ Incendium inscribitur: concessumq; ut sce-
 nici ardentis domus supellectilem diriperent,
 ac sibi halerent. Sparsa & populo misilia
 omnium rerum per omnes dies, singula quotidie
 millia auium cuiusque generis, multiplex pe-
 nus, tessera frumentaria, vestis, aurum, argen-
 tum, gemma, margarita, tabula picta, manci-
 pia, iumenta, atq; etiam mansueta fera, nouis-
 simè naues, insule, agrò.

Spectacula vnde spectauerit, &
 alia eius gesta. 12.

HOs ludos spectauit è proscenij fastigio.
 Munere, quod in amphitheatro ligneo, in
 regione Martij campi intra anni spatium fa-
 bricato dedit, neminem occidit, ne noxium qui-
 dem. Exhibuit autem ad ferrum etiã quadrin-
 gentos Senatores, sexcētósq; equites Romanos:
 & quosdam fortuna, atque existimationis in-
 tegræ

tegra, ex iisdem ordinibus confectorésq; ferarum, & varia arenæ ministeria. Exhibuit & naumachiam, marina aqua innatibus beluis. Item pyrrhichas quasdam è numero ephoborum, quibus post editam operam diplomata civitatis Romanae singulis obtulit. Inter pyrrhicharum argumenta, taurus Pasiphaen ligneo iuvencae simulacro abditam inijt, ut multi spectantium crediderunt. Icarus primo statim conatu iuxta cubiculum eius decidit, ipsūmq; cruore resperxit. Nam perrarò presidere, ceterum accubans primum parvis foraminibus, deinde toto podio adaperto spectare consueverat. Instituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ more Græco triplex, musicum, gymniciū, equestre, quod appellavit Neronia. Dedicatisq; thermis, atq; gymnasio, Senatui quoq; & equiti oleum præbuit. Magistros toti certamini præposuit consulares sorte, sede pratorum: deinde in orchestrâ Senatūmq; descendit, & orationis quidem, carminisq; Latini coronam, de qua honestissimus quisq; contenderat, ipsorum consensu concessam sibi recepit. Citharam autem à iudicibus ad se delatam adoravit, ferriq; ad Augusti statuam iussit. Gymnico, quod in septis edebat, inter buthysæ apparatus, barbam primam posuit, conditam in auream pyxidem, & pretiosissimis margaritis adornatam Capitolio consecravit.

Ad athletarum spectaculū inuitavit & virgines Vestales: quia Olympia quoq; Cereris sacerdotibus spectare conceditur.

Magnificentia in excipiendo Tyridate Armenio.

13

Non immeritò inter spectacula ab eo edita & Tyridatis in urbem introitum retulerim. Quem Armenia regem magnis pollicitationibus sollicitatum, cum destinato per edictum die ostensus populo propter nubilum distulisset, produxit, quò opportunissimè potuit: dispositis circa fori templa armatis cohortibus, curuli residēs apud rostra triumphantis habitu, inter signa militaria. atq; vexilla: & primò per deuexum pulpitem subeuntem admisit ad genua, alleu atūmq; dextra exosculatus est: dein precāti, tiara deducta, diadema imposuit, verba supplicis interpretata prætorio viro multitudini pronuntiante. Perductum inde in theatrum, ac rursus supplicantem, iuxta se latere dextro collocavit. Ob quæ Imperator consalutatus, laurea in Capitolium lata.

Ianum geminum claudit.

14

Ianum geminum clausit, tam nullo, quàm residuo bello. Consulatus quatuor gessit: primum bimestrem, secundum & nouissimum semestres, tertium quadrimestrem: medios duos continuauit, reliquos inter annua spatia variavit.

Mos

Mos eius in iure dicendo. 15

In iurisdictione postulatoribus, nisi sequenti die, ac per libellos, non temere respondit. In cognoscendo, morem eum tenuit, ut cōtinuis actionibus omiſſis, singulatim quæq; per vices ageret. Quoties autem ad consultandum sederet, neque in commune quicquam, neque propalam deliberabat: sed & conscriptas ab vnoquoque sententias tacitus ac secretò legens, quid ipsi libuisset, perinde atq; pluribus idem videretur, pronuntiabat. In curiam libertinorum filios diu non admisit, admissuq; à prioribus principibus honores denegavit. Candidatos, qui supra numerum essent, in solatium dilationis ac more, legionibus præposuit. Consulatum in senos plerunq; menses dedit. Defunctoq; circa Cal. Ianuarias altero e Coss. neminem substituuit: improbens exemplum vetus Caninij Rebuli vno die Consul. Triumphalia ornamenta, etiam quaestorie dignitatis, et nonnullis ex equestri ordine tribuit: nec utiq; de causa militari, sed & de quibusdam rebus orationes ad Senatum missas, præterito Quaestoris officio, per Consulem plerunq; recitabat.

Afflictio Christianorum. 16

Formam edificiorū vrbis nouam excogitavit: et ut ante insulas, ac domos porticus essent, de quarū solarijs incendia arcerentur: easq; sumptu suo extruxit. Destinarat etiam Hostia

tenuis moenia promouere, atque inde fossa mare
 veteri vrbi inducere. Multa sub eo et animad-
 uersa seuerè, & coërcita, nec minus instituta:
 adhibitus sumptibus modus: publicæ cenæ ad
 sportulas redactæ: interdictum, ne quid in po-
 pinis cocti, præter legumina, aut olerâ veniret,
 cum antea nullum non obsonij genus proponere-
 tur. Afflicti supplicij Christiani, genus homi-
 nū superstitionis non æ ac maleficæ. Veti-
 drigariorū lusus, quibus inueterata licetiâ pas-
 sim vagantibus fallere ac furari p iocū ius erat:
 pantamimorū factiones cū ipsis simul relegate.
 Cautum in falsarios pro testamentis. 17

A Duersus falsarios tūc primum repertū ne
 tabula nisi pertuse, ac ter lino per forami-
 na traiecto obsignaretur. Cautū, vt in testamē-
 tis prima duæ ceræ, testatorum modo nomine
 inscripto, vacuæ signaturis ostenderentur: ac ne
 quis alieni testamenti scriptor legatum sibi ad-
 scriberet. Item vt litigatores pro patrocinijs cer-
 tam, iustamq; mercedem, pro subsellij nullam
 omnino darent, præhente erario gratuita: vtq;
 rerum actū ab erario cause ad forum, ac recup-
 peratores transferrentur: & vt omnes appella-
 tiones à iudicibus ad Senatum fierent.

Imperium sub Nerone non
 auctum.

19

A Vgendi, propagandiq; Imperij neq; voluer-
 atate vlla, neque spe motus vnquam, etiam

etc

ex Britania deducere exercitum cogitavit: nec nisi verecundia, ne obtrectare parentis gloria videretur, desistit. Ponti modo regnum concedente Polemone, item Alpium, defuncto Coctio, in provincie formam redegit.

Expeditiones Alexandrinæ & Achaicæ
per eum susceptæ. 19

Peregrinationes duas omnino suscepit, Alexandrinam, & Achaicā: sed Alexandrinam ipso profectiois die desistit, turbatus simul religione, ac periculo. Nam cum circuitis templis in eade Vestæ, resedisset, consurgenti ei primū laciniā obhasit: deinde tanta caligo coorta est, ut difficere non posset. In Achaia Isthmum perfodere aggressus, pretorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus est: tubaq; signo dato, primus rasi illo humum effodit, & corbulæ cōgestam humeris extulit. Parabat & ad Caspias portas expeditionem, conscripta ex Italicis senū pedū tyronibus non a legione quam Magni Alexandri phalagē appellabat. Hæc partim nulla reprehensione, partim etiam non mediocri laude digna in vnum contuli, ut scernerem à probris ac sceleribus eius, de quibus dehinc dicam.

Studium eius in cantu & musica. 20

Inter ceteras disciplinas, pueritiæ imbutus tēpore & musica, statim ut Imperiū adeptus est, Terpnum citharædum vigētem tunc præter

alios accersit: diebusq; continuis post cenam ca-
 nenti in multam noctem assidens, paulatim &
 ipse meditari, exerceriq; cepit. Nec eorum quic-
 quam omittere, quæ generis eius artifices, vel
 conseruandæ vocis causa, vel augendæ factita-
 rent. Sed & plumbeam chartam supinus pecto-
 re sustinere, & clystere, vomitûq; purgari, &
 abstinere pomis, cibisq; officientibus: donec blan-
 diente profectu (quanquam exiguæ vocis, &
 fusca) prodire in scenam concupiuit. subinde in-
 ter familiares Græcum prouerbium iactans, Oc-
 culta musica nullum esse respectum. Et prodijt
 Neapoli primùm, ac ne concusso quidem repente
 motu terra theatro, antè cantare desistit, quàm
 inchoatum absolueret νόμος. Ibidem sæpius &
 per complures cantauit dies: sumpto etiam ad-
 reficiendam vocem breui tempore, impatiens se-
 creti à balneis in theatrum transijt: mediâq; in
 orchestra frequente populo epulatus, si paulùm
 subbibisset, aliquid se suffertim tinniturû Græ-
 co sermone promisit. Captus autem modulatis
 Alexandrinorum laudationibus, qui de nouo
 comætu Neapolim confluerant, plures Ale-
 xandria euocauit. Neque eo segnius adolescētes
 equestris ordinis, & quinque amplius millia è
 plebe robustissima iuentutis vndiq; elegit, qui
 diuisi in factiones, plausum genera condi-
 rent, (hombos, & imbrices, & testas vocabāt)
 operamq; nauarent cantanti sibi insignes pin-
 guissima

guissima coma, & excellentissimo cultu pueri,
nec sine annulo leuis, quorū duces quadragena
millia H-s merebant.

Tragœdias cantat. 21

Cum magni aestimaret cantare, etiã Romæ
Neroneū agona ante præstitutam diem re
uocauit. Flagitibusq; cūctis cœlestem vocem,
respondit quidem, in hortis se copiã volentibus
facturum: sed adiuuãte vulgi preces etiam sta
tione militum, quæ tunc excubabat, represen
taturum se pollicitus est libens: ac sine mora no
men suum in albo profitentium citharædorū
iussit adscribi: sorticulaq; in urnam cum ceteris
demissa intrauit ordine suo simulq; Præfe
cti prætorij citharã sustinētes, post Tribuni mi
litum, iuxtaq; amicorum intimi. Utq; constitit
peracto principio, Nioben se cantaturū per Cli
uium Rufum consularem prenuuntiauit, & in
horam ferè decimam perseuerauit: coronãque
eam, & reliquam certaminis partē in annum
sequentem distulit, vt sepius canendi occasio es
set. Quod cum tardum videretur, non cessauit
identidem se publicare. Non dubitauit etiam
in priuatis spectaculis operam inter scenicos da
re, quodam Prætorum H-s. decies offerente. Tra
gœdias quoq; cantauit personatus: heroum, deo
rumq; item heroidum, ac dearum personis effi
ctis ad similitudinem oris sui, & fœmine, prout
quanq; diligeret. Inter cetera cantauit Cana

cen parturientem, Orestem matricidam, Oedipodem excæcatum, Herculem insanum. In qua fabula fama est, tyrunculum militem positum ad custodiũ aditus, cum eum ornari, ac vinciri carenis, sicut argumentum postulabat, videret, accurrisse ferendæ opis gratia.

Studium eius aurigandi, & citharizandi.

E Quorũ studio vel præcipuè ab ineunte ætate flagrauit: plurimusq; illi sermo, quam quàm vetaretur, de Circèsibus erat. & quondã tractum Prasinum agitatore inter condiscipulos querens, obiurgante magistro, de Hectore se loqui ementitus est. Sed tũ inter initia Imperij eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet, ad omnes etiam minimos Circenses successu commeabat, primò clam, deinde propalam: vt nemini dubiũ esset, eo die vtiq; affuturum. Neq; dissimulabat, velle se palmarũ numerum ampliare: quare spectaculũ multiplicatis misilibus in serum protraheretur, ne dominis quidem iam factionum dignantibus, nisi ad totius diei cursum greges ducere. Mox et ipse aurigare, atq; etiam spectari sæpius voluit: positoq; in hortis inter seruitia. & sordidam plebem rudimento, vniuersorum se oculis in circo maximo præbuit, aliquo liberto mittente mappam, vnde magistratus solent. Nec contentus harum artium experimenta Romæ dedisse, Achaiam (vt

dixim

diximus) petit, hinc maximè motus. Instituerat civitates, apud quas musici agones edi soleant, omnes citharædorum coronas ad ipsum mittere. Eas adeo gratè recipiebat, vt legatos, qui pertulissent, nò modò primos admitteret, sed etiam familiaribus epulis interponeret. A quibusdam ex his rogatus, vt cantaret super cenam, exceptusq; effusus, solos scire audire Græcos, solosq; se, & studijs suis dignos ait. Nec profectioe dilata, vt primum Cassiopem traiecit, statim ad aram Iouis Cassij cantare auspicatus est.

Certamina exercituum, ac timor

in eo genere.

23

Certamina deinceps obijt omnia. Nam & qua diuersissimorum temporum sunt, cogi in vnum annum quibusdam etiam iteratis iussit. Olympia quoque præter cõsuetudinem musicum agona commisit. Ac, ne quid circa hæc occupatum auocaret, detineretue, cùm presentia eius vrbicas res egere à liberto Helio admoneretur, rescripsit his verbis: Quamuis nunc tuum consilium sit, & votum me celeriter reuerti, tamen suadere, & optare potius debes, vt Nerone dignus reuertar. Cantante eo, nec necessaria quidem causa excedere teatro licitum erat. Itaque & enixa quedam in spectaculis dicuntur, & multi tædio audiendi, laudandiq; reclusis oppidorum portis, aut furtim desiluisse de muro, aut morte simulata fuere elati. Quam

autem trepidè anxieq; certauerit, quanta aduersariorum emulatione, quo metu iudicum, vix credi potest. Aduersarios quasi planè conditionis eiusdem, obseruare, captare, infamare secretò nonnunquam, ex occurſu maledictis incessere: ac si qui arte præcellerent, corrumpere etiam solebat. Iudices autem prius, quam metperet, reuerentissimè alloquebatur, omnia se faciendæ fecisse, sed euentum in manu esse fortunæ: Illos vt sapientes, & doctos viros fortuita debere excludere: atq; vt auderet, hortantibus, æquiore animo recedebat: ac ne sic quidem sine sollicitudine, taciturnitatem, pudorémque quorundam pro tristitia, ac malignitate arguens, suspectosque sibi dicens.

Obedientia eius in dictis certaminibus.

24

IN certando verò ita legi obediebat, vt nunquam excreare ausus, sudorè quoque frontis brachio detergeret: atq; etiam in quodam tragico actu, cum elapsum baculū cito resumpsisset, pavidus & metuens, ne ob delictum c. ramine summoueretur, non aliter cōfirmatus est, quàm adiurante hypocrita, non animaduersum id inter exultationes, succlamationesq; Populi. Victorem autem se ipse pronūtiabat. Quæ de causa & præconio vbique contendit. Ac ne cuius alterius hieronicarum memoria, aut vestigium extaret vsquã, subuerti, et vnco trahi, abijcique

abijci que in latrinas omnium statuas & imagines imperavit. Aurigavit quoque plurifariam, Olympijs vero etiã decemvigem: quamvis idipsũ in rege Mithridate carmine quodã suo reprehedisset. Sed excussus curru ac rursus repositus, cum perdurare nõ posset, destitit ante decursum: nec eo secius coronatus est. Decedens deinde, provinciam vniuersam libertate donauit, simulque indices ciuitate Romana, & pecunia grandi. Quae beneficia è medio stadio Isthmiorum die sua ipse voce pronuntiauit.

Reditus eius è Græcia, ac eiusdem triumphi.

25

Reversus è Græcia Neapolim, quod in ea primum artem protulerat, albis equis introijt, dissecta parte muri, vt mos hieronicarum est. Simili modo Antiũ, inde Albanũ, inde Romã. Sed et Romã eo curru, quo Augustus olim triumphauerat, & in veste purpurea, distinctaq; stellis aureis chlamyde, coronamq; capite gerens Olympicam, dextra manu Pythiam, praecunte pompa ceterorum, cum titulis, vbi, & quos, quocantionum, quouè fabularum argumẽto vicisset, sequẽtibuscurreũ ouãrium ritu plausoribus, Augustanos, militesq; se triumphij eius, clamãtibusb. Dehinc diruto circi maximi arcu, per velabrũ, forũq; palatiũ, & Apollinẽ petijt. Incedẽti passim victima caese, sparsoper vias idẽdẽ croco, ingestaq; aues, ac lemnisci, & bellaria.

Sacras coronas incubili circum lectos posuit. Itē se atuas suas citharædico habitu: quæ nota etiam nummum percussit. Ac post hæc tatum abfuit à remittendo, laxâ dōque studio, vt conseruanda vocis gratia, neq; milites vñquā, nisi absens, aut alio verba pronuntiantē, appellaret: neq; quicquam serio, iocōne egerit, nisi astante phonaſco, qui moneret, parceret arteriis, ac sudarium ad os applicaret: multisque vel amicitiam suam obtulerit, vel simulatim indixerit, prout quisque se magis, parciū sue laudasset.

Rapinæ eius, & alia fœcetera. 26

Petulantiam, libidinē, luxuriā, auaritiam, crudelitatem sensim quidem primò, & occultè, velut inuenili errore, exercebat: sed vt tunc quoque dubiū nemini foret, natura illa vitia, nō etatis esse. Post crepusculam statim arrepto pileo, vel galero popinas inibat: circumq; vicos vagabatur ludibūdus, nec sine perniciē tamen. Si quidem redeuntes à cœna verberare, ac repugnantes vulnerare, elocacisq; demergere assueuerat: tabernulas etiā effringere, & expilare: quintana domi constituta, vbi parta, & ad licitationem diuidenda præda pretium assumeveretur. Ac sepe in eiusmodi rixu, oculorū & vitæ periculum adyit, a quodam latielanio, cuius uxorem attrectauerat, propè ad necem casus. Quare nunquam postea se publico illud horæ sine Tribunis commisit, procul & occultè sequen

sequētibz. Interdū quoq; clām gēstatoria sel-
la delatus in theatrum, seditiōnibz pantomi-
morum ex parte p̄scenij superiori, signifer
simul ac spectator aderat. Et cū ad manus
ventum esset, lapidibzq; & subselliorum fra-
gminibz decertaretur, multa & ipse iecit in
populum, atq; etiā Prætoris caput cōsauerat.

Comestationes, & eius epulæ. 27

Paulatim verò inualescētibz vitijs, iocula-
ria, & latebras omisit, nullaq; dissimulā-
di cura ad maiora palām erupit. Epulas è me-
dio die ad mediam noctem protrahēbat, refo-
tus sæpius calidis piscinis, ac tempore æstiuo ni-
uatis. Cœnabatq; nonnunquam & in publi-
co, naumachia præclusa, vel Martio campo, vel
circo maximo, inter scortorum totius vr̄bis,
Ambubaiarūq; ministeria. Quoties Hesiā
Tyberi deflueret, aut Baianum sinum præter-
nauigaret, dispositæ per litora, & ripas diuer-
soriæ tabernæ parabantur, insignes ganeæ, &
matronarū institorias operas imitantium, atq;
hinc inde orantium, vt appelleret. Inducebat &
familiaribus cœnas, quorum vni mellita qua-
dragies H-s. cōstitērūt, alteri pluris aliquan-
to ab Syrtio rosaria.

Matris nefarius concubitus. 28

Super ingenuorum proagogia, & nupta-
rum concubinatus, Vestali virgini Rubrie
vim intulit. Aet̄n liberā paulū abfuit, quin

iuſto matrimonio ſibi coniungeret, ſubmiſſis
 conſularibus viris, qui regio genere ortam pe-
 ierarent. Puerum Sporum, exectis teſtibus,
 etiam in muliebrem naturam trãſfigurare co-
 natus eſt, cum dote, & flammeo per ſolene nu-
 ptiarum celeberrimo officio, deductum ad ſe
 pro vxore habuit. Ext atq; cuiuſdam non inſci-
 tus iocus, bene agi potuiſſe cum rebus humanis,
 ſi Domitius pater talem habuiſſet vxorẽ. Hunc
 Sporum Auguſtarum ornamentis excultum,
 lecticãque vectum, & circa conuentus merca-
 tusq; Græciæ, ac mox Romæ circa ſigillaria co-
 mitatus eſt, identidem exoſculans. Nam ma-
 tris concubitum appetiſſe, & ab obſectatori-
 bus eius, ne ferox, atq; impotens mulier & hoc
 genere gratiæ praualeret, deterritũ nemo dubi-
 tauit, vtiq; poſtquam meretricem, quam fama
 erat Agrippinæ ſimillimam, inter concubinas
 recepit. Olim etiam quoties lectica cum matre
 veheretur, libidinatũ inceſtẽ, ac maculis veſtis
 proditum affirmant.

Pudicitia eius paſſim proſtrata. 29

SVam quidem pudicitiam vſque ad eò proſti-
 tuit, vt contaminatis penè omnibus mem-
 bris, nouiſſimè quaſi genus luſus excogitaret:
 quatenus ſeræ pelle contactus emitteretur è ca-
 uea, virorumq; ac ſcæminarum ad ſtipitem deli-
 gatorũ inguina inuaderet, & cum aſſatim de-
 ſcuiſſet, conficeretur à Doryphoro liberto, cui

etiam

etiam, sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit, voces quoq; & ciulatus vim patientium virginum imitatus. Ex nonnullis comperi, persuasissimum habuisse eum, neminem hominem pudicum, aut vlla corporis parte purum esse, verum plerisque dissimulare vitium, & calliditate obtegere: ideoque professis apud se ob scenitatem, caetera quoq; concessisse delicta.

Prodigalitas eius, ac diuitiarum profusio. 30

Diuitiarum, & pecunia fractū non alium putabat, quam profusionem: sordidos ac deparcos esse, quibus ratio impensarū constaret: prelauros, vereq; magnificos, qui abuterentur, ac perderēt. Laudabat, mirabaturq; auūulum Caiū, nullo magis nomine, quam quod ingentes à Tyberio relictas opes in breuissatio prodegiisset. Quare nec largiendū, nec absumēdū modū tenuit. In Tyridatem, quod vix credibile videatur, octingenta nummūm millia diurna erogauit, abeuntiq; super H-s. millies contulit. Menecratē citharēdū & Specillū Mirmillonē triumphalium virorum patrimonijs, adibusq; donauit. Cercopithecū Panerotē faneratore, & vrbani, rusticisq; praedijs locupletatū, prope regio extulit funere. Nullam vestem bis induit. Quadragenis in punctū H-s. aleā lusit. Piscatus est rete aurato, purpura, coccoq; funibus mexis. Nunquā carrucis minus mille fecisse iter tradit.

traditur, soleis mularum argenti, canusinatis mulionibus, armillata & phalerata cūhamaxicorum turba, atque cursorum.

Opera publica per eum facta. 31

Non in alia re dānosior, quā in edificādo. Domū à Palatio Exquiliis vsq; fecit. Quā primò transitoriā, mox incēdio absumptam, restituit amq; aureā nominavit. De cuius spatio atq; cultu suffecerit hoc retulisse. Vestibulum eius fuit, in quo colossus CXX. pedū staret, ipsius effigie itā laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet. Item stagnū maris instar, circumseptū edificū ad urbium speciem. Rura insuper aruis, atq; vinetis, & pascuis, syluisq; varia, cum multitudine omnis generis pecudum ac ferarū. In ceteris partibus cuncta auro lita, distincta gemis, vnionumq; conchis erant. Cœnationes laqueate tabulis eburneis, versatilibus ut flores, fistulatis ut vnguenta desuper spargerentur. Precipua cœnationū rotūda, quæ perpetuò diebus ac noctibus vice mūdi circumageretur: balineæ marinis, & albulis fluentes aquis. Eiusmodi domū cum absolutā dedicaret, hætenus cōprobavit, ut se diceret quasi hominē tandem habitare cœpisse. Præterea inchoabat piscinā à Miseno ad Auernū lacum, contactā, porticibus conclusam, quo quicquid totus Baſis calidarū esset, cōmitteretur. Fossam ab Auerno Hostiam vsque, ut nauibus, nec tamē mari

iretur

i retur, longitudinis per CL X. milliaria, latitudinis, qua cōtrariae quinquereemes commearent. Quorum operum perficiendorum gratia, quod ubiq; essent custodiae, in Italiam deportari, etiā scelere convictos, non nisi ad opus damnari, praereperat. Ad hunc impendiorum furorem super fiduciam Imperij, etiam spe quadam repentina immensarum, & reconditarum opum impulsus est, ex indicio equitis Romani pro cōperto pollicentis, thesauros antiquissime gazae, quos Didoregina fugiens Tyro secum extulisset, esse in Africa vastissimis specubus abditos, ac posse etiam parvula molientium opera,

Rapinae eius, extorsiones, &

facrilegia.

Verum ut spes, fefellit, destitutus, atq; ita iā exhaustus, & egens, ut stipēdia quoq; militum, & commoda veteranorū protrahi, ac differri necesse esset, calumnijs, rapinisque intendit animū. Ante omnia instituit, ut è libertorum defunctorum bonis pro sumisse dodrans cogereetur ei, qui sine probabili causa eo nomine essent, quo fuissent illae familiae, quas ipse cōtingeret: deinde ut ingratorū in principem testamenta ad fiscum pertinerent: ac ne impune esset studiosis viris, qui scripserint, vel dictasēt eatum ut lege maiestatis facta, dictaque omnia, quibus modò delator non deesset, teneretur. Revocavit & premia coronarum, quae unquā sibi

in certaminibus ciuitates detulissent. Et cum interdixisset vsu amethystini, ac Tyræ coloris, submisissetq; qui nundinarum die pauculas vncias venderet, præclusit cunctos negotiatores. Quinetiam inter canendum animaduersam matronam è spectaculis, vitita purpura cultā demonstrasse procuratoribus suis creditur, detractamq; illico non veste modo, sed & bonis exiit. Nulli delegauit officium, vt non adycceret, Scis quid mihi opus sit: & hoc agamus, ne quis quicquam habeat. Vt inò templis compluribus dona detraxit, simulacraq; ex auro, vel argento fabricata conflauit, in his penatium Deorum, quæ mox Galba restituit.

Parricidium eius in Claudium &

Britannicum.

33

Parricidia & cedes à Claudio exorsus est. Cuius necis, etsi non autor, at conscius fuit, neque dissimulante, vt qui boletos, in quo cibit genere venenum is acceperat, quasi Deorum cibum, post hac prouerbio Græco collaudare sit solitus. Certè omnibus rerum, verborumq; contumelijs mortuū insectatus est, modo stultitia, modo seuitia arguens. Nam et morari eum inter homines desisse, producta prima syllaba iocabatur: multaq; decreta, & cōstituta, vt insipientis, atq; deliri pro irritis habuit. Deniq; bustum eius consespiri nisi humili, leuiq; materia neglexit. Britannicum non minus emulatione

vocis

vocis, quae illi incūdius suppetebat, quā metu,
 ne quando apud hominū gratiam paterna me-
 moria praevaleret, veneno aggressus est. Quod
 acceptum à quadam Locusta venenariorū in-
 dice, cū opinione tardius cederet, ventre mo-
 dō Britannici moto: accersitam mulierem sua
 manu verberavit, arguens pro veneno remediū
 dedisse. Excusantisq; minus datū, ad occultan-
 dam facinoris inuidiā: Sanè, inquit, legem Lu-
 liam timeo: coegitq; se coram in cubiculo quā
 posset velocissimum, ac presentaneum, coque in-
 Deinde in hærdo expertus, post quā is quinque
 horas protraxit, iterum ac sepius recoctū, por-
 cello obicit. Quo statim exanimato, inferri in
 triclinium, dariq; cœnanti secum Britannico
 imperavit. Et cū ille ad primum gustum con-
 cidisset, comitali morbo ex consuetudine corre-
 ptum apud conuiuas ementitus, postero die rap-
 tum inter maximos imbres trāstatitio extulit
 funere. Locusta pro nouata opera, impunita-
 tem, prædiaq; ampla, sed & discipulos dedit.

Parricidiū eius in matrem & amitā. 34

Matrem dicta, factaq; sua exquirentem
 Macerbius, & corrigētem, hæctenus primò
 grauabatur, vt inuidia identidem oneraret,
 quasi cessurus Imperio, Rhodūmque abiturus:
 mox & honore omni, & potestate priuauit, ab-
 ductaq; militū & Germanorū statione, contu-
 bernio quoq; ac palatio expulit. Neque in diue-

xanda quicquam pēsi habuit: submissus & quō
 Romæ morantem litibus, & in secessu quiescen-
 tem per conuitia & iocos, terra, marique præ-
 teruententes inquietarent. Verum minis eius, ac
 violentia territus perdere statuit. Et cum ve-
 neno ter tentasset, sentiretq; antidotis præmuni-
 tam, lacunaria, qua noctu super dormientem
 luxata machina deciderent, parauit. Hoc con-
 silio per conscios parū celato, solutilem nauē, cu-
 quō vel naufragio, vel camera ruina periret, cō-
 uentus est. Atq; ita reconciliatione simulata,
 iucundissimis literis Baias euocauit ad solēnia
 quinquatrum simul celebranda, datoq; nego-
 tior trierarchis, quæ liburnicam, qua aduectā
 erat velut fortuito concursu confringerent, pro-
 traxit conuiuium. Repetentiq; Baulos in locum
 corrupti nauigij, machinosum illud obiulit, bi-
 lare persecutus, atq; in digressu papillas quoq;
 excusulatus, reliquum temporis cum magna tre-
 pidatione vigilauit, opperiens ceptorum exitiū.
 Sed ut diuersa omnia, nandōque euasisse eam
 comperit, ineps consiliū, L. Agerinum libertum
 eius saluam & incolumem cum gaudio nūtiā-
 tem, obiecto clām iuxta pugione, ut percussio-
 rem sibi subornatum arripi, constringiq; insit,
 matremq; occidi, quasi deprehensum crimen
 voluntaria morte vitasset. Adduntur his atro-
 ciora, nec incertis autoribus, ad visendum in-
 ter foeda cadaver accurrisse, contrectasse mem-
 bra

bra, alia vituperasse, alia laudasse, sitique interrim oborta bibisse. Neque tamen sceleris conscientiam, quamquam & militum, & Senatibus, Populique gratulationibus confirmaretur, aut statim, aut unquam postea ferre potuit, saepe confessus exagitari se materna, specie, verbis furiarum, ac vadis ardentibus. Quin & facto per Nicias sacro, euocare manes, & exorare tentavit. Peregrinatione quidem Graeciae Eleusinijs sacris quorum imitatione impij & scelerati voce praconis summouerentur, interesse non ausus est. Iuxtaque parricidio matris amita necem. Quam cum ex duritia alui cubantem visitaret, & illa tractans lammine eius, ut affolet, iam grandis natu, per blanditias forte dixisset. Simul hac excepero, mori volo: conuersus ad proximos confestim se positurum velut irridens ait, praecipitque medicis, ut largius purgarent agram. Nam necdum defuncta bona inuasit suppresso testamento quid abscederet.

Parricidium eius in uxores, ac sibi
coniunctissimos. 35

VXores praeter Octaviae duas postea duxit
Poppaeam Sabinam, quaestoriopatre natam, & equiti Romano ante nuptam: Vein-
de Stabiliam Messalinam, Tauri bis Consu-
lis, ac triumphalis abneptem. Qua ut potire-
tur, virum eius Atticum Vestinum Consule in
honore ipso trucidavit. Octaviae consuetudinem

cito aspernatus, corripientibus amicis, sufficere
 illi debere respondit vxoria ornamenta. Ean-
 dem mox sepe frustra strangulare meditatus,
 dimisit vt sterilem: sed improbante diuortium
 populo, nec parcente conuicijs, etiam relegauit.
 Deniq; occidit sub crimine adulteriorum ad e-
 impudenti, falsoq; vt in questione perneganti-
 bus cunctis, Anicetum pedagogum suum indi-
 cem subiecerit, qui dolo stupratam à se fatere-
 tur. Poppæa duodecimo die post diuortiu Octa-
 uia in matrimonium acceptam, dilexit vnice.
 Et tamen ipsam quoq; ictu calcis occidit, quod
 se ex aurigatione sero reuersum, grauida &
 egra conuicijs inceserat. Ex hac filiam tulit
 Claudiam Augustam, amisit q; admodu infan-
 tem. Nullu adco necessitudinis genus est, quod
 non scelere perculerit. Antoniam filiam Clau-
 dij recusantem post Poppæe mortem nuptias
 suas, quasi molitricem nouarū rerum, interemit.
 Similiter interemit ceteros, aut affinitate ali-
 qua sibi, aut propinquitate coniunctos. In qui-
 bus Aulum Plancum iuuenem, quem cum ante
 mortem, per vim constuprasset: eat nūc, inquit,
 mater mea, & successorem meum osculetur: ia-
 etans dilectum ab ea, & ad spem Imperij im-
 pulsus. Priuignum Ruffinum Crispinum Pop-
 pæa natum, impuberem adhuc, quia ferebatur
 ducatus, & Imperia ludere, mergendum ma-
 ridum piscaretur, seruis ipsius demandauit.

Thuscum nutricis filiū relegavit, quod in procuratione Aegypti balneis in adventum suum extractis, lavisset. Senecam præceptorē ad necem compulit, quamvis saepe commeatum petenti, bonis quo cedenti persanctē iurasset, suspectum se frustra, periturumq; potius, quàm nociturum ei. Burro Praefecto remedium ad fauces pollicitus, toxicum misit. Libertos divites, & senes, olim adoptionis, mox dominationis sua fautores, atq; rectores, veneno partim cibus, partim potionibus indito, interceptit.

Sævitia eius in externos, & cædes illustrium virorum.

36
Nec minore sævitia foris, & in externos grassatus est. Stella crinita, quæ summis potestatibus exitiū portendere vulgò putatur, per continuas noctes oriri cæperat. Anxius ea re, ut ex Babilo astrologo didicit, solere reges talia ostenta cæde aliqua illustri expiari, atq; à semet in capita procerum depellere, nobilissimo cuiq; exitium destinavit. Enimvero multò magis, & quasi per iustam causam duabus coniurationibus promulgatis, quarum prior, maiorq; Pisoniana Roma, posterior Vinciana Benevèti conflata, atq; detecta est. Cōiurati è vinculis triplicium catenarū dixere causam: cum quidam crimen ultro faterentur, nonnulli etiā imputarēt, tanquā aliter illi nō possent nisi morte succurrere, dedecorato flagitijs omnibus.

Damnatorum liberi urbe pulsī, cunctiq; ueneno, aut fame. Constat quosdam cum pædagogis, & capsarijs vno prandio pariter necatos, alios diurnum victum prohibitos querere.

Cædes multorum passim facta, & alia eius gesta.

Nullus post hac adhibitus delectus, aut modus interimendi quoscunq; libuisset, quacunq; de causa. Sed ne de pluribus referam, Saluidieno Orphito obiectum est, quod tabernas tres de domo sua circa forum ciuitatibus ad stationem locasset, Cassio Longino Iuriconsulto, ac luminibus orbato, quod in vetere gentili stemmate C. Cassij percussoris Caesaris imagines restatuisset, Peto Thrasea tristior, & pædagogi vultus. Mori iussis non amplius quam horarium spatium dabat. At ne quid moræ interueniret, medicos admonerat, qui cunctantes continuo curarent. Ita enim vocabat, venas mortis gratia incidere. Creditur etiã Polyphrago cuidã Aegyptij generis, crudam carnem, & quicquid daretur mandere assucto, concupisse viuos homines, lamianos, absumentiosq; obijcere. Elatus, inflatusq; tãtis velut successibus, negauit, quæquam principũ scisse, quid sibi liceret. Multasq; nec dubias, significationes se proiecit, ne reliquis quidem se parsurum Senatoribus, etimque ordinem sublaturum quandoq; e Repub. ac prouincias & exercitus equiti Rom.

ac libertis permissurum. Certè neq; adueniens,
neq; proficiscens quenuquam osculo impertinit.
ac ne resalutatione quidem. Et in auspiciando
opere Isthmī, magna frequentia clarè, vt sibi,
ac populo Rom. bene res verteret, optauit, dissi-
mulata Senatus mentione.

Urbis incendium per eum factum. 38

Sed nec populo, aut mœnibus patriæ peper-
cit, dicente quodam in sermone communi,
ἐπεὶ δὲ αὐτὸς ἴσως γὰρ ἐπεὶ μὲν οὐκ ἔστιν ἄλλοις ἰσως ἢ
ἐπιπέσει. Filanèq; ita fecit. Nam quasi
offensus deformitate veterum edificiorū, Et an-
gustijs, flexurisq; vicorū, incendit urbem tam
palam, vt pleriq; consulares, chbicularèsq; eius
cum stupa, tedaq; in prædijs suis deprebensos
non attigerint. Et quedam horrea circa do-
mum auream, quorum spatium maximè desi-
derabat, vi bellicis machinis labefactata, atq;
inflammatasint, quòd saxeo muro constructa
erant. Per sex dies, septamque noctes ea clade
scuitum est, ad monumentorum, bustorūque
diuersoria plebe compulsa. Tunc præter im-
mensum numerum insularum, domus prisco-
rum ducum arserunt, hostilibus adhuc spolijs
adornate, Deorūmq; ædes ab regibus, ac dein-
de Punicis, Et Gallicis bellis votæ dedicatæq;
Et quicquid visendum, atque memorabile ex
antiquitate durauerat. Hoc incendium è turri
Necœnatiāna prospectans, letusque flamine

(vt aiebat) pulchritudine, ἀλωσιπ Ἰλῆ decan-
tauit in illo suo scenico habitu. Ac ne non hinc
quoq; quantum posset prædæ, & manubiarum
inuaderet, pollicitus cadauerum, & ruderum
gratuitam egestionem, nemini ad reliquias re-
rum suarum adire permisit: collationibûsq; nõ
receptis modo, verùm & efflagitatis, provin-
cias, priuatorûmq; census prope exhausti.

Clades & probra in eum. 39

Accesserunt tantis ex principe malis, pro-
brisq; quædam & fortuita: pestilentia
vnius autumnii, qua xxx. funerum millia in
ratione Libitina venerunt. Clades Britannica,
qua duo præcipua oppida, magna civium, so-
ciorûq; cade direpta sunt: ignominia ad Orien-
tem legionibus in Armenia subiugum missis,
agrêq; Syria retenta. Mirum, & vel præcipuè
notabile inter hæc fuit, nihil cum patientius
quàm maledicta, & cõiicia hominum tulisse:
neq; in ullos leniorem, quàm qui se dictis, aut
sarminibus laceßissent, extitisse. Multa Græcè
Latineq; pscripta, aut vulgata sunt, sicut illa:

Νέγων, Οἰγενς, ἀδελφείων, μὴ ἴπον ἴβος.

Νέβου μῶρον Νέγων, ἰδίαρ μὴ ἴγα ἀπὶ ἡ ἱερῶν.

Quis negat Aenea magna de stirpe Neronem?

Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Dum tedit citharâ noster, dũ cornua Parthus,

Noster erit Paan, ille Hecateboletes.

Roma domus fiet, Veios migrate Quirites,

Si non & Peios occupat ista domus.

Sed neq; autores requisivit: & quosdam per indicem delatos ad Senatum affici grauiore poena prohibuit. Transuentem eum Isidorus Cynicus in publico clara voce corripuerat, quod Nauplij mala bene cantitaret, sua bona male disponderet. Et Datus Atellanarum histrio in cantico quodam, *ὕψαιβε ἠἄλεξ, ὕψαιβε μῦρεξ,* ita demonstrauerat, vt bibentem natanemq; faceret, exitum Claudij Agrippinaeq; significans, & in nouissima clausula,

Orcus vobis ducit pedes,

Senatum gestu notaret. Histriionem & philosophū Nero nihil amplius quam vrbe Italiaeq; submouit, vel contemptu omnis infamiae, vel ut fatendo dolorem, irritaret ingenia.

Defectio Galliarum in eum. 40

TAlem principem paulominus per XIII. annos perpeffus terrarum orbis, tandem destituit: initium facientibus Gallis, duce Iulio Vindice, qui tum eam prouinciam Propratore obtinebat. Prædictum à mathematicis Neroni olim erat, fore vt quandoq; destitueretur: unde illa vox eius celeberrima, *τὸ τὸ χυῖον ἠἄσα ἦναι τῆς γῆς:* quò maiore venia meditaretur ciuitharædicam artem principi sibi gratam, priuato necessariam. Sponponderunt tamen quidam destituto ei ordinationem Orientis, nonnulli nominatim regnū Hierosolymorum, plures omnis

pristinæ fortune restitutionē. Cui spei pronior,
 Britānia, Armeniāq; amissa, ac rursus utraq;
 recepta, defunctū se fatalibus malis existima-
 bat. Ut verò consulto Delphis Apolline, se-
 ptuagesimum ac tertium annum cauendum si-
 bi audiuit, quasi eo demum obiturus, ac nihil
 coniectans de etate Gallie, tanta fiducia, non
 modo senectam, sed etiam perpetuam, singula-
 rémq; cōcepit felicitatem, ut amissis naufragio
 pretiosissimis rebus, non dubitauerit inter suos
 dicere, pisces eas sibi relaturas. Neapoli de motu
 Galliarum cognouit die ipso, quo matrem oc-
 ciderat: ad eōq; lentè ac securè tulit, ut gauden-
 sis etiam suspicionem præberet, tanquam occa-
 sione nata spoliandarum iure belli opulentissi-
 marum provinciarū. Statimq; in Gymnasium
 progressus, certantes athletas effusissimo studio
 spectauit. Cæne quoque tempore interpellatus,
 tumultuosioribus literis, hætenus excanduit,
 ut malum ūs, qui descissent, minaretur. Deniq;
 per octo continuos dies non rescribere cuiquam,
 non mandare quid, aut præcipere conatus, rem
 silentio obliterauit.

Reditus eius in urbem, & contume-
 liæ in eum dictæ.

Edictis tandem Vindicis contumeliosis, &
 frequentibus permotus, Senatū epistola
 in ultionem sui, Rei q; publicæ adhortatus est,
 excusato languore faucium, propter quem non
 adesset

adesset. Nihil autem equè doluit, quàm ut ci-
 tharædum malum se increpitum, ac pro Nero-
 ne Senobarbum appellatum. Et nomen qui-
 dem gentile, quod sibi per contumeliam expro-
 braretur, resumprurum se professus est, deposito
 adoptiuo. Cetera conuicia ut falsa, nō alio ar-
 gumento refellebat, quàm quod etiam inscitia
 tantopere laborate, perfectæq; à se artis obijce-
 retur: singulos subinde rogitās, nossetne quen-
 quam præstantiorem. Sed virgenibus alijs su-
 per alios nūijs, Romam prætrepidus redijt. Le-
 uiterq; modo in itinere stiuolo auspicio mente
 recreata, cum annotasset, in sculptum monumen-
 to, militem Gallum ab equite Rom. oppressum,
 trahi crinibus, ad eam speciem: exiuit gaudio,
 celumque adorauit. Ac ne tunc quidem aut
 Senatu, aut populo coram appellato, quosdam
 è primoribus viris demerocauit: transiit à-
 que raptim consultatione, reliquam dici par-
 tem per organa hydraulica noui, & ignoti ge-
 neris circumduxit. Ostendensq; singula, de ratio-
 ne ac difficultate cuiusq; differens, iamq; etiam
 prolaturum omnia in theatrum affirmavit, si
 per Vindicem liceat.

Defectio Hispaniarum, & Galbæ,

contra eum.

Postquam etiam deinde Galbam, & Hi-
 spanias desinuisse cognouit, collapsus, ani-
 moque male facto, diu, & sine voce, & propè
 inter

intermortuus iacuit. Utq; respuit, veste discissa, capite conuerberato, actum de se pronuntiavit. Consolantiq; nutricula, & alijs quoq; iam principibus similia accidisse memoranti: se verò præter ceteros inaudita, & incognita pati respondit, qui suum Imperium viuis amitteret. Nec eò secius quicquam ex consuetudine luxus, atq; desidia omisit, vel imminuit. Quinimo, cum prosperi quiddam ex provincijs nuntiatum esset, super abundantissimã cenam iocularia in defectionis duces carmina, lasciueq; modulata, quæ vulgò innotuerūt, etiam gesticulatus est, ac spectaculis theatri clam illatus, cuiusdam scenico placenti nuntium misit, abuti eum occupationibus suis.

Malum eius propositum, Consulatum priuatio, & Consulatus assumptio. 43

INitio statim tumultus, multa & immania, verum non abhorrentia à sua natura creditur destinasse: successores, percussorésq; submittere exercitus, & provincias regentibus quasi conspiratis, idemq; & vnum sentiētibus, quicquid vbiq; exulum, quicquid in vrbe hominum Gallicanorum esset, contrucidare: illos, ne desciſcentibus aggregarentur: hos, vt consocios popularium suorum, atque fautores. Gallias exercitibus diripiendas permittere, Senatuum vniversum veneno per conuiuia necare, urbem incendere, feris in populum immisſis, quò difficilius defend

defenderetur. Sed absterrius, nõ tam penitentiã, quã perficiendi desperatione, credensque expeditionem necessariã, COS ante tempus priuauit honore, atq; in vtriusq; locum solus inijt Consulatum: quasi fatale esset, non posse Gallias debellari, nisi à COS. ac susceptis fascibus. Cũ post epulas triclinio digrederetur, innixus humeris familiarium, affirmauit, simul ac primũ prouinciã attigisset, inermem se in conspectum exercituum proditurum, nec quicquam aliud, quã fleturum. Reuocatisq; ad penitentiam defectoribus, sequenti die latum inter letos cantaturum epinicia, quã iam nunc sibi componi oporteret.

Apparatus expeditionis in Gallos. 44

IN præparanda expeditione primã curã habuit diligendi vehicula, portandis scenis organis, concubinasq; quas secum educeret, rondendi ad virilem modum, & securibus pel-tisq; Amazonicis instruendi. Mox tribus urbanas ad sacramentum citauit, ac nullo idoneo respondente, certum dominis seruatorũ numerum indixit: nec nisi ex tota cuiusq; familia probatissimos, ne dispensatoribus quidem, aut amnuensibus exceptis, recepit. Partem etiã census omnes ordines conferre iussit, & in super inquilinos priuararum ædium, atq; insularum, pensionem annuã repræsentrare fisco. Exegitque ingenti fastidio, & acerbitate nummum aspe-

rum, argentum postulatam, aurum obryzum,
 ut pleriq; omnem collationem palam recusaret,
 consensu flagitantes, a delatoribus potius reuo-
 canda premia quecumq; cepissent. uel
 Probra in eum scripta.

EX annonæ quoq; caritate luctantium ac-
 creuit inuidia. Nam & forte accidit, ut
 in publica fame Alexadriua nauis nuntiare-
 tur pulverem luctatoribus anticis adnexisse.
 Quare omnium in se odio cocitato, nihil contume-
 liarum defuit, quin subiret. Statue eius a ver-
 tice currus appositus est cum inscriptione Gre-
 cæ, Nunc demum agona esse, & traheret tandem.

Alterius collo & a scopra deligata simulq; in-
 talus, Ego quid potui sed tu capleum meruisti.

Adscriptum & columinis, iam gallos eum can-
 tando excitasse. Iam noctibus iurgia cum seru-
 pleriq; simulantibus, crebro Kundicem posebant.

Portentis somniorum territus.

TErrebatu ad hæc euidentibus, portentis
 somniorum, & auspiciorum, & omnium,
 tum veteribus, tum nouis, nunquam antea so-
 mniare solitus. Occisa demum matre, uidit per-
 quietem nauem, sibi regenti extortum gubernaculum,
 trahiq; se ab Octauia uxore in archis-
 simas tenebras. Et modo pennatarum formi-
 carum multitudine oppleri, modo à simulacris
 gentium ad Pompeij theatrum dedicatarum cir-
 cuiti, arcuq; progressu. Asturcosani, quoma-
 xime

ximè letabatur, posteriore corporis parte in simia speciem transfiguratum, ac tantum capite integro hinnitus edere canoros. De mausoleo sponte foribus patefactis exaudita vox est, nomine cum cicens. Cal. Ianuarij exornati Lares in ipso sacrificij apparatu conciderunt. Auspicanti Sporus annulū muneris obtulit: cuius gemmae sculptura erat, Proserpinae raptus. Votorum nuncupatione, magna iam ordinum frequentia vix reperta Capitolij claves. Cum ex oratione eius, qua in Vindicem perorabat, recitaretur in Senatu, daturos poenas sceleratos, ac brevis dignum exitum facturos, conclamatum est ab vniuersis: Tu facies Auguste. Observatum etiam fuerat, nouissimam fabulam cantasse eum publicè Oedipodem exulem, atque in hoc decidisse versu,

Εὐαὐρὸν μὲν ἀνὴρ ὁ βύρρανος, μὴ γ' ἔγωγε, καὶ τὸν

Deseritur ab omnibus. 47

Nuntiatā etiam interim ceterorum exercituum defectione, dixerat prudenti sibi redditas concepsit, mensam subuertit, duos scythos gratissimi usus, quos Homericos à calamitū carminum Homeri vocabat, solo illis, ac sumpto à Locusta veneno, & in auream pyxidem condito, transiit in hortos Seruilianos. Kbi praemisissis libertorum fidiſſimis Hostiam, ad classem preparandam, Tribunos, Centurionesque Praetorij de fuga societate, tentauit.

Sed partim tergiuersantibus, partim apertè detrectantibus, vno verò etiam proclamante,

Vsque ad eone mori miserum est?

varia agitauit, Parthosne, an Galbã supplex peteret, an atratus prodiret in publicum, próq; Rostris quanta posset maxima miseratione veniam præteritorum precaretur. Ac ni flexisset animos, vel Aegypti præfecturam concedi sibi oraret. Inuentus est postea in scrinio eius hac de re sermo formatus. Sed deterritum putant, ne prius, quàm in forum perueniret, discerneretur. Sic cogitatione in posterum diem dilata, ad mediam ferè noctem excitatus, vt comperit stationem militum recessisse, profiluit electo, misitq; circum amicos. Et quia nihil à quouam renuntiabatur, ipse cum paucis hospitium singulorum adiit. Verùm clausis omnium foribus, respondente nullo, in cubiculum rediit, vnde iam & custodes diffugerant, direptis etiam stragulis, amota & pyxide veneni. Ac statim Spicillum Nirmillonem, vel quemlibet alium percussorem, cuius manu periret, requisivit. Et nemine reperto, Ergo ego, inquit, nec amicum habeo, nec inimicum: procurritq; quasi præcipitaturus se in Tyberim.

Fuga eius ab vrbe.

48

SED reuocato rursus impetu, aliquid secretioris latebræ ad colligendum animum desiderauit: & offerente Phaonte liberto suburbanum

banum suum inter Salariã & Numentanam
 viam circa quartum milliarium: vt erat nudo
 pede, atque tunicatus, penulã obsoleti coloris su-
 perinduit: adopertoq; capite, & ante faciem ob-
 tenso sudario, equum inscendit, quatuor solis co-
 mitatibus, inter quos & Sporus erat. Statim q;
 tremore terræ, & fulgure aduerso paues factus,
 audyt ex proximis castris clamorẽ militum, &
 sibi aduersa, & Gaibæ prospera ominantium:
 etiam ex obujs viatoribus quendam dicentem,
 Hi Neronem persequuntur: alium sciscitantem,
 ecquid in vrbe novi de Nerone? E quo autẽ odo-
 re abiecti in via cadaueris consternato detecta
 facie agnitus est à quodã Missitio praetoriano,
 & salutatus. Vt ad diuerticulũ ventum est, di-
 missis equis inter fruticeta ac vepres, per arun-
 dineti semitam agrẽ, nec nisi strata sub pedibus
 veste, ad adersum villæ parietem euasit. Ibi
 hortante eodem Phaonte, vt interim in specum
 egesta arena concederet, negauit se viuum sub
 terram iturum: ac parumper commoratus, dum
 clandestinus ad villam introitus pararetur,
 aquã ex subiecta lacuna potaturus manu has-
 sit, et, Hac est, inquit, Neronis decocta. Deinde
 diuisa sibi penula, traictos surculos rasit:
 atq; ita quadrupes per angustias effossa cauer-
 na receptus, in proximã cellã decubuit super le-
 ctum modicella culcitra, vetere pallio strato in-
 structum. Fameq; & iterum siti interpellate,

panem quidem sordidum oblatum aspernatus est, aqua autem tepide aliquantulum bibit.

Morseius, & gesta in ea. 49

Tunc unoquoque hinc inde instante, ut quam primum se impedimentibus contumeliosus eriperet, scrobem coram fieri imperavit, dimensus ad corporis sui modulum: componique simul, si qua inueniretur frustra marmoris, & aquam simul ac ligna conferri curando mox cadaueri, flens ad singula atque idem desitans: Quales artifex pereor! Inter moras perlatus a cursore Phaontis codicillos præripuit, legitque se hostem à Senatu iudicatum, & queri, ut puniatur more maiorum. Interrogavitque quale esset id genus poenae. Et cum comperisset, nudi hominis cervicem inferi furcae, corpus virgis ad necem cedi: conterritus, duos pugiones, quos secum tulerat, arripuit: tentatæque utriusque acie, rursus condidit, causatus nondum adesse fatalem horam. Ac modo Sporum hortabatur, ut lamentari, ac plangere inciperet: modo orabat, ut se aliquis ad mortem capeffendam exemplo iuvarer: interdum segnitiam suam his verbis increpabat: *ὦ πόρνη Νέρωσι, ὦ πόρνη. ὠφθαλμοὶ δὲ ἐν τοῖς τοῖς τοῖς, ἄγχι ἔσονται σκευῶν.* Iamque equites appropinquabant, quibus præceptum erat, ut vivum eum attraherent. Quod ut sensit, trepidanter effatus,

ὑπὸν ἀκυρόδωρ ἀμφὶ κῆπος οὐατα
βάρου:

ferrum iugulo adegit, iuvante Epahrodito à libellis. Semianimisq; adhuc irrupenti Centurioni, it penula ad vulnus apposita, in auxilium se venisse simulanti, non aliud respondit, quàm Serò: et, Hæc est fides. Atq; in ea voce defecit, extantibus, rigentibusq; oculis r̄sq; ad horrorem, formidinemq; visentiū. Nihil prius, ac magis à comitibus exegerat, quàm ne potestas cuiquam capitis sui fieret. sed vt, quoquo modo, totus cremaretur. Promisit hoc Seius Galbæ libertus, nō multo antè vinculis exolutus, in qua primo tamultu coniectus fuerat.

Funus eius. 50

Funeratus est impensa ducentorū millium, stragulis albis auro intextis, quibus r̄sus Calēdis Ianuarj fuerat. Reliquias Aegloge et Alexandria nutrices cum Aete cō:ubina gentili Domitorum monumento cōdiderunt, quod prospicitur è cāpo Martis impositum colle heritorum. In eo monumento solium Prophretici marmoris superstante Lunensi ara circumseptum est lapide Thasio.

Statura, & cultus corporis

eius. 51

Statura fuit penè iusta, corpore maculoso, & fredo, sufflauo capillo, vultu pulchro magis, quàm venusto, oculis casjjs, & hebetioribus,

χ 2 cervice

ceruice obesa, ventre proiecto gracillimis cruribus, valetudine prospera. Nā qui luxuria immoderatissima esset, ter omnino per XIII I. annos languit: atque ita, vt neque vino, neque consuetudine reliqua abstineret. Circa cultum, habitumque adeo pudendus, vt comam semper in gradus formatam, peregrinatione Achaica etiam pone verticem summisserit: ac plerunque synthefin indutus, ligato circum collum sudario, prodierit in publicum, sine cinctu, & discalceatus.

Studium eius artium liberalium 52

Liberales disciplinas omnes ferè puer attigit. Sed à Philosophia eum mater auerit, mouens, imperaturo contrariam esse: à cognitione veterum oratorum Seneca præceptor, quo diutius in admiratione sui detineret. Itaq; ad poeticam pronus carmina lubenter, ac sine labore composuit: nec (vt quidam putant) aliena pro suis edidit. Venere in manus meas pugillares, libelliq; cū quibusdā notissimis versibus ipsius chirographo scriptis: vt facile appareret, non translatos, aut dictante aliquo exceptos: sed plane quasi à cogitante, atq; generante exaratos: ita multa & deleta, & inducta, & superscripta inerat.

Studium eius pingendi, ac fingendi. 53

Habuit & pingendi, fingendiq; maximè nõ mediocre studium. Maxima autē popularitate

ritate efferebatur, omnium amulus, qui quoquo modo animum vulgi mouerent. Exiit post scenicas coronas opinio, proximo lustro descensurum eum ad Olympia inter athletas. Nam luctabatur assidue: nec aliter certaminagymnica Graecia tota spectauerat, quam Brabentarum more in stadio humi assidens, ac si qua paria longius recessissent, in medium manibus suis protrahens. Destinauerat etiã, qui Apollinem cantu, Solem aurigando equiparare aestimaretur, imitari & Herculis facta. Preparatumq; leonem aiunt, quem vel claua, vel brachiorum nexibus in amphitheatri arena spectante populo nudus elideret.

Votum eius, si vinceret. 54

Sub exitu quidẽ vitæ palam vouerat, si sibi Sincolumis status permansisset, proditurum se parta victoria ludis, etiam hydraulam, & choraulam, & vtricularium, ac nouissimo die, histrionem saltaturum Vergilij Turnum. Et sunt, qui tradant Paridem histrionem occisum ab eo, quasi grauem aduersarium.

Famae, & æternitatis cupidus. 55

ERat illi æternitatis, perpetuaeq; fame cupido, sed incõsulta. Id eoq; multis rebus ac locis vetere appellatione detracta, nouam induxit ex suo nomine. Mensem quoq; Aprilẽ Neroneum appellauit. Destinauerat & Romam Neropolim nuncupare.

Religionum contemptor. 56

Religionum vsquequaque contēptor. præter vnus deæ Syriæ. Hæc mox ita spreuit vt vrina contaminaret, alia superstitione captus, in qua sola pertinacissimè hæsit. Siquidē acunculam puellarem, cum quasi remedium infidiarum a plebeio quodam, & ignoto muneri accepisset, detecta confestim coniuratione, pro summo numine, trinisque in die sacrificijs colere per seuerauit: volebatque credi, monitione eius futura prænoscere. Ante paucos, quàm periret, menses, attendit & extispicio, nec vnquam litauit.

Aetas, & post obitum eius gesta. 57

Obit x x x. & sæculo ætatis anno, die quondam Octauiam interemerat. Tantumq; gaudium publicè præbuit, vt plebs pileata tota vrbe discurreret. Et tamen non desuerunt, qui per longum tempus vernis, æstiuisque floribus tumulum eius ornarent: ac modo imagines prætextatas in Rostris proferrent, modo edicta quasi videntis, & breui magno inimicorum malo reuersuri. Quinetiam Vologeses Parthorum rex, missis ad Senatum legatis de instauranda societate, hoc etiam magnopere orauit, vt Neronis memoria coleretur. Denique cum post x x. annos adolescente me, extitisset conditionis incerta, qui se Neronem esse iactaret, tam fauorabile nomē eius apud Parthes

ihos fuit, vt vehementer adiuuus, & vix red-
ditus fit.

C. SVETONII TRAN-
QVILLI SERGIUS
GALBA.

De progenie Cæsarum, quæ in Nerone
defecit, & prodigiis hoc præ-
cedentibus. I



ROGENIES Cæsarū in Ne-
rone defecit: quod futurū com-
pluribus quidem signis, sed eui-
dētissimis duobus apparuit. Li-
uie olim post Augusti statim
nuptias Vcient anū suū reuisenti, præteruolans
aquila gallinā albam ramulū lauri rostro te-
nentem, ita vt rapuerat, demisit in gremium:
cumq; nutriti alitem, pangiq; ramulū placuis-
set, tanta pullorum soboles prouenit, vt hodie
quoque ea villa ad Gallinas vocetur: tale verò
lauretum, vt triumphaturi Cæsares inde lau-
reas decerperent: fuit que mos triumphantibus,
alias confestim eodem loco pangere: & obser-
uatum est sub cuiusque obitum arborem ab ipso
institutam, elanguisse. Ergo nouissimo Nero-
nis anno, & sylua omnis exaruit radicitus, &
quicquid ibi gallinarū erat, interijt: ac subinde

tacta de cœlo Caesarum ade, capita omnibus
statuis simul deciderunt: Augustiq; sceptrum
è manibus excussum est.

Profapia, & vetus origo

Galbæ.

2

Neroni Galba successit, nullo gradu cõtin-
gens Caesarum domũ: sed haud dubiè non
bilissimus, magnaq; & vetere profapia: vt qui
statuarum titulis pronepotem se Q. Catuli Ca-
pitolini semper adscripserit: Imperator verò
etiam stemma in atrio proposuerit, quo pater-
nam originem ad Iouem, maternam ad Pasi-
phaen Minois vxorem referret.

Progenies, & cognomina Galbæ,

& vnde dicatur

Galba.

3

Imagines, & elogia vniuersi generis exequi
longum est, familie breuiter attingam. Qui
primus Sulpitorum cognomẽ Galbe tulit, cur,
aut vnde traxerit, ambigitur. Quidam putant
quòd oppidum Hispanie frustra diu oppugna-
tum, illis demum galbano facibus succenderit:
alij quòd in diuturna valetudine galbro, id est,
remedijs lana inuolutis assidue vteretur: non-
nulli quòd prepinguis fuerit visus, quem Gal-
bam Galli vocant: vel contrà, quòd tam exilis,
quàm sunt animalia, quæ in esculis nascuntur,
appellantiurque Galbæ. Familiam illustravit
Sergius Galba consularis, temporum suorum
eloquem

eloquentissimus: quem tradunt Hispaniam ex
 pretura obtinentem xxx. Lusitanorum milli-
 bus perfidia trucidatis, Viriagini belli causam
 exitisse. Eius nepos ob repulsam Consulatus
 infensus Iulio Casari, cuius legatus in Gallia
 fuerat, conspiravit cum Casio & Bruto: pro-
 pter quod Pedia lege dānatus est. Ab hoc sunt
 Imperatoris Galbæ auus, & pater. Auus cla-
 rior studijs, quàm dignitate. Non enim egressus
 præturæ gradum, multiplicem nec incuriosam
 historiã edidit. Pater cōsulatu functus, quãquã
 breui corpore, atq; etiam gibber, modicæq; in di-
 cēdo facultatis, causas industriè ætiterunt. Vxo-
 res habuit Nummiã Achaiam neptē Catuli,
 proneptemque L. Nummiū, qui Corinthū ex-
 cidit: Itē Liuiam Ucellinam, ditē admodum,
 & pulchram: à qua tamen nobilitatis causa
 appetitus vltro existimatur, & aliquantò eni-
 xius, post quàm subinde instanti vitium corpo-
 ri secretò posita veste detexit, ne quasi igna-
 ram fallere videretur. Ex Achaiā liberos, Ca-
 ium & Sergium procreauit. Quorum maior
 Caius attritis facultatibus vrbe cecidit, prohi-
 bitusque à Tyberio sortiri anno suo Proconsula-
 tum, voluntaria morte obiit.

Ortus Galbæ & præfagia princi-
 patus eius. 4

Sergius Galba Imperator, M. Valerio Mes-
 sala, Cn. Lentulo & s. natus est. ix. Ca-
 lendas

lendas Ianuarij, in villa colli supposita, prope
 Terracinam sinistrorsum Fundos petentibus.
 Adoptatus à nouerca sua, Liuij nomē, & Ocel
 lare cognomen assumpsit, mutato prænominē.
 Nam Lucium mox pro Sergio vsque tempus
 Imperij vsurpauit. Constat, Augustum puero
 adhuc salutanti se inter æquales, apprehensa
 buccula dixisse, καὶ οὐ τίνος τῆς ἀρχῆς ἠμῶν
 ἔσται ἡμεῖς. Sed & Tyberius, cum comperisset
 eum imperaturū, rerū in senectā, Viuat sanē,
 ait, quādo id ad nos nihil pertinet. Auo quoque
 eius fulgur procuranti, cum exta de manibus
 aquila rapuisset, & in frugiferam quercum
 contulisset, summum, sed seruum Imperium por
 tendi familie, respōsum est. Et ille irridens: Sa
 uē, inquit, cum mula pepererit. Nihil a quē
 poste à Galbam tentantem res nouas confirma
 uit, quā mule partus: ceterisq; ut obscenum
 ostentum, abhorrentibus, solus proletissimo
 accepit, memor sacrificij, dictiq; aui. Sūpta vi
 rili toga, somniauit Fortunam dicentem, stare
 se ante fores defessam, & nisi ocyus reciperet
 tur, cuicumque obuiō præde futuram. Utq; eui
 gilauit, aperto atrio, simulacrum aneum De a
 cubitali maius iuxta limen inuenit: idq; gre
 mio suo Thuscūm, ubi æstiuare consueuerat,
 aduexit: & in parte adium consecratum, men
 struis deinceps supplicationibus, & peruigi
 lio anniuersario coluit. Quāquam atate non
 dum

dum constāti, veterem ciuitatis, exoletumq; morem, ac tantum in domo sua herentem obstinatissimè retinuit, vt liberti, seruiq; bis die frequentes adessent, ac manè saluere, vesperi valere sibi singuli dicerent.

Studium eius in liberalibus disciplinis, iure, & vxoribus, ac filiis. 5

INter liberales disciplinas attendit & Iuri, dedit & matrimonio operam. Verum amissa vxore Lepida, duobusq; ex ea filijs, remāsit in cælibatu, neque solitari vlla conditione amplius potuit, ne Agrippinae quidem viduata morte Domitijs, quæ maritum quoq; adhuc necdum cælibem Galbam, ad cõ omnibus sollicitauerat modis, vt inter conuentum matronarum correpta iurgio, atque etiam manu pulsata sit à matre Lepidæ. Obseruauit ante omnes Liuiam Augustam, cuius & viua gratia plurimum valuit, & mortua testamento penè ditatus est. H. s. nanque quingenties cum precipuum inter legatarios habuisset, quia verò notata, non præscripta erat summa, herede Tyberio legatum ad quinquaginta renocante, ne hæc quidem accepit.

Honores per eum gesti, & disciplina in re militari. 6

Honoribus ante legitimum tempus initis, Prætor commissione ludorum Floralium, nouum spectaculi genus, elephantos funambulos

bulos edidit : exinde prouincia Aquitania anno ferè præfuit , mox consulatum per sex menses ordinarium gessit. Euenitq; , vt in eo ipse L. Domitio patri Neronis , ipsi Syluius Otho pater Othonis succederet , velut præsagium insequentis casus , quo medius inter vtriusq; filios extitit Imperator. A Caio Cesare ludis substitutus , postridie quàm ad legiones venit , solenni fortè spectaculo plaudentes inhiuit , data tessera , vt manus penulis continerent : statim per castra iactatum est ,

Disce miles militare, Galba est, nõ Getulicus. Pari seueritate interdixit commeatus peti. Veteranum , ac Tyronem militem opere assiduo corroborauit , matureq; Barbaris , qui iam in Galliam vsq; proruperant , coercitis , præsentò quoq; Caio talem & se , & exercitum approbavit , vt inter innumeras , contractasque ex omnibus prouincijs copias , neque testimonium , neq; præmia ampliora ulli perciperent. Ipse maxime insignis , quòd campestrẽ decursionem scuto moderatus , etiam ad essedum Imperatoris per viginti passuum millia cucurrit.

Iustitia, & æquitas eiusdem. 7

CAede Caij nuntiata , multis ad occasionẽ stimulantibus , quietem prætulit. Per hoc gratissimus Claudio , receptusque in cohortem amicorum , tantæ dignationis est habitus , vt cum subita ei valetudo , nec adeò grauis , incidisset ,

disset, dilatus sit expeditionis Britannicæ dies. Africa pro consule biennio obtinuit, extra sortem electus ad ordinandam provinciam, & intestina dissensione, & Barbarorū tumultu in-quietā. Ordinavitq; magna severitatis ac iustitiæ cura, etiā in parvulis rebus. Militi, qui per expeditionem annona arctissima residuū cibariorū tritici modium cētum denarijs vendidisse arguebatur, vetuit, simulatque indigere cibo accepisset, à quoquā opem ferri: & is fame extabuit. At in iure dicēdo cūm de proprietate in-menti quæreretur, leuibus vtrinq; argumentis, & testibus, ideōq; difficili coniectura veritatis ita decreuit, vt ad lacū, vbi adaquari solebat, duceretur capite inuoluto, atq; ibidem reuelato, eius esset, ad quem sponte se à potu recepisset.

Honores ei collati, & signa fu-
turi Imperij eius. 8

OB res, & tunc in Africa, & olim in Ger-
mania gestas, ornāmēta triumphalia ac-
cepit, & Sacerdotium triplex inter x v. viros,
sodalesq; Titios, item Augustales cooptatus:
atq; ex eo tēpore propē ad Neronis mediū prin-
cipatum in secessu plurimum vixit, ne ad ge-
standum quidem vniquā iter ingressus, quāam
vt secum vehiculo proximo decies H-s. in auro
efferreret: donec in oppido Fundis moranti Hispania
Tarraconensis oblata est. Acciditque, vt
cūm provinciam ingressus sacrificaret intra
aditum

ædem publicam, puero è ministris acerram tenenti, capillus repentè toto capite canesceret. Nec defuerunt qui interpretarentur, significari rerum mutationem, successurumq; iuueni senem, hoc est, ipsum Neroni. Nec multo post in Cantabriae lacum fulmen decidit, repertaq; sunt duodecim secures, haud ambiguum summi Imperij signum.

Varietas eius in prouincia regenda. 9

PER octo annos variè, & inæqualiter prouinciam rexit. Primò acer & vehemens, & in coërcendis quidè delictis vel immodicus. Nã & nummulario nõ ex fide versanti pecunias, manus amputauit, menseq; eius affixit. Et tutore, quod pupillũ, cui substitutus heres erat, veneno necasset, cruce affecit. Implorantiq; leges, & ciuem Romanũ se testificantem, quasi solatio & honore aliquo pœnam leuaturus, mutari, multoq; præter ceteras altiore, & dealbatã statui cruce inſit. Paulatim in defidiã, segnitiq; cõuersus est, ne quid materiæ præberet Neroni, & vt dicere solibat, quod nemo rationem otij sui reddere cogèretur. Carthagine noua conuentum agēs, tumuli uari Gallias comperit. Legato Aquitaniæ auxilia implorante, superuenerunt Vindiciis literæ, hortantis, vt humano generi assertore, ducemq; se accommodaret. Nec diu cunctatus, conditionẽ partim metu, partim spe recepit. Nã & mandata Neronis
de nece

de nece sua ad procuratores clāre missa deprehenderat: & confirmabatur cum secundissimis auspicijs, & ominibus, tū virginis honesta vaticinatione, tanto magis, quod eadem illa carmina sacerdos Ionis Cluuiæ ex penetrali somnio monitus eruerat, ante ducentos annos similiter à fatidica puella pronuntiata. Quorum carminum sententia erat. Oriturum quandoq; ex Hispania principem, dominumq; rerum.

Initiū principatus, & alia eius gesta. IO

Igitur cum quasi manumissioni vacaturus conscendisset tribunal, propositis ante se damnatorū, occisorumq; à Nerone quā plurimis imaginibus, & astanti nobili puero, quem exultantem ex proxima Baleari insula, ob id ipsum acciuerat, deplorauit temporū statum. cōsalutatusq; Imperator, legatum se Senatui, ac populi Ro. professus est. Deinde iustitio indicto, è plebe quidem provincie legiones, & auxilia conscripsit, super exercitū veterem legionis vnius, duarumq; alarum, & cohortium trium. At è primoribus prudentia, atq; ætate præstātibus, velut instar Senatui, ad quos de maiore re, quoties opus esset, referretur, instituit. Delegit & equestri ordinis iuuenes, qui manēte annulorū aureorū vsu, Euocati appellaretur, excubiasq; circa cubiculū suum vice militū agerēt. Etiam per provincias edicta dimisit autor singulis, vniuersisq; conspirandi, simul & vt quæ posset
quisq;

quisq; opera communem causam iuuarent. Per idem ferè tempus in munitione oppidi, quod sedem bello delegerat, repertus est annulus opere antiquo, scalpiura gemma Victoriæ cum trophæo exprimente. Ac subinde Alexandrina nauis detorsa appulit armis onusta, sine gubernatore, sine nauta, ac vectore vlllo: vt nemini dubium esset, iustum, piũq; & fauentibus dijs bellum suscipi. Cũ repente ex inopinato propè cuncta turbata sunt, alarũ altera castris appropinquantem, pœnitentia mutati sacramenti destituere conata est, agrèq; retenta in officio: & serui, quos à liberto Neronis ad fraudẽ præparatos muneri acceperat, per angiportum in balnea transeuntem penè interemerunt, nisi cohortantibus inuicem, ne occasionem omitterent, interrogatisq; de qua occasione loquerentur, expressa cruciatus confessio esset.

Consternatio eius propter mortem Vindicis.

II

Accesit ad tanta discrimina mors Vindicis, qua maximè consternatus, destitutusq; similis, non multum absuit, quin vitæ renuntiaret. Sed supervenientibus ab vrbe nuntijs, vt occisum Neronem, cunctosq; in verba sua iurasse cognouit, deposita legati, suscepit Cæsaris appellationem. Iterq; ingressus est paludatus, ac dependente à ceruicibus pugione ante pectus: nec prius vsũm toge recuperavit, quàm

quàm oppreſſis, qui nouas res moliebantur, præfecto Prætorij Nymphidio Sabino Romæ, in Germania Fonteio Capitone, in Africa Clodio Macro legatis.

Sæuitia, & auaritia eius. 12

PReceſſerat de eo fama ſæuitiæ ſimul, atque auaritiæ; quòd ciuitates Hispaniarum, Galliarumq; quæ cunctantius ſibi acceſſerant, grauioribus tributis, quaſdam etiam murorum deſtructione puniſſet, & præpoſitos, procura-toresq; ſupplicio capitis affeciſſet, cum coniu-gibus, ac liberis: quodq; oblatam à Tarraco-nenſibus è vetere templo Iouis coronam aure-am librarum x v. conſtaſſet, ac tres vncias, quæ ponderi deerant, iuſſiſſet exigi. Ea fama & confirmata & aucta eſt, vt primùm urbem introiit. Nam cum claſſarios, quos Nero ex remigibus iuſtos milites fecerat, redire ad pri-ſtinum ſtatù cogeret, recuſantes, atque in ſuper aquilam, & ſigna pertinacius flagitantes, non modò immiſſo equite diſticit, ſed decimauit etiam. Item Germanorum cohortem à Ceſa-ribus olim ad cuſtodiam corporis inſtitutam, multuq; experimentis fideliffimam, diſſoluit, ac ſine vllò commodo remiſit in patriam, quaſi Cn. Dolabelle, iuxta cuius hortos tendebat, prouorem. Illa quoq; verè ne an falſò per ludi-brium iactabantur, appoſita lautiore cœna ingemuſſe eum. Et ordinario quidem diſpen-

satori breuiarium rationum offerenti, paropsidem leguminis pro sedulitate, ac diligentia porrexisset, Cano autem choraula, mirè placenti, denarios quinque donasse, prolatos manu sua è peculiaribus oculis suis.

Aduentus eius ad urbem. 13

Quare aduentus eius non perinde gratus fuit, idq; proximo spectaculo apparuit. Siquidem Atellanis notissimum canticum exorsus, Venit Iòsimus à villa: cuncti simul spectatores, consentiente voce reliquam partem reulerunt, ac sapius versu repetito egerunt.

Gesta per eum in initio principatus eius. 14

Maiore adè & fauore, & autoritate adeptus est, quàm gessit, Imperiũ, quãquã multa documenta egregij principis daret: sed nequaquã tam grata erãt, quàm inuisa, quæ secus fierent. Regebatur trium arbitrio, quos vnã & intra palatiũ habitãtes, nec vnquã nõ adherẽtes, pedagogos vulgò vocabant. Hi erãt T. Iunius legatus eius in Hispania cupiditatis immẽse: Cornelius Laco ex affessore præfectus prætorij, arrogãtia, socordiaq; intolerabilis: libertus Icelus paulo antè annulis aureis, et Martiani cognomine ornatus, ac iam summe æquebris gradus candidatus. His diuerso vitiorũ genere grassantibus, adè se abutendum permisit & tradidit, vt vix sibi ipse cõstaret, modo accerbiat

bior parciorq; , modò remissior, ac negligentior, quam conueniret principi electo, atq; illius etatis. Quosdã claros ex utroq; ordine viros suspitione minima, in auditos cõdemnavit. Ciuitalẽ Romanã rarò dedit. Iura trium liberorum vix vni, atq; alteri, ac ne his quidẽ, nisi ad certum præfinitumq; tẽpus. Iudicibus sextã decuriam adyeci precantibus, non modò negavit, sed etiam concessum à Claudio beneficium, ne hyeme, initioq; anni ad indicandum euocarentur, eripuit.

Gesta, & liberalitas eius. 15

EXistimabatur etiam senatoria, & equestria officia biennij spatio determinaturus, nec daturus nisi inuitis ac recusantibus. Liberalitates Neronis non plus decimis concessis, per quinquaginta equites Ro. ea conditione reuocandas curavit, exigendasq; , vt & si quid scenici, aut xystici donatum olim vendidissent, auferretur emptoribus, quando illi absumpto pretio soluere nequirent. At contrã, nihil non percomites, atq; liberos pretio addici, aut donari gratia, passus est, vt etigalia, immunitates, pœnas innocetum, impunitatem noxiorum. Quin etiam populo Romano deposcante supplicium Haloti & Tigillini, solos ex omnibus Neronis emissarijs, vel maleficientissimos incolumes præstitit; atq; insuper Halotum procuratorie amplissima ornauit. Pro Tigillino etiam senitiẽ populum edicto increpuit.

Inuidia, & rebellio exercitus Germaniæ in eum. 16.

PER hæc propè vniuersis ordinibus offensus, vel præcipua flagrauit inuidia apud milites. Nam cum in verba eius absentis iurâibus, donatiuum grandius solito præpositi pronuntiaissent, neq; rem ratam habuit, & subinde iactauit, se legere militem, non emere consuisse. Atque eo quidem nomine omnes, qui ubique erant exacerbauit. Caterum prætorianos etiâ metu, & indignitate commouit, remouens subinde plerosq; vt suspectos, & Nymphidij socios. Sed maxime fremebat superioris Germaniæ exercitus, fraudari se præmijs nauata aduersus Gallos & Vindicem operâ. Ergo primi obsequium rumpere ausi, Calendis Ianuarij adigi sacramento, nisi in nomen Senatus recussarunt, statimq; legationem ad prætorianos cû mandatis destinauerunt, displicere Imperatorem in Hispania factum, eligerent ipsi, quem cuncti exercitus comprobarent.

Adoptatio Pisonis per eum facta. 17.

QUOD vt nuntiatum est, despectus esse non tam senectam suam, quàm orbitatem ratius, Pisonem Frugi Licinianum, nobilem, egregiumq; iuuenem, ac sibi olim probatissimum, testamentoq; semper in bona & nomen adscitum, repente è media salutantium turba apprehendit, filiumq; appellans, perduxit in castra, ac pro

ac pro concione adoptauit, ne tunc quidem donatiui vlla mentione facta: quò faciliorem occasionem M. Sulpio Othoni præbuit perficiendæ conata, intra sextum adoptionis diem.

Præfagia infelicem eius exitum

precedentia. 18

Magna, & assidua monstra iam inde à principio exitum ei, qualis euenit portenderant. Cum per omne iter dextra, sinistraq; oppidatim victima caderentur, taurus securis ictu consternatus, rupto vinculo, effedum eius inuasit, elatusq; pedibus totum cruore perfudit, ac descendentem spiculator impulsu turba lancea propè vulnerauit. Urbem quoq; & deinde palatium ingressum, excepit terra tremore, & assimilis quidam mugitui sonus. Secuta sunt aliquantò maiora, & tristiora. Monile margaritis gemmisq; consertum ad ornandum Fortunam suam Tusculanam, ex omni gazâ secreuerat. Id repente quasi augustiore dignius loco Capitolinæ Veneri dedicauit, ac proxima nocte somniavit speciem Fortune, querentis fraudatam se dono destinato, minatiq; erepturam & ipsam quæ dedisset. Cumq; exterritus luce prima ad expiandum somnium, premisis qui rem diuinam appararent, Tusculum excucurrisset: nihil inuenit præter tepidam in ara fauilam, atratumq; iuxta senè in catino vitreo tutenentem, & in calice fictili merum. Observa-

tum etiam est Cal. Ianuarijs. sacrificanti coronam de capite excidisse: auspicianti pullos euolasse: adoptionis die, neq; milites allocuturo castrensem sellam de more positam pro tribunali oblitis ministris, & in Senatu curulem peruerse collocatam.

Cædes eius, atque mors. **M** 19
Prius verò, quàm occideretur sacrificatè manè Aruspex identidem monuit, caueret periculù, nò longè percussores abesse. Haud multò post cognoscit teneri castra ab Othone, ac plebisq; , vt eodem quàm primùm pergeret, suadentibus: posse enim autoritate & præsentia prævalere, nihil amplius, quàm continere se stetit, & legionariorù firmare præsidijs, qui multifariam diuersèq; tendebant. Loricam tamen induit linteã, quanquam haud dissimulàs parum aduersus tot mucrones profuturã. Sed extractus rumoribus falsis, quos cõspirati, vt eù in publicũ elicerent, de industria dissiparant, paucis temere affirmantibus, transactum negotium, oppressos qui tumultuarentur, aduenire frequentes cæteros gratulabundos, & in omne obsequiũ paratos: his vt occurreret, prodijt tanta fiducia, vt militi cuiusdam occisum à se Othonem gloriãti, quo autore responderit, atq; in forum vsq; processit. Ibi equites, quibus mädatæ cædes erat, cum per publicũ, dimota paganorum turba, equos adegissent, viso procul eo, parum per res

per restiterunt: deinde rursus incitati, desertum à suis contrucidarunt.

Gesta per eum in morte, & de eius funere, atque cadauere. 20

Sunt qui tradant ad primum tumultum proclamasse eum, Quid agitis commilitones? Ego vester sum, & vos mei: donatium etiam pollicitum. Plures autem prodiderunt, obtulisse vitro iugulum: & ut hoc agerent, ac ferirent, quando ita videretur, hortatum. Illud mirum admodum fuerit, neque presentium quenquam opem Imperatori ferre conatum: & omnes, qui accerserentur, spreuisse nuntium, excepta Germanicorum vexillatione. Hi ob reces meritum, quod se egros, & inuvalidos magnopere fouisset, in auxilium aduolauere: sed serius, itinere denio, per ignorantiam locorum retardati. Iugulatus est ad lacum Curtij, ac relictus, ita viserat, donec gregarius miles à fumentatione rediens, abiecto onere, caput ei amputauit. Et quoniam capillo præ caluitio arripere non poterat, in gremium abdidit. Mox inserto per os pollice, ad Othonem detulit. Ille lixis, caloniibusque donauit, qui hasta suffixum, non sine ludibrio circum castra portarunt, acclamantes identidem, Galba, cupide suuaris atate tua. Maxime irritati ad talem iocorum petulantiam, quod ante paucos dies exierat in vulgus, landanti cuidam formam suam, ut adhuc floridum

dam & vegetam, respondisse eum:

ἔτι μοι μὲν ὅς ἐστι δὲ πρὸς ἑαυτὸν. Ab his Patrobij Neroniani libertus, centum aureis redemptum, eo loco, ubi iussu Galbe animaduersum in patronum fuerat, abiecit. Sed tandem dispensator Argius, & hoc & ceterum truncum in priuatis eius hortis Aureliae via sepulture dedit.

Statura corporis & membrorum eius. 21

Statura iusta fuit, capite caluo, oculis cernulis, adunco naso, manibus, pedibusque articulari morbo distortissimis: ut neque calcem perpeti, neque libellos euoluere, aut tenere omnino valeret. Excreuerat etiam in dexteriore latere eius caro: propendebatque adeo, ut egrè facta substringeretur.

Cibus, potus eius, atque luxuria. 22

Cibi plurimi traditur, quem tempore hyberno etiam ante lucem capere consueuerat. Inter cenam vero usque ad abundantem, ut congestas super manus reliquias circumferri iuberet, spargique ad pedes stantibus. Libidinis in mares pronior, & eos non nisi praeduros, exoletosque. Ferrebant in Hispania Cellum è veteribus concubinis, de Neronis exitu nuntiantem, non modo arctissimis osculis palam exceptum ab eo, sed ut sine mora velleretur oratum, atque seductum.

Tempus Imperij eius, & ætas. 23

Perijt tertio & septuagesimo ætatis anno, Imperij mense septimo. Senatus ut primum licitum

licitum fuit, statutam ei decreuerat rostrata columna superstantem in parte fori, qua trucidatus est. Sed decretum Vespasianus aboluit, percussores sibi ex Hispania in Iudæam submisisse opinatus.

C. SVETONII TRAN-
 QVILLI, OTHO
 SYLVIVS.

De Othonis progenitoribus. I



MAIORES Othonis sunt orti oppido Ferentino, familia vetere & honorata, atq; ex principibus Hetruriae. Avus M. Sylvius Otho, patre equite Romano matre humili, incertum an ingenua, per gratiam Liviae Augustae, in cuius domo creverat, Senator est factus, nec praetura gradum excessit. Pater L. Otho materno genere praclaro, multarum & magnarum propinquitatum, tam charus, tamq; non absimilis facie Tyberio principi fuit, ut pleriq; procreatum ex eo crederent. Urbanos honores, proconsulatum Africae, & extraordinaria Imperia severissime administravit. Ausus etiam est in Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli ex poenitentia praepositos suos, quasi defectionis adversus Claudium auctores occiderant, capite punire, & qui-

dem ante principia se coram, quamuis ob ipsum promotos in amplio rem gradum à Claudio sciret. Quo facto, sicut gloriam auxit, ita gratiam minuit: quam tamen maturè recuperavit, detecta equitis Rom. fraude, quem prudentibus seruis necem Claudio parare compererat. Nanq; & senatus honore rarissimo, statua in palatio posita, prosecutus est eum, & Claudius allec tum inter patritios collaudans amplissimis verbis, hæc quoq; adiecit, Vir, quo meliores liberos habere ne opto quidem. Ex Albia Terentia splendidissima femina duos tulit filios, L. Titianum, & minorem Marcum cognominem sibi: Tulit & filiam, quam nondum nubilem Druso Germanici filio despondit.

Othonis ortus, & eius adolescentia. 2

Otho Imperator IIII. Calend. Maij natus est, Camillo Aruntio, Domitio Aenobarbo COSS. A prima adolescentia prodigus, ac procax, adeò vt sepe flagris obiurgaretur à patre. Ferebatur & vagari noctibus solitus, atque inualidum quenque obuiorum vel potulentum corripere, ac distento sagæ impositum in sublime iactare. Post patris deinde mortem libertinam aulicam gratiosam, quo efficacius coleret, etiam diligere simulauit, quamuis anum, ac penè decrepitam. Per hanc insinuatus Neroni, facile summum inter amicos locum tenuit congruentia morum: vt verò quidam

quidam tradit, & consuetudine mutui stupri: actantum potentia valuit, vt damnatum Re- petendis consularem virum, ingens premium pactus, prius quam planè restitutionem ei im- petraffet, non dubitaret in Senatum ad agen- das gratias introducere.

Amicitia eius cum Nerone. 3

Omnium autem cõsiliorum, secretorũmq; particeps, die, quem Nero necanda ma- tri destinauerat, ad auertendas suspiciones cenam vtrique exquisitissimæ comitatus dedit. Item Poppeam Sabinam tunc adhuc amicam eius, abductam marito, demandatamque in- terim sibi nuptiarum specie recepit. Nec cor- ripuisse contentus, adeò dilexit, vt ne riualem quidem Neronem equo tulerit animo. Creditur certè non modò missos ad arcessen- dam non recepisse, sed ipsum etiam exclusisse quondam pro foribus astantem, miscentemque frustrà minas & preces, ac depositum repo- scentem. Quare diducto matrimonio, seposi- tus est per causam legationis in Lusitaniam: & satis visum, ne pena acrior mimum omnem diuulgaret: qui tamen sic quoque hoc disti- cho enotuit:

Cur Otho mentito sit, quæritis, exul honore?

Vxoris mœchus ceperat esse suus.

Provinciã administravit questorius per decem annos moderatione, atq; abstinentia singulari.

Spes

Spes eius ad Imperium. 4

VT tandem occasio vltionis data est, conatibus Galbæ primus accessit: eodémq; momento & ipse spem Imperij cepit: magnã quidem & ex conditione temporum. sed aliquantò maiorem ex affirmatione Seluici mathematici. Qui cum eum olim superstitem Neroni fore spondisset, tunc vltro inopinatus advenerat, imperaturum quoq; breui repromittens. Nullo igitur officij, aut ambitionis in quenquam genere omisso quoties cæna principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim diuidebat, nec eo minus alium alia via militum demerebatur. Cuidam etiam de parte finium cum vicino litiganti, adhibitus arbiter, totum agrum redemit, emancipavitq;: vt iam vix vllus esset, qui non & sentiret, & predicaret solum successione Imperij dignum.

Frustratur spe adoptionis à Galba. 5

SPerauerat autem fore, vt adoptaretur à Galba: idq; in dies expectabat. Sed postquam Pisone prælato, spe decidit, ad vim conuersus est instigãte super animi dolorem etiam magnitudine æris alieni. Neq; enim dissimulabat, nisi principem. se stare non posse: nihilq; referre ab hoste in acie, an in foro sub creditoribus caderet. Ante paucos dies seruo Cesaris pro impetrata dispensatione decies sestertium expresserat. Hoc subsidium tanti coepti fuit: ac primò

primò quinque spiculatoribus commissa est res, deinde decem alijs, quos singuli binos produxerant: omnibus dena sestertia representata, & quinquagena promissa. Per hos sollicitati reliqui; nec ad eò multi, haud dubia fiducia in ipso negotio pluribus affuturis.

Assumptio eius ad principatum. 6

Tulerat animus post adoptionem statim castra occupare, coenantiq; in palatio Galhæ ingredi: sed obstetit respectus cohortis, quæ tunc excubabat, ne eneraretur invidia, quod eiusdem statione & Caius fuerat occisus, & desertus Nero. Medium quoq; tempus religio, & Seleucus exemit. Ergo destinata die, premonitis conscijs, ut se in foro sub æde Saturni ad milliarium aureum opperirentur, manè Galbam salutavit, utq; consueverat, osculo exceptus etiam sacrificanti interfuit, audiuitque prædicta Aruspici. Deinde liberto adesse architectos nuntiante, quod signum conuenerat, quasi venalem domum inspecturus abscebit: proripuitq; se postica parte palatij ad constitutum. Alij febrem simulasse aiunt, eamq; excusationem proximis mandasse, si quaeretur. Tunc abditus prope muliebri sella in castra contendit, ac deficientibus lecticarijs, cum descendisset, cursumq; cepisset, laxato calceo restitit, donec omissa mora succollatus, & à præsentente comitatu Imperator consalutatus, inter
faustas

faustas acclamationes, strictosq; gladios ad principia deuenit, obuius quoq; nõ aliter, ac si conscius, & particeps foret, adherente. Ibi missis, qui Galbam, & Pisonem trucidarent, ad conciliandos pollicitationibus, militum animos, nihil magis pro concione testatus est, quàm id demum se habiturum, quod sibi illi reliquissent.

Gesta eius in initio principatus. 7

DEinde vergente iam die ingressus Senatum, positaq; breui ratione, quasi raptus de publico, & suscipere Imperium vi coactus, gesturusq; cõmuni omnium arbitrio palatium petit. Ac super ceteras gratulantium, adulationumq; blanditias, ab infima plebe appellatus Nero, nullum indicium recusantis dedit: imò, vt quidam tradiderunt, etiam diplomatibus, primisq; epistolis suis ad quosdam prouinciarum Praesides, Neronis cognomen adiecit. Certè & imagines, statuasque eius reponi passus est, & procuratores, atq; libertos ad eadem officia reuocauit. Nec quicquam prius pro potestate subscripsit, quàm quingentis sestertiũm ad peragendam auream denariũ. Dicitur ea nocte per quietem paucifactus, gemitus maximos edidisse, repertusq; à concursantibus humi ante lectum iacens, per omnia piaculorum genera manes Galba, à quo deturbari, expelliq; se viderat, propitiare tentasse. Post ridie quæque in augurando tempestate orta grauitè prolapsus,

psum, identidem obmurmurasse,

Τὶ γὰρ μοι καὶ μακροῖς ἀυλοῖς;

Germanici exercitus coniuratio

in Othonem.

8

Sub idem verò tempus, Germaniciani exercitus in Vitellij verba iurauerant. Quod ut comperit, autor Senatui fuit, mittendæ legationis, quæ doceret, electũ iam principem, quietem & cõcordiam suaderet. Et tamen per internuntios, ac lieras, consortem Imperij, generumq; se Vitellio obtulit. Verũm haud dubio bello iam ducibus et copijs, quas Vitellius præmiserat, appropinquantibus, animũ, fidemq; prætorianorũ erga se penè interneçione amplissimi ordinis expertus est: & placuerat per classiarios arma trãsferri, remittiq; nauibus. Ea cũ in castris sub noctẽ promerentur, insidias quidam suspicati, tumultum excitauerunt, ac repentiẽ omnes, nullo certo duce, in palatiũ cucurrerunt, cædem Senatus flagitãtes: repulsisq; Tribunorum, qui inhibere tentabãt, nonnullis, & occisis, sicut erãt cruenti, & binam Imperator esset requirentes, perruperũt in tricliniũ vsq; , nec nisi viso destiterunt. Expeditionẽ autem impigre, atq; etiam præpropere inchoauit, nulla ne religionum quidem cura, sed & motis, necdum conditis, ancilibus, quod antiquitus infaustum haberetur, & die, quo cultores Deum matris lamentari & plangere incipiunt: præterea aduersissimis

auspicij. Nā & victimas Diti patri casus li-
tauit: cum tali sacrificio cōtraria exta potiora
sint. Et primo egressu inundationibus Tybe-
ris retardatus, ad xx. etiā lapidem ruina
ædificiorum præclusam viam offendit.

Congressio Othonis cum Vitellia-
nis ducibus.

Simili temeritate, quamvis dubium nemini
esset, quin trahi bellum oporteret, quādo &
fame, & angustijs locorum vrgeretur hostis,
quā primū tamē decertare statuit, siue im-
patiens lōgioris sollicitudinis, sperāsq; ante Vi-
telliū aduentum profligari plurimum posse, siue
impar militum ardori, pugnam deposcentium.
Nec illi pugna affuit, substititq; Bryxelli. Et
tribus quidē, verū mediocribus, prælijs apud
Alpes, circaq; Placentiā, & ad Castoris, quod
loco nomen est, vicit: nouissimo, maximoq; apud
Bebriacū fraude superatus est, cum spe colloquij
facta quasi ad conditionē pacis militibus edu-
ctis, ex improviso, atq; in ipsa cōsalutatione di-
micandū fuisset: ac statim morundi impetū ce-
pit, vt multi, nec frustra, opinātur, magis pado-
re, ne tāto rerū, hominumq; periculo dominatio
nē sibi asserere perseueraret, quā desperatione
vlla, aut diffidentia copiarum: quippe residuis,
integrisq; etiā nūc, quas secum ad secūdos casus
detinuerat, & superueniētibus alijs è Dalma-
tia, Pannoniaq; & Mœsia, ne victis quidem
adco

adeò afflictis, vt non in ultionem ignominie quidius discriminis vltro, & vel sola subirent.

Detestatio eius bellorum ciuiliu.

IO

Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenus, tertiædecimæ legionis Tribunus Augusticlauius. Is mox referre crebrò solebat, Othonem etiã priuatũ vsque adeo detestatum ciuilia bella, vt memorante quodam inter epulas de Cassij Brutiq; exitu, cohorrerit: nec concurrũ cum Galba fuisse, nisi confideret sine bello rem transigi posse. Tunc ad despiciendam vitam exemplo manipularis militis concitatum, qui cum cladem exercitus nuntiaret, nec cuiquam fidem faceret, ac nunc medacij, nunc timoris, quasi fugisset ex acie, argueretur, gladio ante pedes eius incubuerit: hoc viso proclamasse eum aedat, non amplius se in periculum tales, tamq; bene meritos coniecturum. Fratrem igitur fratrisq; filium, & singulos amicorum cohortatus, vt sibi quisque pro facultate consulere, ab amplexu & osculo suo dimisit omnes: secretoq; captato, binos codicillos exarauit ad sororem cõsolatorios. Sed & ad Messalinam Neronis, quam matrimonio destinauerat, commendans reliquias suas, & memoriam. Quicquid deinde epistolarum erat, nec cui periculo, aut noxa apud victorem forent, concremanit. Diuisit & pecunias domesticis ex copia presenti.

B

Mors

Mors eius, atque funus. II

ATq; ita paratus, intētusq; iam morti, tumultu inter moras exorto, vt eos, qui discedere, & abire cœptabant, corripī, quasi desertores, detineriq; sensit: Adūciamus, inquit, vite & hanc noctem. His ipsis, totidemq; verbis. Ventūque cuiquam fieri: & in serum vsque patente cubiculo, si quis adire vellet, potest atē sui præbuit. Post hæc sedata siti gelidæ aquæ portione, arripuit duos pugiones, & explorata vtriusq; acie, cum alterum puluino subdidisset, foribus ad apertis arctissimo somno quieuit. Et circa lucem demum expergefactus, vno se traiecit ictu infra leuam papillam. Irrūpentibusq; ad primum gemitum, modo celans, modo detegens plagam, exanimatus est & celeriter apud Veliternam (ita præceperat) funeratus trigésimo & octauo ætatis anno, & nonagesimo & quinto Imperij die.

Statura, & cultus corporis eius. 12

Tanto Othonis animo nequaquã corpus, aut habitus cōpetijt. Fuisse enim traditur et modicæ staturæ, et malè pedatus, caluusq; mūditiarum verò penè muliebriū. Vulso corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo, vt nemo dignosceret. Quin & faciem quotidie rasitare, ac pane madido linere consuetum: idq; instituisse à prima lauagine, ne barbatus vnquam esset. Sacra

ctians

etiam Isidis sepe in lintea religiosaq; veste pro-
palam celebrasse. Per qua factum putem, vt
mors eius minimè congruēs vitæ, maiori mira-
culo fuerit. Multi præsentium militū cum plu-
rimo fletu manus, ac pedes iacentis exosculati,
fortissimum virum, vnicum Imperatorem præ-
dicantes, ibidem statim, nec procul à rogo, vim
sue vitæ attulerunt. Multi & absentium, ac-
cepto nuntio, præ dolore armis inter se ad in-
ternecionem concurrerunt. Deniq; magna pars
hominum, incolumem grauisimè detestata, mor-
tuum laudibus tulit: vt vulgò iactatum sit,
etiam Galbam ab eo non tam dominādi, quàm
Reipublicæ, ac libertatis restituendæ causa in-
teremptum.

C. SVETONII TRAN-
QVILLI AVLVS VI-
TELLIVS.

Stirps, & origo Vitelliorum. I



ITELLIORVM originem
aliū aliā, & quidē diversissi-
mā tradūt: partim veterē, &
nobilem, partim verò nouam,
& obscuram, atque etiam sor-
didā. Quod ego per adultores, obrectatoresq;
Imperatoris Vitellij euenisse opinarer, nisi ali-
quātò prius de familiæ cōditione variatū esset.

Extátq; elogij ad Q. Vitellium diui Augusti
 Quaestorem libellus, quo continetur, Vitellios
 Fauno Aboriginum rege, & Vitellia, quae mul-
 tis locis pro numine coleretur, ortos, toto Latio
 imperasse. Horum residuam stirpem ex Sabinis
 transisse Romam, atq; inter patritios allectam:
 indicia stirpis diu mansisse, viam Vitelliam ab
 Ianiculo ad mare vsq;: item coloniam eiusdem
 nominis, quam gentili copia aduersus Equicu-
 los tutandam olim depoposcissent. Tempore dein-
 de Samnitici belli praesidio in Apuliam misso,
 quosdam ex Vitellijs subiecisse Nuceria: eo-
 rumq; progeniem longo post interuallo repetisse
 urbem, atque ordinem Senatorium.

Pater, materque Vitellij, eiusque
 pueritia. 2.

Contra, plures autorem generis libertinum
 prodiderunt. Cassius Seuerus, nec minus
 alij, eundem & sutorem veteramentarium: cuius
 filius sectionibus, & consuturis vberius com-
 pendium nactus, ex muliere vulgari Antiochi
 cuiusdam furnariam exercentis filia equitem
 Romanum genuerit. Sed quod discrepat, sit in
 medio. Ceterum P. Vitellius domo Nuceria, siue
 ille stirpis antiquae, siue pudelicis patribus, atq;
 auis, eques certe Romanus, & rerum Augusti
 procurator, quatuor filios amplissima dignita-
 tis cognomines, ac tantum praenominebus distin-
 ctos reliquit, Antium, Quintum, Publium, &
 Lucium

Lucium. Aulus in consulatu obiit, quem cum Domitio Neronis Caesaris patre inierat, praelatus alioqui, famosusq; cœnarum magnificētia. Quintus caruit ordine, cū autore Tyberio scerni minus idoneos Senatores, remoueriq; placuisset. Publius Germanici comes Cn. Pisonem inimicum, & interfectorem eius accusauit, condemnauitq;: ac post præturæ honorē inter Seiani consocios arreptus, & in custodiam fratri datus, scalpulo librario venas sibi incidit: nec tam mortis poenitentia, quàm suorum obestatione obligari, curariq; se passus, in eadem custodia morbo perijt. Lucius ex Consulatu Syriæ præpositus, Artabanū Parthorum regem summis artibus, non modò ad colloquiū suum, sed etiam ad veneranda legionū signa pellexit. Mox cum Claudio principe, duos insuper ordinarios Consulatus, Censuramq; gessit. Curam quoque Imperij sustinuit, absente eo, expeditione Britannica, vir innocens, & industrius, sed amore libertinæ perinfamis, cuius etiam saluis melle commisit, nec clam quidem, aut rarò, sed quotidie, ac palàm arterias, & fauces pro remedio fouebat. Idem miri in adulando ingenij, primus C. Cesarem adorari vt Deum instituit: cū reuersus ex Syria non aliter adire ausus esset, quàm capite velato, circumuertensq; se, deinde procumbens. Claudium vxoribus, libertisq; ad dictum, ne qua non arte demereretur, pro ma-

ximo munere à Messalina petijt, vt sibi pedes præberet excalceandos: detractumque soculum dextrum, inter togam, tunicasq; gestauit assidue, nonnumquam osculabundus. Narcissi quoq; & Pallatis imagines aureas inter lares coluit. Huius & illa vox est, Sæpe facias: cum seculares ludos edenti Claudio gratularetur.

Adolescentia eiusdem. 3

DEcessit paralyti altero die quam correptus est, duobus filiis superstitionibus, quos ex Sextilia probatissima, nec ignobili femina editos Consules vidit: & quidem eodem ambos, totoq; anno, cum maiori minor in sex menses successisset. Defunctum Senatus publico funere honorauit: ite statua pro Rostris, cum hac inscriptione, PIETATIS immobilis erga principem. Aulus Vitellius L. filius IMP. natus est octauo Cal. Octob. vel, vt quidam septimo Idus Septemb. Druso Casare, Norbano Flacco COSS. Genituram eius prædictam à mathematicis, ita parentes exhorruerunt, vt pater magnopere semper contenderit, ne qua ei prouincia vino se committeretur: mater & missum ad legiones, & appellatum Imperatorem pro afflicto statim lamentata sit. Pueritiam, primamque adolescentiam Capreis egit inter Tyberiana scorta, & ipse perpetuo Spintrix cognomine notatus, existimatusque corporis gratia initium, & causa incrementorum patri fuisse.

Probris

Probris contaminatur. 4

SEquēti quoque etate omnibus probris contaminatus, precipuū in aula locum tenuit, Caio per aurigandi, Claudio per alca studium familiaris. Sed aliquantō Neroni acceptior, cūm propter eadem hæc, tum peculiari merito, quōd præsidens certamini Neroneo, cupientem inter citharædos contendere, nec, quamuis flagitantibus cunctis, premittere audentem, idcōq; egressum theatro reuocauerat: quasi perseuerantis populi legatione suscepta exorandum præbuerit.

Honores per eum administrati. 5

Trium itaq; principū indulgētia, non solum honoribus, verūm & sacerdotijs amplissimis auctus, proconsulatū Africa post hæc, curam quoq; operum publicorum administravit, & voluntate dispari, & existimatione. In provincia singularē innocētiā præstitit biennio continuato, cūm succedenti fratri legatus substitutus esset. At in urbano officio dena, atque ornamenta tēplorum surripuisse, & cōmutasse quadam ferebatur: præq; auro, & argento stannum, & aurichalcum suppesuisse.

Vxores, & filij eiusdem. 6

VXorē habuit Petroniam consularis viri filiam, & ex ea filium Petroniū captum altero oculo. Hunc heredem à matre sub conditione institutum, si de potestate patris exisset,

manu emisit: breuiq; , vt creditū est, interemit, insinulatū in super parricidij, & quasi paratum ad scelus venenum ex conscientia hausisset. Duxit mox Galeriam Fundanam pretorio patre. Ac de hac quoq; liberos vtriusque sexus tulit: sed marem, titubantia oris, propè mutum, & elinguem.

Germania eidem decreta, paupertas ipsius, & comitas eius erga singulos.

7

A Galba in inferiorē Germaniā contra epionē missus est. Adiutū putant T. Iunij suffragio, tunc potentissimi, & cui iam pridem per communem factionis suae favorem conciliatus esset: nisi quod Galba pre se tulit, nullos minus metuendos, quàm qui de solo victu cogitarent: ac posse provincialibus copijs profundam eius expleri gulam: vt cuius euidentis sit, contempitū magis, quàm gratia electum. Satis constat, exituro viaticū defuisse, tanta egestate rei familiaris, vt vxore & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio coenaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret: vt q; ex aure matris detractum vnionē pignerauerit ad itineris impensas. Creditorum quidem prestolantium, ac detinentium turbam, & in ijs Sinuessanos, Formianosq; , quorum publica vectigalia interuerterat, non nisi terrore calumnie amovnit: cum libertino cuidam acerbius debitum repositentis

poscenti, iniuriarum formulam, quasi calce ab eo percussus, intendisset, nec aliter, quam extortis quinquaginta H. s. remisisset. Adueniētem malè animatus erga principem exercitus, pronūsq; ad res nouas libens, ac supinis manibus exceperit, velut dono Deūm oblatum. **I I U C O S.** filium etate integra, facili, ac prodigo animo. Quam veterem de se persuasionem Vitellius recentibus etiam de se experimentis auxerat, tota via, caligatorū quosq; militum obuios exosculans: perq; stabula ac diuersoria, mulionibus, ac viatoribus præter modum comis, vt manè singulos iamne ientassent, sciscitaretur, seq; fecisse ructu quoq; ostenderet.

Prodigalitas eius in omnes. **8**

Castra verò ingressus nihil cuiquā poscenti negauit: atq; etiam vltro ignominiositas notas, reis sordes, damnatis supplicia dempsit. Quare vixdum mense transacto, neq; diei, neq; temporis habita ratione, ac iam vespere subito à militibus è cubiculo raptus, ita vt erat in veste domestica, **I M P.** est consalutatus: circumlatusq; per celeberrimos vicos, strictum diui Iulij gladium tenens, detractū delubro Martis, atq; in prima gratulatione porrectum sibi à quodam. Nec antè in prætorium redijt, quam flagrante triclinio ex conceptu camini: tum quidem consternatis, & quasi omine aduerso anxij omnibus, inquit: Bono animo estote, nobis

alluxit: nullo sermone alio apud milites vsus. Consentiente deinde etiam iam superioris provincie exercitu, qui prius à Galba ad Senatum defecerat, cognomen Germanici delatum ab vniuersis cupide recepit, Augusti distulit, Caesaris in perpetuum recusauit.

Principatum inuadit.

AC subinde cade Galbae annuntiata, cõpositis Germanicis rebus, partitus est copias quas aduersus Othonem præmitteret, quasque ipse perduceret. Præmissis agnini letum euenit auspiciis. Siquidem à parte dextra repente aquila aduolauit: lustratisque signis, ingressus viã sensim antecessit. At contra, ipso mouente, statuæ equestres cùm plurifariam ei ponerentur, fractis repente cruribus pariter corruerunt: & laurea, quam religiosissimè circumdederat, in profluentem excidit. Vtrox Vienna pro tribunali iura reddenti, gallinaceus supra humerum, ac deinde in capite astitit. Quibus ostentis par respondit exitus: nam confirmatum per legatos suos Imperium, per se retinere non potuit.

Gesta eius post mortem Othonis, & reditus eius in urbem. 10

DE Bebriacensi victoria, et Othonis exitu, cùm adhuc in Gallia esset, audiit: nihilque cunctatus, quicquid prætorianarum cohortium fuit, vt pessimi exempli, vno exautorauit edicto, iussas Tribunis tradere arma. Centum autem atque

atque viginti, quorum libellos Othoni datos in-
 uenerat, exposcentium premia, ob editam in
 cæde Galbæ operam, conquiri, & supplicio affi-
 ci imperauit egregiè profusus, atq; magnificè, et
 ut summi principis spem ostenderet, nisi cætera
 magis ex natura, & priore vita sua, quàm ex
 Imperij maiestate gefisset. Nanque itinere in-
 choato, per medias ciuitates ritu triumphau-
 tiu vectus est, perq; flumina delicatissimis na-
 uigijs, & variarum coronarum genere redimis-
 tis, inter profusissimos obsoniorum apparatus,
 nulla familiæ, aut militis disciplina, rapinas,
 ac petulantium omnium in iocum vertens: qui
 non contenti epulo ubiq; publicè præbito, quos-
 cunq; libuisset, in libertatem asserebant, verbe-
 ra, & plagas, sæpe vulnera, nonnunquam ne-
 cem representantes aduersantibus. Utq; cam-
 pos, in quibus pugnatum est, adiit, abhorrentes
 quosdam cadauerū tabem, detestabili roce con-
 firmare ausus est, Optimè ulere occisum hostem,
 & melius ciuem. Nec eo secius ad leniendam
 grauitatem odoris plurimum meri propalam
 hausit, passimq; diuisit pari vanitate, atq; inso-
 lentia. Lapidem memoriæ Othonis inscriptum
 intuens, dignum eo mausleo ait: pugionemq;
 quo se is occiderat, in Agrippinensem Colo-
 niam misit, Marti dedicandum. In Apenni-
 ni quidem iugis etiam peruigiliam egit.

Gesta per eum in initio principatus. II

Vrbem

Vrbem deniq; ad classicum introijt paludatus, ferroq; succinctus, inter signa, atque vexilla, sagulatis comitibus, ac detectis comitonum armis. Magis deinde, ac magis, omni diuino humanoq; iure neglecto, Allienfi die pontificatum maximum cepit: comitia in decem annos ordinauit, siq; perpetuum cōsulem. Et ne cui dubium foret, quod exemplar regende Reipub. eligeret, medio Martio campo, adhibita publicorū sacerdotum frequentia, inferias Neroni dedit: ac solenni conuiuio citharædum placentem palam admonuit, vt & aliquid de Domitio diceret: inchoantiq; Neroniana cantica, primus exultans etiam plausit.

Progressus eius in initio principatus. 12
Talibus principijs magnam Imperij partem, nõ nisi consilio, & arbitrio vilissimicuiusque histrionum, & aurigarum administravit: & maximè Asiatici liberti. Hunc adolescentulum mutua libidine cõstupratum, mox tædio profugum, cum Puteolis postcā vëdentem deprehendisset, coniecit in compedes, statimq; coluit, & rursus in delicijs habuit: iterum deinde ob nimiam contumaciam, & ferocitatem grauatus, circumforaneo lanistæ vendidit, dilatumq; ad finem muneris repente surripuit, & prouincia demum accepta manumisit: ac primo Imperij die aureis donauit annulis super cocnã, cum manè rogantibus pro eo cunctis, detestatus esset

esset feuerissimè talè equestris ordinis maculã.

Comestationes, & epulæ eiusdem. 13

Sed vel præcipuè luxurie, sauitiæq; deditus
Sepulas trifariam semper, interdum quadri-
fariam dissipabat: in ientacula, & prandia,
& cœnas, comestationesq; facile omnibus suffi-
ciens, vomitandi consuetudine. Indicebat au-
tem aliud aliæ eadem die: nec cuiquam minus
singuli apparatus quadrigenis millibus num-
mum constiterant. Famissima super ceteras
fuit cœna ei data aduentitia à fratre, in qua
duo millia lectissimorum piscium, septem auium,
apposita traduntur. Hanc quoque exuperavit
ipse dedicatione patinæ, quam ob immensam
magnitudinem clypeum Minervæ, αὐτὸς ὡ-
δὸς χεῖρὸς dictitabat. In hac scarorū iocinora, pha-
sianorum, & pavonum cerebella, linguas phœ-
nicopterūm, murenarum lactes à Carpathio
vsque, fretiq; Hispaniæ, per nauarchos, ac tri-
remes petitarum commiscuit. Vt autem homo
non profunde modò, sed intempestivæ quoque,
ac sordidæ gulæ, ne in sacrificio quidem vn-
quam, aut itinere vllò tēperavit, quin inter al-
taria ibidem statim viscus, & farræ penè ra-
pta è foco manderet, circaq; viarum popinas
fumantia obsonia, vel pridiana, atque semesa.

Sæuitia eius, ac crudelitas. 14

Pronus verò ad cuiusq; & quacūq; de cau-
sa, necem, atq; supplicium: nobiles viros com-
disc

discipulos, & equales suos omnibus blanditijs tantum non ad societatem Imperij allicefactos, vario genere fraudis occidit, etiam vnum veneno manus sua porrecto in aquæ frigidae potione, quam is affectus febre poposcerat. Tum foeneratorum & stipulatorum, publicanorumq; , qui vnquam se aut Romæ debitum, aut in via portorium flagitassent, vix vlli pepercit. Ex quibus quondã in ipsa salutatione supplicio traditum, statimq; reuocatum, cunctis clementiã laudantibus, coram interfici iussit, velle se dicens passcere oculos. Alterius pœnæ duos filios adiecit deprecari pro patre conatos. Sed & equitem Romanum proclamantem, cum raperetur ad pœnam, Heres meus es: exhibere testamenti tabulas coegit: vtq; legit cohæredem sibi libertum eius adscriptum, iugulari eum liberto imperavit. Quosdam & de plebe ob id ipsum, quod Venetæ factioni clarè maledixerat, interemit: contemptu sui, & noua spe id ausos opinatus. Nullis tamen infensior, quàm vernaculis, & mathematicis: vt quisq; deferretur, in auditum capite puniebat. Exacerbatus, quòd post editum suum, quo iubebat intra Calend. Octobris vrbe, Italiaq; mathematici excederent, statim libellus est propositus, & Chaldaeos dicere, bonum factum, ne Vitellius Germanicus intra eundem Calèdarum diem vsquam esset. Suspectus & in mortem matris fuit, quasi agre præberi

beri cibum prohibuisset, vaticinante Catta muliere, cui velut oraculo acquiescebat, ita demum firmiter, ac diuissimè imperaturū, si superstes parenti extitisset. Alij tradunt, ipsam tadio presentium, & imminentium metu, venenum à filio impetrasse, haud sanè difficulter.

Apparatus exercitus in Vespasianū. IS

Octavo Imperij mense desciverunt ab eo exercitus Mæsiarum, atq; Pannoniæ: item ex trāsamarinis, Iudaicus, & Syriacus: ac pars in absentis, pars in presentis Vespasiani verba iurarunt. Ad retinendum ergo cæterorum hominum studium, ac favorem, nihil non publicè, priuatimq; , nullo adhibito modo, largitus est. Delectum quoque ea conditione in vrbe egit, vt voluntarijs non modo missionem post victoriam, sed etiam veteranorum, iustaq; militiæ commoda polliceretur. Vrgenti deinde terra, mariq; hosti, hinc fratre cum classe, ac tyronibus, & gladiatorum manu opposuit: hinc & Bebriacenses copias, & duces. Atque vbiq; aut superatur, aut proditus, salutem sibi, & millies H-s. à Flavio Sabino Vespasiani fratre pepigit: statimq; pro gradibus palatij apud frequentes milites, cedere se Imperio, quod inuitus recepisset, professus, cunctis reclamantibus rem distulit: ac nocte interposita, primo diluculo sordidatus descendit ad Rostra, multisq; cum lacrymis eadem verba, verum è libello testatus est. Rurs

est. Rursus interpellante milite, ac populo, & ne deficeret hortante, omnemq; speram suam certatim pollicēte, animum resumpsit, Sabrumq; & reliquos Flavianos nihil iam metuens, vi subita in Capitolium compulit: succensq; templo Iouis Opt. Max. oppressit. Cum & praelium, & incendium è Tyberiana prospiceret domo inter epulas, non multo post pœnitens facti, & in alios culpam conferens, vocata contione iuravit, coëgitq; iurare ceteros, nihil sibi antiquius quiete publica fore. Tunc soluti à latere pugionem, Consuli primùm, deinde, illo recusante, magistratibus, ac mox Senatoribus singulis porrigens: nullo recipiente, quasi in ade Concordiæ positurus, abscessit. Sed quibusdam acclamantibus, ipsum esse Concordiam, redijt: nec solum retinere se ferrum affirmavit, verum etiam Concordiæ recipere cognomen.

Concordia per eum tentata cum

Vespasiano.

16

SVasit Senatui, vt legatos cum virginibus Vestalibus mitterent, pacem, aut certè tempus ad consultandum petituros. Postridie responsa opperienti nuntiatum est per exploratorem, hostem appropinquare. Continuo igitur abstrusus gestatoria sella, duobus solis comitibus, pistore, & coquo, Auentinum, & paternam domum clam petijt, vt inde in Campaniam fugeret. Mox leui rumore, & incerto, tanq

tanquam pax impetrata esset, referri se in palatium passus est: vbi cum deserta omnia reperisset, dilabentibus etiam qui simul erant, zona se aureorum plena circumdedit, confugitq; in cellulam ianitoris, religato pro foribus cane, lectoq; & culcitra obiectis.

Mors eiusdem ignominiosissima. 17

IRruperant autem iam agminis antecessores, ac nemine obuiorimabantur, vt fit, singula. Ab ijs extractus è latebra, sciscitantes quisnam esset (nã ignorabatur) & vbi esse Vitellium sciret, mendacio elusit: deinde agnitus rogare non destitit, quasi quedam de salute Vespasiani dicurus, vt custodiretur interim vel in carcere: donec religatis post terga manibus, iniecto cervicibus laqueo, veste discissa seminudus in forum tractus est, inter magna rerum, verborumq; ludibria, per totum via Satoræ spatium, reducta coma à capite, ceu noxi solent, atq; etiam mento mucrone gladij subiecto, vt visendam præberet faciem, nè ve submitteret, quibusdam stercore & ceno incessentibus, alijs incendiarium, & patinarium vociferantibus, parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante (erat enim in eo enormis proceritas, facies rubida plerunque ex vinolentia, venter obesus, alterum femur subdebile, impulsu olim quadrigæ, cum auriganti Caio ministratorem exhiberet) tandem apud Gemonias minutissimi

mis ictibus excarnificatus, atq; confectus est,
& inde vnco tractus in Tyberim.

Interpretatio ostenti. 18

Perijt cum fratre, & filio, anno vite VII.
& quinquagesimo: nec fefellit cōiecturam
eorum, qui angurio, quod factum ei Vienna o-
stendimus, non aliud portendi predixerant,
quàm venturum in alicuius Gallicani homi-
nis potestatem. Siquidem ab Antonio Primo
aduersarum partium duce oppressus est cui To-
lesa nato cognomen in pueritia Beco fuerat. Id
valet, gallinacei rostrum.

C. SVETONII TRAN-
QVILLI D. VESPA-
SIANVS AV-
GVSTVS.

De gente Flauia, & Vespasiani pro-
genitoribus. I



REBELLIONE trium prin-
cipum, & cade, incertum diu,
& quasi vagum Imperium
suscepit, firmanitque tandem
gens Flauia, obscura illa qui-
dem, ac sine vllis maiorum imaginibus, sed ta-
men Reipub. nequaquam penitenda, constat
licet Domitianum cupiditatis, ac seuitiæ me-
ritò pœnas luisse. Titus Flavius, Petronius
municeps Reatinus, bello civili Pompeiana-

rum partium centurio, incertum spōte, an euo-
 catus profugit ex Pharsalica acie, domū mque
 se contulit. Vbi deinde venia, & missione impe-
 trata, coactiones argētarias facitauit. Huius
 filius cognomine Sabinus, expers militia (etsi
 quidā eum primipilarem, nonnulli cū adhuc
 ordines duceret, sacramento solutū, per causam
 valetudinis, tradunt) publicanum quadragesi-
 me in Asia egit. Manebātq; imagines à ciuita-
 tibus ei posite sub hoc titulo, ~~ΚΑΙΣΑΡΩΣ ΤΑΥΡΑΝΤΙ~~ -ase
 τῷ. Postea senus apud Heluetios exercuit, ibiq;
 diem obiit. superstitibus vxore Vespasia Polla,
 & duobus ex ea liberis: quorum maior Sabi-
 nus ad prefecturam vrbis, minor Vespasia-
 nus ad principatum vsque processit. Polla
 Nursia honesto genere orta, patrem habuit
 Vespasium Pollicionem, ter Tribunum militum,
 prefectumq; castrorum, fratremq; Senatorem
 pratorie dignitatis. Locus etiam nunc ad sex-
 tum milliarium à Nursia Spoletinam euntibus
 in mōte summo appellatur Vespasia: vbi Vessa-
 siorum complura monimenta extant, magnum
 indicium splendoris familie & vetustatis. Nō
 negauerim, iactatum à quibusdam, Petronij
 patrem è regione transpadana fuisse manci-
 pem operarum, quæ ex Umbria in Sabinos ad
 culturam agrorum quotannis commeare sole-
 rent: subsedisse autem in oppido Reatino, vxore
 ibidem ducta. Ipse ne vestigium quidem de

hoc, quamuis satis curiosè inquirerem, inueni.

Ortus Vespasiani, & educatio eius. 2

Vespasianus natus est in Samnijs vltra Reaten, vico modico, cui nomen est Phalacrine, xv. Calend. Decemb. vespere, Q. Sulpitio Camerino, C. Poppæo Sabino C O S S. quinquennio antè quàm Augustus excederet, educatus sub paterna auia Tertulla, in prædijs Cosanis. Quare princeps quoque & locum incunabulorum assiduè frequentavit: manente villa, qualis fuerat olim, ne quid scilicet oculorum cōsuetudini deperiret. Et auia memoriam tantopere dilexit, vt solennibus, ac festis diebus poculo quoque eius argenteo potare perseverauerit. Sumpta toga virili, latum clauum, quanquam fratre, adepto, diu auersatus est: nec vt tandem appeteret, compelli, nisi à matre, potuit. Ea demum extudit, magis conuicio, quàm precibus, vel autoritate, dum eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat. Tribunatum militum in Thracia meruit. Quæstor Cretam, & Cyrenas prouinciã sorte cepit: adilitatis, ac mox prætura candidatus, etiam non sine repulsa, sextoque loco vix adeptus est. Ac prima statim petitione, & in primis Prætor infensus Senatui, Caium ne quo non genere demereretur, ludos extraordinarios, pro victoria eius Germanica, deposcivit: pœna que coniuratorum addendum censuit,

cenfuit, vt in fepulchris proieceretur. Egit & gratias ei apud ampliffimum ordinem, quod fe honore cœna dignatus effet.

Vxor eius, & filij. 3

INter hæc Flauiam Domicillam duxit vxorem, Statilij Capellæ equitis Rom. Sabracenfis ex Africa delegatam olim, Latinaq; conditionis, fed mox ingenuam, & ciuem Romanam recuperatorio iudicio pronuntiatam, patre afferente Flauio Liberali Ferentini genito, nec quicquam amplius quàm quæftorio fcriba. Ex hac liberos tulit, Titum, & Domitianum, & Domicillam. Vxori, ac filia fuperftes fuit: atq; adhuc vtranque priuatus amisit. Post vxoris exceffum, Cenidem Antonia libertam, & à manu, dilectam quondam fibi, reuocauit in contubernium, habuitq; etiam Imperator penè iufte vxoris loco.

Expeditio eius Germanica, & Iudaica. 4

CLaudio principe Narciffi gratia Legatus legionis in Germaniã miſſus eſt: inde in Britanniam translatus tricies cum hoſte conflixit. Duas validiffimas gentes, fupérq; XX. oppida, & inſulam Vecten Britannia proximam in deditiõne rededit: partim Auli Plautij conſularis legati, partim Claudij ipſius ductu. Quare triumphalia ornamenta, & in ſpatio breui duplex ſacerdotium accepit. Præterea conſulatum, quem geſſit per duos nouiffi-

mos anni menses: medium tempus ad proconsu-
 latum vsq; in otio secessuq; egit, Agrippinam
 timens potentem adhuc apud filium, & defun-
 ti quoq; Narcissi amicos perosam. Exin sor-
 titus Africam, integerrimè, nec sine magna di-
 gnatione administravit: nisi quod Adrumeti
 seditione quadam, rapa in eum iacta sunt. Re-
 didit certè nihilo opulentior, vt qui propè labe-
 factata iam fide, omnia prædia fratri obliga-
 rit, necessariq; ad mangonicos questus susti-
 nendæ dignitatis causa descenderit, propter
 quod vulgò *Nulio* vocabatur. Cõiectus quoq;
 dicitur ducenta H-s. expressisse iuveni, cui la-
 tum clauum aduersus patris voluntatè impe-
 trarat, eoque nomine grauiter increpitus. Pere-
 grinatione Achaica inter comites Neronis, cum
 cantante eo aut discederet sæpius, aut præsens
 obdormisceret, grauissimam contraxit offen-
 sam: prohibitusq; non contubernio modo, sed
 etiam publica salutatione, secessit in parvam,
 ac deuiam ciuitatem, quoad latenti, etiãque
 extrema metuenti, prouincia cum exercitu ob-
 lata est. Pecrebruerat Oriente toto vetus, &
 constans opinio, esse in fatis, vt eo tempore Iu-
 dæa profecti rerum potirentur. Id de Impera-
 tore Romano, quantum euentu postea prædi-
 ctum patuit, Iudæi ad se trahentes, rebellarunt:
 casoque preposito, legatum in super Syria con-
 sularem suppetias ferentem, raptâ aquila fu-
 gauer.

gauerunt. Ad hunc motum comprimendū cūm exercitu ampliore, & non instrenuo duce, cui tamen tuō tāta res committeretur, opus esset, ipse potissimū delectus est, & vt industria experta, nec metuēdus vllō modo ob humilitatem generis, ac nominis. Additis igitur ad copias duabus legionibus, octo alis, cohortibus decem, atq; inter legatos maiore filio assumpto, vt primūm provinciam attigit, proximas quoq; ciuitates cōuertit in se: correcta statim castroꝝ disciplina, vno quoq; & altero praelio tam constanter into, vt in oppugnatione castelli lapidis iclū genu, scuto sagittas aliquot exceperit.

Præfagia, & signa Imperium eius
præcedentia.

Post Neronem, Galbāq; Othone, atq; Vitellio de principatu certantibus, in spem Imperij venit, iam pridem sibi per hæc ostenta conceptam: In suburbano Flauiorum quercus antiqua, quæ erat Marti sacrata, per tres Vespasie partus, singulos repente ramos à frutice dedit, haud dubia signa futuri cuiusq; fati. Primum exilem, & citò arefactum, idēq; puella nata non perannauit. Secundum praualeidum, ac prolixum, & qui magnam felicitatem, portenderet. Tertium verò instar arboris. Quare patrem Sabinū ferunt aruspicio in super confirmatum renuntiasse matri, nepotem ei Casarem genitum: nec illam quicquam aliud, quàm ca-

chinnasse, mir autem, quòd adhuc se mentis com-
 pote deliraret iam filius suus. Mox cum Ae-
 dilem cum C. Caesar succensens, propter curam
 verrendis vjs nõ adhibitã, luto iussisset oppleri,
 congesto per milites in prætexta sinum, non de-
 fuerunt, qui interpretarẽtur, quandoq; procul-
 catam, desertãmq; Rempub. civili aliqua per-
 turbatione in tutelã eius, ac velut in gremium
 deuenturam. Prædente eo quondam, canis ex-
 trarius triclinio manũ humanam intulit, men-
 seq; subiecit. Cœnante rursus, bos arator de-
 cubo iugo, triclinium irrupit, ac fugatis mini-
 stris, quasi repenti defessus, procidit ad ipsos
 accumbentis pedes, ceruicẽque submisit. Ar-
 bor quoque cupressus in agro auito sine vlla vi
 tempestatis euulsa radicitus, atque profstrata,
 in sequenti die viridior, ac firmior resurrexit.
 At in Achaia somniauit, initium sibi, suisq;
 felicitatis futurum, simul ac dens Neroni ex-
 emptus esset: euenitq; vt sequenti die progres-
 sus in atrium, medicus dentem ei ostenderet,
 recenter quidẽ exemptum. Apud Iudæam Car-
 meli Dei oraculum consulentem, ita confirma-
 re sortes, vt quicquid cogitaret, volueretque
 animo, quam tum libet magnũ, id esse prouentu-
 rum, polliceretur. Et vnus ex nobilibus captiuus
 Iosephus, cum conyceretur in vincula, constan-
 tissimẽ asseueravit fore, vt ab eodem breui sol-
 ueretur, verũ iam Imperatore. Nuntiaban-

tur & ex vrbe præſagia, Neronem diebus vltimis monitum per quietem, vt thenſam Iouis Optimi Max. è ſacrario in domum Veſpaſiani, & in Circum deduceret. Ac non multò poſt, comitia ſecundi conſulatus ineunte Galba, ſtatura diui Iulij ad Orientem ſponte conuerſa: acieq; Bebriaceni prius, quàm committeretur, duas aquilas in conſpectu omnium conſixiſſe: victaq; altera, ſuperueniſſe tertiam à Solis ortu, ac victricem abegiſſe.

Assumptio eius ad Imperium. 6

NEc tamen quicquã antè tentauit, promptiſſimis, atq; etiã inſtãtib; ſuis, quàm ſolicitatus quorundam, & ignotorum, & abſentium fortuito fauore. Mæſiaci exercitus bina è tribus legionibus millia miſſa auxilio Othoni, poſtquam iter ingreſſus nuntiatiũ eſt, victum eũ, ac vim vitæ ſuæ attuliſſe, nihilo ſecius Aquileiam vſq; perſeuerauerũt, quaſi rumori minus crederent. Ibi per occaſionem, ac licentiam, omni rapinarum genere graſſati, cùm timerent, ne ſibi reuerſis reddenda ratio, ac ſub eunda pena eſſet, conſilium inierunt eligendi, creandi que Imperatoris. Neq; enim deteriores eſſe, aut Hiſpanienſi exercitu, qui Galbam, aut Prætoriano, qui Othonem, aut Germaniciano, qui Vitellium Imperatorem feciſſent. Propoſitis itaq; nominibus legatorum conſularium, quot vbiq; tũc erant, cùm cæteros alij alium alia de

causa improbarent, & quidam è legione tertia,
 qua sub exitu Neronis translata ex Syria in
 Acaſiam fuerat, Veſpaſianum laudibus ferret,
 aſſenſere cuncti, noménq; eius vexillis omnibus
 ſine mora inſcripſerunt. Et tunc quidè compres-
 ſa res eſt, reuocatis ad officiũ muneris parum-
 per. Caterũ diuulgato factò, Tyberius Ale-
 xander præfectus Aegypti primus in verba Ve-
 ſpaſiani legiones adegit Calèd. Iulij, qui prin-
 cipatus dies in poſterũ obſeruatuseſt. Iudaicus
 deinde exercitus, v. Idus Iulij apud ipſum iura-
 nit. Plurimum ceptis contulerunt, iactatum
 exẽplar epiſtolæ, veræ ſiue falſæ, defuncti Otho-
 nis ad Veſpaſianum, extrema obteſtatione vl-
 tionem mandãtis, & vt Reip. ſubueniret, optan-
 tis: ſimul rumor diſſipatus, deſtinãſſe Vitellium
 victorem permutare hyberna legionum, &
 Germanicas transferre in Orientem, ad ſecu-
 riorem, molliorẽq; militiam: præterea ex præ-
 ſidibus prouinciãrum Licinius Mutianus, &
 è regibus Vologeſes Parthus: ille depoſita ſimul-
 tate, quam in id tempus ex æmulatione non ob-
 ſcure gerebat, Syriacum promiſit exercitum:
 hic XL. millia ſagittariorum.

Miracula quædam per eum facta in
 initio principatus eius. 7

Suſcepto igitur civili bello, ac ducibus, co-
 pijsq; in Italiam præmiſſis, interim Ale-
 xandriam tranſijt, vt clauſtra Aegypti obti-
 neret

neret. Hic, cum de firmitate Imperij capturus
 auspiciū, ad eum Serapidis, summis omnibus,
 solus intrasset, ac propitiato multum Deo, tan-
 dem se conuertisset, verbenas, coronasq; & pan-
 nificia, ut illic assolet, Basilides libertus obtulit
 se ei visus est: quē neq; admissum à quoquam,
 & iam pridem propter nerarum valetudinem
 vix ingredi longēq; abesse constabat. Ac sta-
 tim aduenere litera fusas apud Cremonam Vi-
 tellij copias, ipsum in vrbe interemptum nun-
 tiātes. Autoritas, & quasi maiestas quaedam,
 ut scilicet incipinato, & adhuc nouo principi
 deerat, hæc quoq; accessit: E plebe quidam lumi-
 nibus orbatus, item alius debili crure, sedentem
 pro tribunali pariter adierunt, orantes opem
 valetudinis, demonstratam à Serapide per quie-
 tem, restitutum oculos, si inspuiisset: confir-
 maturum crur, si dignaretur calce contingere.
 Cum vix fides esset, rem villo modo successuram,
 ideōq; ne experiri quidē auderet: extremò hor-
 tantibus amicis, palam pro concione vtrunque
 tentauit: nec euentus defuit. Per idem tempus
 Tegre in Arcadia, instinctu vaticinantium,
 effusa sunt sacro loco vasa operis antiqui,
 atq; in ijs assimilis Vespasiano imago.

Restitutio collapsæ Reipublicæ. 8

Talis, tantāq; cum fama in urbem reuer-
 sus, acto de Iudæis triumpho, Consulatus
 octo veteri addidit. Suscepit & Censuram, ac

Et per totum Imperij tempus nihil habuit an-
 tiquius, quam propè afflictã, nutãtẽmq; Rem-
 publicam stabilire primò, deinde & ornare.
 Milites, pars victoriæ fiducia, pars ignominie
 dolore, ad omnẽ licentiam, audaciãmq; processe-
 rant. Sed & provincie, ciuitatẽsque liberae, nec
 non & regna quaedã tumultuosi inter se age-
 bant. Quare Vitellianorum quidem & ex auto-
 rante plurimos, & coërcuit. Participibus autẽ
 victoriæ adeò nihil extra ordinem indulfit, vt
 etiam legitima præmia nõ nisi serò persoluerit.
 Ac nequam occasionem corrigendi disciplinam
 præmitteret, adolescentulum fragrantem vn-
 guento, cum sibi pro impetrata præfectura gra-
 tias ageret, nutu aspernatus, voce etiam grauis-
 sima increpuit, *Nã aluissẽm allium oboluisse:*
literãsq; reuocauit. Classarios verò, qui ab Ho-
 stia, & Puteolis Romam pedibus per vicos com-
 meant, petentes constitui aliquid sibi calcearj
 nomine, quasi parum esset, sine responso abegis-
 se, iussit post hæc excalceatos cursitare: & ex eo
 ita cursitant. Achaiam, Lyciam, Rhodum,
 Byzantium, Samum, libertate adempta, item
 Thraciam, Ciliciam, & Comagenẽ ditionis re-
 gie vsq; ad id tempus in provincialiũ formam
 redegit. Cappadocia propter assiduos Barbaro-
 rum incursus, legiones addidit, cõsularẽmq; re-
 ctorem imposuit, pro equite Romano. De for-
 mis vrbs veteribus incendijs, ac ruinis erat: & a-

suas areas occupare, & edificare, si possessores cessarent, cuiusq; permisit. Ipse restitutionem Capitolij aggressus, ruderibus purgandis manus primus admouit, ac suo collo quadam extulit: arearumq; tabularum tria millia, quae simul conflagrauerant, restituenda suscepit, vndiq; inuestigatis exemplaribus. Instrumentum Imperij pulcherrimum, ac vetustissimum confecit, quo continebantur penè ab exordio vr- bis Senatusconsulta, plebiscita de societate, & foedere, ac priuilegio cuiusq; concessis.

Opera publica per eum facta. 9

Fecit & noua opera, templum Pacis foro proximum, deniq; Claudij in Caelio monte, ceptum quidem ab Agrippina, sed à Nerone propè funditus destructum. Item amphitheatrum vrbe media, vt destinasse compererat Augustum. Amplissimos ordines, & exhaustos caede varia, & contaminatos veteri negligentia purgauit, suppleuitq;, recensito Senatu, & equite, summotis indignissimis, & honestissimo quoq; Italicorum, ac prouincialium alle- to. Atq; vti notum esset, vtrunq; ordinem non tam libertate inter se, quam dignitate dif- ferre, de iurgio quodam Senatoris, equitisq; Rom- ita pronuntiauit, Non oportere maledici Sena- toribus, remaledici civile, fasq; esse.

Litigia per eum compendiosis-
sime decisa.

Litium series vbiq; maiorem in modum ex-
creuerant, manentibus antiquis, interc-
pedine iurisdictionis, accedentibus nouis, ex con-
ditione, tumultuq; temporum. Sorte elegit, per
quos raptā bello restitueretur, quiq; iudicia cen-
tumvralia, quibus peragedis vix suffectura li-
tigantium et as videbatur, extra ordinē dūdi-
carent, redigerētq; ad breuissimum numerum.

Decretum in sceneratores. 11

Libido, atq; luxuria, coercēte nullo, inualue-
rat. Auctor Senatui fuit decernēdi, vt qua-
se alieno seruo iūxisset, ancilla haberetur. Ne e-
filiorum familiās sceneratoribus exigēdi crediti-
suis vnquam esset, hoc est, ne post patrū quidem
mortem. Ceteris in rebus statim ab initio prin-
cipatus vsq; ad exitum, ciuili, & clemens.

Mediocritas originis non
dissimulata. 12

Mediocritatem pristinam neque dissimu-
lauit vnquam, ac frequenter etiam pra-
se tulit. Quin & conantes quosdam originem
Flauij generis ad conditores Reatinos, comitēq;
Herculis, cuius monumentū extat via Salaria,
referre, irrisit vltro. Adeoq; nihil ornamentor-
um extrinsecus cupide appetiuit, vt triumphū
die fatigatus tarditate, & tadio pompe, non
riticuerit merito se plecti, qui triumphū, quasi
aut debitum maioribus suis, aut speratum vn-
quam sibi, tam ineptē se uex concupisset. Ac ne

Trib

Tribunitiam quidem potestatem, & patris patriae appellationem nisi serò recipit. Nam consuetudinem salutantes scrutandi, manente adhuc bello civili, omiserat.

Patientia erga criminantes. 13

Aldicorum libertatem, & auidicorum figuram, ac Philosophorum contumaciam lenissimè tulit, Licinium Mutianum notè impudicitiae, sed meritorij fiducia minus sui reuerentem, nunquam nisi clam, & haecenus reticere sustinuit: ut apud cõmunem aliquè amicum querens, adderet clausula, Egotamen virsum. Saluum Liberalem in defensione diuitis rei, ausum dicere, Quid ad Caesarem, si Hipparchus H-s. millies habet? & ipse laudauit. Demetrium Cynicum in itinere obuium sibi post dominationem, ac neq; assurgere, neq; salutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit, cauem appellare.

Obliuio inimicitiarum contra eum. 14

Offensarum, inimicitiarumque minimè memorem, executorue, Vitellij hostis sui filiam splendidissimè maritauit, dotauitq; etiam, & instruxit. Trepidum eum interdicta aula sub Nerone, querentemque quidnam ageret, aut quò abiret, quidam ex officio admissionis simul expellens, abire Morboniam iusserat. In hunc postea deprecantem haud vitra verba excoaduit, & quidem totidem serè, atq; eadem. Nam

vt suspitione aliqua, vel metu ad perniciem cuiusquam compelleretur, tantum abfuit, vt momentibus amicis cauendum esse Metium Pompeianum, quòd vulgò crederetur genesin habere Imperatoriam, in supercos fecerit. spondens quandoq; beneficij memorem futurum.

Clementia eius in reos accusatos. 15
Non temerè quis punitus insons reperitur, nisi absente eo, & ignaro, aut certè inuito, atque decepto. Heluidio Prisco, qui reuersum ex Syria solus, privato nomine Vespasianum salutauerat, & in pratura omnibus edictis sine honore, ac mentione vlla transmisserat, non antè succensuit, quàm altercationibus insolentissimis penè in ordinem redactus. Hunc quoque, quamuis relegatum primò, deinde & interfici iussum, magni aestimauit seruare quoquo modo, missis qui percussores reuocarent: & seruasset, nisi iam perijisse falsò nuntiatum esset. Caterùm neq; cæde cuiusquã vnquã letatus, iustis supplicij illacrymauit etiam, & ingemuit.

Auaritia eius, & cupiditas. 16

Sola est, in qua merito culpetur pecuniæ cupiditas. Non enim contentus, omissa sub Galba veltigalia reuocasse, noua, & grauia addidisse, & auxisse tributa provincijs, nonnullis & duplicasse, negotiationes quoque vel priuato pudendas propalam exercuit, cõmendando
 quæd

quædam tantum, vt pluris postea distraheret. Nec candidatis quidem honores, re isue, tam innoxys, quam nocētibus absolutiones venditare cunctatus est. Creditur etiam procuratorum rapacissimū quenq; ad ampliora officia ex industria solitus promouere, quò locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo pro spongijs dicebatur vti, quòd quasi & siccos madefaceret, & exprimeret humentes. Quidam naturā cupidissimum tradunt, idque exprobratum ei à sene bubulco: Qui negata sibi gratuita libertate, qua Imperium adeptum suppliciter orabat, proclamauerit, Vulpem pilum mutare, non mores. Sunt contra qui opinentur ad manubias, & rapinas necessitate compulsū, summa erarij, fisciq; inopia: de qua testificatus sit initio statim principatus, professus quadringēties millies opus esse, vt Respublica stare posset. Quod & verisimilius videtur, quando & malè partis optimè vsus est.

Liberalitas & magnificētia eiusdem. 17

IN omne hominum genus liberalissimus. Expleuit censum Senatorium: consulares inopes quingenis sestertijs annuis sustēt auit: plurimas per totum orbem ciuitates terræ motu, aut incendio afflictas, restituit in melius.

Cultus in omnes, & præcipuè doctos. 18

Ingenia, et artes vel maxime fouit: primus è fisco Latinis, Græcisq; rhetoribus annua cen-

tena constituit. Præstantes poëtas, necnon & artifices coëmit: item colossi refectorem insigni congiario, magnâq; mercede donauit. Mechanico quoque grandes columnas exigua impesa perducturum in Capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit, operam remisit, præfatus sineret se plebeculam pascere pane.

Ludi per eum editi, & conuiuia. 19

Ludis, per quos scena Marcelliani theatri restituta dedicabatur, vetera quoq; acroamata reuocauerat. Apollinari tragædo quadringenta. Pterino, Diodoroq; citharædis ducenta, nonnullis centena, quibus minimū, quadragena sestertia super plurimas coronas aureas dedit. Sed & conuiuabatur assiduè: ac sæpius recta, ac dapsile, vt macellarios adiuuaret. Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita et Calend. Martij feminis: & tamen ne sic quidem pristina cupiditatis infamia caruit. Alexandrini Cibiotatem eum vocare perseuerauerunt, cognomine vnus è regibus suis turpissimarum sordidus. Sed & in funere Fauo Archimimus personam eius ferens, imitansq; (vt est mos) facta, ac dicta viri, interrogatis palam procuratoribus, quanti funus & pompa constaret: vt audijt sestertiū cæties, exclamauit, centum sibi sestertia darent, ac se vel in Tyberim proycerent.

Statura

Statura corporis, & membrorum, & va-
letudo eiusdem. 20

STatura fuit quadrata, compactis, firmi q̄;
membris, vultu veluti nitēris. Vnde quidam
urbanorum non infacetē: Si quidem petenti, vt
& in se aliquid diceret: Dicā, inquit, cū ven-
trem exonerare desieris. Valetudine profferri-
ma vsus est, quamuis ad tuendā eam nihil am-
plius quā fauces, ceteraq̄; membra sibi met ad
numerum in sphaeristerio desicicaret, in ediamq̄;
vnius dies per singulos menses interponeret.

Vitæ ordo in principatu eius. 21

ORdinem vitæ ferē hūc tenuit: In principa-
tu maturius semper, ac de nocte vigilabat
deinde perlectis epistolis, officiorumq̄; omnium
breviarjjs, amicos admittebat: ac dum saluta-
batur, & calceabat ipse sese, & amiciebat. Post
decisa quæcunq̄; obuēissent negotia, gestationi,
& inde quieti vacabat: accubante aliquā pal-
lacarū, quas in desunctæ locum Canidis pluri-
mas constituerat, ac secreto in balneum, tricli-
niumq̄; transibat. Nec vllotempore facilior, aut
indulgentior traditur: eaq̄; mōmenta domestici
ad aliquid petendum magnoperē captabant.

Ludi post cœnam, & quædam faceta
eius dicta. 22

ET super cœnam autem, & semper aliās co-
missimus, multa ioco trasigebat. Erat enim
dicacitatis plurima, & sic scurrilis, ac sordida,

ut ne pretextatis quidē verbis abstinere ret. Et tamen nonnulla eius facetissima extāt, in quibus & hoc, *Menstruum Florum Consulare*, admonitus ab eo plaustra potius, quā plostra dicenda, die postero Flaurum salutavit. Expugnatus autem à quadam, quasi amore sui deperiret, cum producta pro concubitu sestertia quadraginta donasset, admonente dispensatore, quem admodum summam rationibus vellet referri, *Vespasiano* inquit, *adamato*.

Versus Græci per eum editi. 23

Vtebatur & versibus Græcis tēpestiue satias, & de quodā procera statura, improbiūsq; nato.

μαυρὰ βιβῆς ἠγαλάου δολιχόσκιου ἕυχθ.
Et maximè de Cerylo liberto, qui diues admodum ob subterfugendum quandoque ius fisci, ingenuum se & Lacheten, mutato nomine ceperat efferre, ὠλάχης λάχης, ἐπὶ ἀποθάνῃς, αὐτῆς ἐξ ἠπαρχῆς ἐρύση Κήρυλος. Et maximè tamen dicacitatē in deformibus lucris affectabat, ut invidiam aliqua cavillatione dilueret, trāsferretq; ad sales. Quendā à charis ministris dispensationem cuidam, quasi fratri petentem cum distulisset, ipsum candidatum ad se vocavit: exactaq; pecunia, quantam is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinavit. Interpellanti mox ministro: Alium tibi, ait, querere fratrem: hic, quem tuum putas, meus est.

Mulion

Mulionem in itinere quodam suspicatus ad calceandas mulas desilisse, vt aduenti litigatori spatium, moramq; praberet, interrogauit, quanti calceasset, pactusque est lucri partem. Reprehendenti filio Tito, quod etiam vrina vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admouit ad nares, sciscitans num odore offenderetur: & illo negante, Atqui, inquit, e lotio est. Nuntiantibus legatis, decretam ei publice non mediocri summae statutam colosseam, iussit vt continuo poneret, cauam manum ostentans, & paratam basim dicens. Ac ne in metu quidem, ac periculo mortis extremo abstinuit iocis. Nam cum inter prodigia cetera, mausoleum Cesarum derepente patuisset, & stella in caelo crinita apparuisset: alterum ad Iuniam Caluinam e gente Augusti pertinere dicebat: alterum ad Parthorum regem, qui capillatus esset. Prima quoq; morbi accessione, vt (inquit) puto, Deus fio.

Infirmitas, & mors eiusdem. 24

Consulatu suo nono tentatus in Campania motiunculis leuibus, ac protinus vrbe repetita, Cutilias ac Reatina rura, vbi aestiuare quotannis solebat, petijt. Hic cum super vrgentem valetudinem creberrimo frigida aqua vsu & intestina vitiaisset, nec eo minus muneribus imperatorijs ex consuetudine fungeretur, vt etiam legationes audiret cubas, alio repente

vsque ad defectionem soluta, Imperatorem ait
st autem mori oportere. Dumq; consurgit, ac ni-
 titur, inter manus sublevantium extinctus est
 V III. Calend. Iulij, annu gerens et a iis sexa-
 gesimum ac nonum, superque mensem, ac diem
 septimum.

Prælagium de filio successuro. 25

Conuenit, inter omnes, tam certum eum de
 sua, suorumq; genitura semper fuisse, vt post
 assiduas in se coniurationes ausus sit affirmare
 Senatui, aut filios sibi successuros, aut nemine.
 Dicitur etiam vidisse quondam per quiete sta-
 teram in media parte vestibuli palatinae do-
 mus positam examine æquo: cum in alte-
 ra lance Claudius, & Nero starèt,
 in altera ipse ac filij. Nec res fe-
 fellit, quando totidem annis,
 pariq; temporis spatio
 utrique impera-
 nerunt.

C. SVETONII TRAN-
 QVILLI D. TI-
 TVS.

De amore omnium erga Titum. 1



ITVS cognomine paterno, a-
 mor, ac delicia generis humani,
 tantum illi ad promerendam
 omnium voluntatem vel ingenij
 vel artis, vel fortuna superfuit:

Et, quod difficillimum est, in Imperio, quando
 priuatus, atq; etiam sub patre principe, ne odio
 quidem, nedum vituperatione publica caruit.

Ortus, & educatio Titi. 2

Natus est III. Cal. Ian. insigni anno Cai-
 na nece, prope Septi. Romi, sordidis adibus,
 cubiculo vero perparuo, & obscuro: nam manet
 adhuc, & ostenditur. Educatu in aula cum
 Britannico, simul, ac paribus disciplinis, &
 apud eosdem magistros institutus. Quo quidem
 tempore, aiunt, Metoposcopum à Narcisso Clau-
 dij liberto adhibitum, vt Britannicum inspice-
 ret, constantissimè affirmasse, illum quidem
 nullo modo, ceterum Titum, qui tunc propè asta-
 bat, utique imperaturum. Erant autem ad eò
 familiares, vt de potione, qua Britanicus hau-
 sta perijt, Titus quoque iuxta cubans gustasse
 credatur, grauiq; morbo afflictuus diu. Quo-
 rum omnium mox memor, statuan ei auream

D 4 in pala

in palatio posuit, & alterã ex ebore equestrem, quæ Circensi pompa hodie quoq; præfertur, dedit, & prosecutusque est

Virtus eius, & scientia. 3

IN puero st atim corporis, animiq; dotes exsplē duerunt, magis ac magis, deinceps per ætatis gradus: forma egregia, & cui non minus auctoritatis inesset, quàm gratiæ: præcipuum rebus, quanquàm neque procera statura, & ventre paulo proiectiore, memoria singularis, docilitas ad omnes ferè tum belli, tum pacis artes. Armorum, & equitandi peritissimus, Latine, Græcæq; linguæ, vel in orando, vel in singendis poematibus promptus, & facilis ad extemporalityatem vsque: sed ne musicæ quidem rudis, ut qui cantaret, & psalleret iucundè, scienterque. E pluribus cõperi, notis quoq; excipere velocissimè solitū, cum amanuensibus suis per ludum, iocūmque certantem imitari chirographa quæcunque vidisset: ac profiteri, sæpe se maximum falsarium esse potuisse.

Vxores eius, honores, atq; victoriæ. 4

TRibunus militū & in Germania, & in Britaniã meruit, summa industria, nec minore modestia, & fama: sicut apparet ex statuariū & imaginū eius multitudine, ac titulis per utrāq; provinciã. Post stipendia, foro operã dedit, honestã magis, quàm assiduam. Eodẽq; tempore Arricidiã Tertullo patre equite Rom. sed

sed prefecto quondam pratoriarum cohortium
duxit uxorem: & in defunctæ locū Martiam
Furwillam splendidi generis: cum qua, sublata
filia, diuortium fecit. Ex quæstura deinde ho-
nore legioni prepositus, Taricheam, & Gama-
lam vrbes validissimas Iudææ in potestatem
redegit, equo quadam acie sub feminibus amis-
so, alteroq; in scenso, cuius rector contra se dimi-
cans occubuerat.

Hierosolyma expugnata. 5

GAlba mox tenente Rēpub. missus ad gra-
tulanđū, quæ aqua iret, conuertit homines:
quasi adoptionis gratia arcesseretur. Sed ubi
turbari rursus cuncta sensit, rediit ex itinere:
aditoq; Paphiæ Veneris oraculo, dum de nau-
gatione consulit, etiam de Imperij spe confirma-
tus est. Cuius breui compos, & ad perdoman-
dam Iudæam relictus, nouissima Hierosolymo-
rum oppugnatione v. 11. propugnatores toti-
dem sagittarum confecit ictibus: cepitq; eam na-
tali filie suæ, tanto militum gaudio, ac fauore,
vt in gratulatione Imperatorem cum consalu-
tauerint, & subinde decedentem provincia de-
tinuerint, suppliciter, necnon & minaciter ef-
flagitantes, aut remaneret, aut secum omnes pa-
riter abduceret. Vnde nata suspicio est, quæse
desiscere à patre. Orientisq; regnum sibi ven-
dicare tentasset. Quam suspicionem auxit, post-
quam Alexandriam petens, in consecrādo apud

Memphim boue Api, diadema gestauit: de more siquidem, ritū que prisca religionis: sed non deerant, qui secus interpretarentur. Quare festinans in Italiam, cum Rhegium, dehinc Puteolos oneraria nave appulisset, Romam inde contendit expeditissimus: inopinanti que patri, vellut arguens rumorū de se temeritatem, Veni, inquit, pater, veni.

Administratio Imperij.

6

NEque ex eo destitit participē, atq; etiam tutorem Imperij agere. Triūphauit cum patre, Censuramq; gessit vnā. Eidē collega & in tribunitia potestate, & in septem consularibus fuit. Receptaq; ad se propē omnium officiorum cura, cum patris nomine & epistelas ipse dictaret, & edicta conscriberet, orationesq; in Senatu recitaret, etiam Questoris vice, prefecturam quoq; pratorij suscepit, nunquam ad id tempus, nisi ab equite Rom. administratam. Egitq; aliquantō inciuilius, & violentius. Siquidem suspectissimum quinq; sibi submissis qui per theatra, & castra, quasi consensu ad pœnam deposcerent, haud cunctanter oppressit. In his Aulum Cecinnum consularem virum, vocatum ad cœnam, ac vixdum triclinio egressum, confodi iussit: Sanē urgente discrimine, cum etiam chirographum eius preparate apud milites coniurationis deprehendisset. Quibus rebus sicut in posterum securitati satis cauit,

cauit,

cavit, ita ad presens plurimum contraxit inuidia, vt non temerè quis, tam aduerso rumore, magis que inuitis omnibus transferit ad principatum.

Mutatio in melius.

7

Preter seuitiam suspecta in eo etiam luxuria erat: quod ad mediam noctem comestiones cum profusissimo quoque familiarum extenderet. Nec minus libido, propter exoletorum, & stadorum greges, propterque insignem reginae Berenices amorem, cui etiam nuptias pollicitus ferebatur. Suspecta & rapacitas: quod constabat in concionibus patris nudinari, premiarique solitum. Denique propalam alium Neronem & opinebantur, & predicabant. At illi ea fama pro bono cessit, conuersaque est in maximas laudes: neque villo vitio reperto, & contra virtutibus summis. Cœniua instituit iucunda magis, quam profusa. Amicos elegit, quibus etiam post eum principes, vt & sibi & Reipublice necessarijs acquicuerunt, præcipueque sunt vsi. Berenicè statim ab vrbe dimisit inuitus inuitam. Quosdam è gratissimis delicatorum, quamquam tam artifices saltationis, vt mox scenam tenuerint, non modo fovere prolixius, sed spectare in publico omni cœtu supersedit. Nulli ciuium quicquam ademit: abstinuit alieno, vt si quis vnquam: ac ne concessas quidem, ac solitas collationes recepit. Et tamen nemine ante se

munificentia minor. Amphitheatro dedicato, thermisq; in xta celeriter extructis, munus edidit apparatusissimum, largissimumq;. Dedit & nauale praelium in veteri naumachia: ibidem & gladiatores, atque vno die quinque millia omne genus ferarum.

Natura beneuolentissimus. 8

Natura autē beneuolētissimus, cūm ex instituto Tyberij omnes dehinc Cæsares beneficentia à superioribus concessa principibus, aliter rata non haberent, quàm si eadem ipsidem & ipsi dedissent: primus præterita omnia vno confirmauit edicto, nec à se peti passus est. In cæteris verò desiderijs animum hominum obstinatissimè tenuit, ne quem sine spe dimitteret. Quin & admonentibus domesticis, quasi plura polliceretur, quàm præstare posset: Non oportere, ait, quenquam à sermone principis tristem discedere. Atque etiam recordatus quondam super cœnam, quòd nihil cuiquam toto die præstitisset, memorabilem illam, meritoque laudatam vocem edidit: Amici, diem perdidit. Populum in primis vniuersum tãta per omnes occasiones comitate tractauit, vt proposita gladiatorio munere, non ad suum, sed ad spectantium arbitrium editurum se professus sit. Et planè ita fecit. Nam neque negauit quicquam petentibus, & vt qua vellent, peterent, vltro adhortatus est. Quin & studium arma-

tura Thracum præ se ferens, sæpe cum populo
 & voce, & gestu, vt fautor, cauillatus est: ve-
 rum maiestate salua, nec minus æquitate. Ne
 quid popularitatis prætermitteret nõnunquam
 in thermis suis, admissa plebe, lauit. Quædam
 sub eo fortuita, ac tristia acciderunt: vt con-
 flagratio Veseui montis in Campania, & in-
 cendium Romæ, per triduum, totidémque no-
 ctes: item pestilentia quanta non temere aliàs.
 In his tot aduersis, ac talibus, non modò prin-
 cipis sollicitudinem, sed & parentis affectum
 vnicum præstitit: nunc consolando per edicta,
 nunc opitulando, quatenus suppeteret facultas.
 Curatores restituendæ Campaniæ è Consula-
 rium numero sorte duxit. Bona oppressorum in
 Vesewo, quorum hæredes non extabant, restitu-
 tioni afflictarum ciuitatum attribuit. Urbis
 incendio nihil, nisi sibi publicè perisse testatus,
 cuncta prætoriorum suorum ornamenta operi-
 bus, ac templis destinauit: præposuitq; complu-
 res ex equestri ordine, quo quæq; maturius per-
 agerentur. Medendæ valetudini, leniendisque
 morbis, nullam diuinam, humanamq; opem non
 adhibuit, inquisito omnium sacrificiorum, reme-
 diorumq; genere. Inter aduersa temporum, &
 delatores, mandatoresq; erant ex licentia ve-
 teri. Hos assiduè in foro flagellis, ac fustibus
 casos, ac nouissimè tractos per amphithea-
 tri arenam, partim subijci in seruos, ac venire
 impe

imperavit. partim in asperissimas insularum aue-
hi. Utque etiam similia quandoque ausuros per-
petuò coerceret. vetuit inter cetera, de eadem re
pluribus legibus agi, quarum de cuiusquam
defunctorum statu, ultra certos annos.

Clementia eius, & mansuetudo. 9

Pontificatum maximum idè se professus
accipere, ut puras seruaret manus fidem
præstitit: nec auctor posthac cuiusquam necis, nec
consciis, quamuis interdum vlciscendi causa nõ
desset: sed periturum se potius, quam perditu-
rum adiurans. Duos patritij generis conuictos
in affectatione Imperij, nihil amplius, quam
ut desisterent, monuit, dicens principatum fato
dari: si quid præterea desiderarent, promit-
tens se tributurum. Et confestim quidem ad
alterius matrem, quæ procul aberat, cursores
suos misit, qui anxie filium saluum nuntiarent.
Ceterum ipsos non solum familiari carne ad-
hibuit, sed & insequenti die gladiatorum spe-
ctaculo circa se ex industria collocatis, obla-
ta sibi ornamenta pugnantium inspicienda
porrexit. Vicitur etiam cognita utriusque
genitura, imminere ambobus periculum affir-
masse, venturum quandoque & ab alio: si-
cut euenit. Fratrem insidiari sibi non desinen-
tem, sed penè ex professo sollicitantem exerci-
tus, meditantem fugam, nec occidere, neque se-
ponere, ac ne in minare quidem honore habere

sustinuit: sed vt à primo Imperij die, confortem. successoremq; testari perseverauit: nonnumquam secretò lacrymis, & precibus orans, vt tandem mutuo erga se animo vellet esset.

Gesta per eum in sua morte. IO

INter hæc morte præuentus est, maiore hominum damno, quàm suo. Spectaculis absolutis, in quorum fine, populo coram vbertim fleuerat, Sabinos petit aliquantò tristior, quòd sacrificanti hostia aufugerat, quodq; tempestate serena tonuerat. Deinde ad primam statim mansionē febrim nactus, cum inde lectica transferretur, suspexisse dicitur dimotis plagulis cælum, multumq; conquestus, eripi sibi vitam immerenti. Neq; enim extare vllum suum factum pœnitendum, excepto duntaxat vno: id quale fuerit, neque ipse tunc prodidit, neque cuiquam facillè succurrit. Quidam opinantur consuetudinem recordatum, quam cum fratris vxore habuerit. Sed nullam habuisse per sanctē Domitia iurabat: haud negatura, si qua omnino fuisset: imò etiam gloriatura, quod illi promptissimum erat in omnibus probris.

Locus & tempus mortis eiusdem. II

EXcessit in eadem, qua pater, villa, Idibus Septembris, post biennium, ac menses duos, diesq; xx. quàm successerat patri, altero & quadragesimo atatis anno. Quod vt palam factū est, nō secus atq; in domestico luctu marentibus

tibus publicè cunctis, Senatus prius, quàm edicto conuocaretur, ad curiam cucurrit: obseratisq; adhuc foribus, deinde apertis, tantas mortuo gratias egit, laudesq; quantas congescit ne vino quidem vnquam, atque presenti.

C. SVETONII TRAN-
 QVILLI, FLAVIVS
 DOMITIA-
 NVS.

Domitiani ortus, & adolescentia. I



DOMITIANVS natus est IX. Calen. Nouembris, patre COS. designato, in iuroq; mense insequenti honorem, regione vr- bis sexta, ad Malum Punicum, domo, quam postea in templum gentis Flauia conuertit. Pubertatis, ac primæ adolescentiæ tempus, tanta inopia, tantaq; infamia gessisse fertur, vt nullum vas argenteum in vsu haberet. Satisq; constat, Claudium Pollionem prætorium virum, in quem est pœma Neronis, quod inscribitur Luscio, chirographum eius conseruasse, & nonnunquam protulisse, noctem sibi pollicentis: nec defuerunt, qui affirmarent corruptum Domitianum, & à Nerua, successore mox suo. Bello Vitelliano confugit in Capitolium, cum patruo Sabino, ac parte presentium

copiarum: sed irrumpentibus aduersarijs, & ardente templo, apud edituum clam pernoctauit: ac manè Isiaci celatus habitu, interque sacrificulos vana superstitionis, cum se trans Tyberim ad condiscipuli sui matrem, comite vno cõtulisset, ita latuit, vt à scrutantibus, qui vestigia subsecuti erant, deprehendi non potuerit. Post victoriam demum progressus, & Caesar consulatus, honorem præturae urbanae cum consulari potestate suscepit titulo tenus: quam iurisdictionem ad collegam proximum transtulit. Caterùm omnem vim dominationis tam licenter exercuit, vt iam tum, qualis futurus esset, ostenderet. Ne exequar singula, centrectatis multorum vxoribus, Domitiam Longinam Alio Lamiae nuptam, etiam in matrimonium abduxit: atque vno die super xx. urbana officia, atque peregrina distribuit: mirari se Vespasiano dictitante, quod successorem non & sibi mitteret.

Gesta per eum ante principatum. 2

EXpeditionem quoque in Galliam, Germaniaeq; neq; necessariam, & dissuadentibus paternis amicis, inchoauit, tantùm vt fratri se & operibus, & dignatione adaequaret. Ob hac correptus, quò magis etatis, & conditionis admoneretur, habitabat cum patre vnà, sel lamque eius, ac fratris, quoties prodirent, lectica sequebatur, ac triumphum vtriusq; Iudai-

cum, equo albo comitatus est. In sex consulatibus non nisi vnum ordinarium gessit: cumq; cedente, & suffragante fratre. Simulauit & ipse, mirè modestiam: in primisq; poetice studium tam insuetum antea sibi, quam postea spretū, & abiectū: recitauitq; etiā publicè. Nec tamen eo secius, cum Vologesus Parthorū rex auxilia aduersus Alanos, ducēq; alterū ex Vspasiani liberis depoposcisset, omni ope contendit, vt ipse potissimum mitteretur. Et quia discussa res est, alios Orientis reges, vt idē postularent, donis ac pollicitationibus sollicitare tentauit. Patre defuncto, diu cunctatus, an duplum donatiuū militi donaret, nunquā iactare dubitauit, reliquum se principē Imperij, sed fraudē testamēto adhibitam. Neq; cessauit ex eo insidias struere fratri clam, palamq;: quoad correptū graui valetudine prius, quā planè efflaret animā, pro mortuo deseri iussit: defunctumq; nullo, præter quā consecrationis honore dignatus. Sæpe etiā carpsit obliquis orationibus, & edictis.

Gesta per eum in initio principatus. 3

INter initia principatus, quotidie secretum sibi horariam sumere solebat: nec quicquam amplius, quā muscas captare, ac stylo præexto configere: vt cuidam interroganti, escēne quis intus cum Cesare, non absurdè responsum sit à Vibio Crispo, Ne musca quidem. Deinde uxorem suam Domitiam, ex qua in secundo suo

do suo Consulatu filium tulerat, alteroq; anno
 consulauerat vt Augustam, eandem Pa-
 ridis histrionis amore deperditam, repudicauit:
 intraq; breue tempus impatiens dissidij, quasi
 efflagitante populo, reduxit. Circa administra-
 tionem Imperij aliquandiu se varium præsti-
 tit: mistura quoq; inæquabili vitiorum, atque
 virtutum, donec virtutes quoq; in vitia defle-
 xit: quantum coniectare licet, superingenij na-
 turam, inopia rapax, metu seuus.

Spectacula per eum edita, ac eius
 liberalitas. 4

Spectacula magnifica assidue, & sumptuo-
 sa edidit, non in Amphitheatro modo, ve-
 rum & in Circo: vbi præter solennes bigarum,
 quadrigarumq; cursus, præliū duplex etiam,
 equestre, ac pedestre commisit: atq; in Amphi-
 theatro navale quoq;. Nam venationes gladiato-
 resq; & noctibus ad lychnuchos, nec virorum
 modo pugnas sed & foeminarū. Præterea qua-
 storj's muneribus, quæ olim omissa reuocau-
 rat, ita semper interfuit, vt populo potest atq; fa-
 ceret, bina paria è suo ludopostulandi, quæ no-
 uissima aulico apparatu induceret. Ac per om-
 ne gladiatorum spectaculum ante pedes eius
 stabat puerulus coccinatus, portentoso, par-
 moq; capite, cum quo plurimum fabulabatur,
 nonnunquam serid. Auditus est certè, dum ex-
 ao querit, ecquid sciret, et quid sibi visum esset.

ordinatione proxima, Aegypto praeficere Metium Rufum. Edidit nauales pugnas penè iustarum classium, effoso & circumducto iuxta Tyberim lacu: atq; inter maximos imbres prospexit. Fecit & ludos seculares: computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat. In his Circensium die, quò facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spatij: ad quina corripuit. Instituit & quinquennale certamen, Capitolino Ioui triplex, musicum, equestre, gymnium, & aliquanto plurimum, quam nunc est, coronatorum. Certabant etiam & prosa oratione Graecè, Latineq; , ac praeter citharcedos chorocitharistae quoq; , & psallicitharistae. In stadio verò cursu etiam virginis certamini praesedit crepidatus, purpureaeque amictus toga Germanica, capite gestans coronam auream, cum effigie Iouis, ac Iunonis, Minervaeq; , assidentibus Diali sacerdote, & collegio Flauialium pari habitu: nisi quòd illorum coronis inerat & ipsius imago. Celebrabat & in Albano quotannis Quinquatria Minervae, cui collegium instituerat: ex quo sorte ducti magisterio fungeretur, redderentq; eximias venationes, & scenicos ludos, superq; oratorum, ac poetarum certamina. Congiariu populo nummorum trecentorum ter dedit, atq; inter spectacula muneris largissimum epulum. Septimontiali sa-

crorum quidem die, Senatui, equitūq; panarū,
plebeis sportellis cum obsonio distributis. Ini-
tium rescendi primus fecit, dieq; proximo omne
genus rerum missilia sparsit: & quia pars ma-
ior intra popularia deciderat, quinquagenas
tesseras in singulos cuneos equestris, ac senato-
rū ordinis pronuntiauit.

Opera publica per eum facta. 5

Plurima, & amplissima opera incendio ab-
sumpta restituit, in quibus erat et Capitolium,
quod rursus arserat: sed omnia sub titulo tantū
suo, ac sine vlla pristini auctoris memoria. No-
uam autem excitauit ad eum in Capitolio Custodi
Ioui, & forum, quod nūc Nerua vocatur. Item
Flauia templū gentis, & stadiū, & odeum, &
naumachiā: e cuius postea lapide maximus Cir-
cus, deustis vtrinque lateribus, extructus est.

Expeditiones per eum susceptæ. 6

Expeditiones partim sponte suscepit, partim
necessario. Spote in Catos, necessario vnā
in Sarmatas, legione cum legato simul casa.
In Dacos duas, primam Oppio Sabino consu-
lari oppresso, secundam Cornelio Fusco prefe-
cto cohortium pratorianarū, cui belli summam
commiserat. De Cattis, Dacisq; post varia præ-
lia, duplicē triumphum egit. De Sarmatis lau-
ream modò Capitolino Ioui retulit. Bellū civile
motum à L. Antonio superioris Germania
præsidi confecit absens felicitate mira: cum ipsa

dimicationis hora resolutus repente Rhenum, transituras ad Antonium copias Barbarorum inhibuisset. De qua victoria prius presagus, quam nuntius conserit. Siquidem ipso, quo dimicatum est, die, statuam eius Romæ insignis aquila circumplexa pennis, clangores letissimos edidit, pauloq; post occisum Antonium ad eum vulgatum est, ut caput eius quoq; apportatum vidisse se pleriq; contenderent.

Quædam instituta, & ordinata

per eum.

Multa etiam in communi rerum vsu nouavit. Sportulas publicas sustulit, reuocata cornarum rectorum consuetudine. Duas Circensibus gregum factiones aurati, purpureiq; panni ad quatuor pristinas addidit. Interdixit histrionibus scenam, intra domum quidem excercendi artem iure concessio. Castrari mares vetuit. Spadonum, qui residui apud mangones erant, pretia moderatus est. Ad summam quondam vbertatem vini, frumenti vero inopiam, existimans nimio vinearum studio negligi arua, edixit ne quis in Italia nouellaret, utq; in proximis vineta succinderentur, relicta (ubi plurimum) dimidia parte, nec exequi rem perseueravit. Quædam ex maximis officijs inter libertinos, militesq; Romæ comunicauit. Geminari legionum castra prohibuit, nec plus, quam mille nummos à quoquã ad signa deponi: quod

L. Antonius apud duarum legionum hyberna, res nouas moliens, fiduciam cepisse etiam ex depositorum summa ridebatur. Addidit & quartum stipendium militi, aureos ternos.

Diligentia eius, & industria in iure
dicendo. 8

Ivs diligenter, & industriè dixit. Plerunq; & in foro pro tribunali extra ordinem ambitiosas Centumuirorum sententiâ rescidit. Recuperatores, ne se semper persuasorÿs assertionibus accommodarent, identidem admonuit. Nummarios iudices cum suo quenque consilio notauit. Autor & Trib. pleb. fuit, Aedilem fordidum repetundarum accusandi, iudicésque in eum à senatu petendi. Magistratibus quoq; urbicis, prouinciarumq; præsidibus coercendis, tantum curæ adhibuit, vt neque modestiores vnquam, neque iustiores extiterint: è quibus plerosque post illum reos omnium criminum vidimus. Suscepta morum correctione, licentiam theatralē promiscuè in equite spectandi ihibuit. Scripta famosa, vulgòq; edita, quibus primores viri, ac femina notabantur, aboleuit non sine autorum ignominia. Questorium virum, quod gesticulandi, saltandiq; studio teneretur, mouit senatu. Probrosis feminis lecticæ usum ademit, iusq; capiendi legata, hereditatésq;. Equitem Rom. ob reductâ in matrimonium uxorem, cui dimissæ adulterÿ crimen

intenderat, erasit iudicum albo. Quosdam ex utroq; ordine lege Scatinia condemnauit. Incesta Vestalium virginum, à patre suo quoq; & fratre neglecta variè, ac seuerè coercuit, priora capitali supplicio, posteriora more veteri. Nam cum Ocellatis sororibus, item Varonilla liberum mortis permisisset arbitrium, corruptorèsq; earum relegasset, mox Corneliam virginem maximam, absolutam olim, dehinc longo interuallo repetitam, atque conuictam, defodi imperauit: Stupratorèsq; virgis in comitio ad necem cadi, excepto pretorio viro: cui dubia etiamnum causa, & incertis quæstionibus, atq; tormentis de semet professò, exilium indulxit. Ac ne qua religio Deum impune contaminaretur, monimentum, quod libertus eius è lapidibus templo Capitolini Iouis destinatis filio construxerat, diruit per milites, ossaq; & reliquias, que inerrant, mari merfit.

Clementia eius, & largitas in
inirio principatus.

INter initia vsque adeo ab omni cede abhorrebat, vt absente adhuc patre, recordatus Vergilij versum,

Impia quam castis gens est epulata iuuentis,
edicere destinauerit, ne boues immolarentur,
Cupiditatis quoq; atq; auaritia vix suspicione
vllam, aut priuatus vnquam, aut princeps aliquandiu dedit, imò è diuerso magna saepe non
abstin

abſtinentia modo, ſed etiam liberalitatis experimenta. Omnes circa ſe largiſſimè proſecutus, nihil prius, aut acrius monuit, quàm ne quid ſordidè facerèt. Relictas ſibi hereditates ab ijs, quibus liberi erant, nõ recepit. Legatum etiam ex teſtamento Ruſcuj Cepionis, qui cauerat, vt quotannis ingredientibus curiam Senatoribus certam ſummam viritim præſtaret heres ſuus, irritum fecit. Reos, qui ante quinquèniũ proximũ apud ararium pependiſſent, vniuerſos diſcrimine liberauit: nec repeti, niſi intra annũ, eaq; conditione permiſit, vt accuſatori, qui cauſam nõ teneret, exiliũ pœna eſſet. Scribas queſtorios negotiantes ex conſuetudine, ſed contra Clodiam legem, venia in præteritum donauit. Subciſiua, quæ diuiſis per veteranos agris carptim ſuperfuerit, veteribus poſſeſſoribus, vt ruſcaptã conceſſit. Fyſcales calũnias magna calumniantium pœna repreſſit: ferebaturq; vox eius, Princeps qui delatores nõ caſtigat, irritat.

Seuitia, & crudelitas eius

in plurimos.

10

SEd neq; in clementia, neq; in abſtinentia ſtenore permansiſt: & tamen aliquantò celerius ad ſeuitiam deſciuit, quàm ad cupiditatem. Diſcipulum Paridis pantomimi puerum adhuc, etiam tum maximè agrum, quòd arte, formãq; non abſimili magiſtro videbatur, occidit. Item Hermogenem Tarſenſem, pro-

pter quasdā in historia figuras, librarij etiam,
 quæ eam descripserant, crucifixis. Patrem fami-
 lias, quod Thracem Mirmilloni parem, mune-
 rario imparem dixerat, detractū è spectaculis
 in arenam, canibus obiecit, cum hoc titulo, Im-
 piè locutus parmularius. Complures Senatores
 in his aliquot consulares, interemit: ex quibus
 Ciuicam Cerealem in ipso Asiæ proconsulatu,
 Saluidicnum Orsitum, Acilium Glabrimonem
 exilio, quasi molitores: non arum rerum. Cete-
 ros leuissima quæq; de causa, Aelium La-
 miam, ob suspiciosos quidem, verum & veteres,
 & innoxios iocos: quod post abductā uxorem
 laudanti vocē suam, Heu taceo, dixerat: quodq;
 Tito hortanti se ad alterum matrimonium re-
 sponderat, μή γε σὶ γὰρ μὴσ αὐθ' ἔδειξ; Saluim
 Cocceanum, quod Othonis Imperatoris patru-
 sui diem natalem celebrauerat: Metium Pom-
 posianum, quod habere Imperatoriam gene-
 sim vulgò ferebatur, & quod depictum orbem
 terre in membranas, concionēsq; regum, ac
 ducum ex Tito Liuiο circumferret, quodque
 seruis nomina Magonis, & Annibalis indi-
 disse. Sallustium Lucullum Britannia lega-
 tum, quod lanceas nouæ formæ appellari Lu-
 culleas passus esset. Iunium Rusticum, quod
 Pati Thraseæ, & Eluidij Prisci laudes edidisset,
 appellaretque eos sanctissimos viros: cuius
 criminis occasione, Philosophos omnes vrbe,
 Ital

Italiaq; summonit. Occidit & Eluidiū filium; quod quasi scenico exodio sub persona Paridis & Oenones diuortium suum cum vxore tractasset. Flauium Sabinum alterum è patruelibus, quod eum comitorum consularium die destinatum, perperam præconem Consulem ad populum, sed Imperatorem pronuntiaffet. Verum aliquantò post civilis belli victoriam seuior, pleriq; partis aduersæ, dudum etiam latentes conscios, inuestigato nouo quæstionis genere distorsit, immisso per obscurna igne. Nonnullis & manus amputauit. Satisq; constat, duos solos è notioribus venia donatos, Tribunum laticlauium, & Centurionem, qui se, quò facilius expertes culpæ ostenderent, impudicos probauerant, & ob id neq; apud ducem, nec apud milites ullius momenti esse potuisse.

Item eiusdem sæuitia, &
crudelitas. II

ERat autem non solum magna, sed & calide, inopinataq; sæuitia. Autorem summarum pridie quam crucifigeret, in cubiculum vocauit: asidere in toro iuxta coegit, securum, hilarémq; dimisit, partibus etiam de cœna dignatus est. Aretinum Clementem consularem virum, è familiaribus, & emissarijs suis, capitis condemnaturus, in eadem, vel etiam in maiore gratia habuit, quoad nouissimè simul gestanti conspecto delatore eius; *Vix*, inquit, hunc nequis

nequissimum seruum cras audiamus? Et quò contemptius abuteretur patientia hominum, nunquam tristiorē sententiā, sine præfatione clementiæ, pronuntiavit, ut non aliud iam certius atrocis exitus signum esset, quàm principj lenitas. Quosdam maiestatis reos in curiam induxerat: & cum prædixisset experturum se illa die, quàm charus Senatui esset, facile perfecerat, ut etiam more maiorum puniendi condemnarentur: deinde atrocitate pœnæ conterritus, ad leniendam inuidiam intercessit, his verbis: (neque enim ab re fuerit ipsa cognoscere.) Permittite, Patres Conscripti, à pietate vestra impetrari, quod scio me difficulter impetraturum, ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis. Nam & parcetis oculis vestris, & intelligent me omnes, Senatui interfuisse.

Rapina, & extorsiones eius. 12

Exhaustus operum, ac munerum impensis, stipendiòque, quod adiecerat, tentavit quidem, ad releuandos castrensēs sumptus, militum numerum diminuere. Sed cum obnoxium se Barbaris per hoc animaduertēret, neque secius eo in explicandis oneribus omnibus hereret, nihil pensi habuit, quin prædaretur omnimodo. Bona viuorum, & mortuorum vsque quaque, quolibet & accusatore, & crimine corripiebantur. Satis erat obijci quaecumque factum, dictumque aduersum maiestatem principis. Confiscab

fiscabantur alienissima hereditates, vel existente vno, qui diceret, audisse se ex defuncto, cum viueret, heredem sibi Casarem esse. Præter ceteros Iudaicus fiscus acerbissime actus est, ad quem deferebatur, qui velut profecti Iudaicam intra urbem viuerent vitam, vel dissimulata origine imposita genti tributa non pependissent. Interfuisse me adolescentulum memini, cum à procuratore, frequentissimòq; consilio inspicretur nonagenarius senex, an circumspectus esset. Ab iuuenta minimè civilis animi, confidens etiam, & tum verbis, tum rebus immodicus. Cenidi patris concubinae ex Histria reuerse, osculumq; vt assueuerat, offerenti, manum præbuit. Generum fratris indignè ferens, albatos & ipsum ministros habere, proclamauit, *δὴν ἄλλοδὸν ἠοδὸν οἰοῦμαι*.

Elatio eius, & vana gloria. 13

P Rincipatum verò adeptus, neque in Senatu iactare dubitauit, & patri se, & fratri Imperium dedisse, illos sibi reddidisse. Neque in reducenda post diuortium vxore edicere, vocatam eam in puluinar suis: acclamari etiam in Amphitheatro epulari die libenter audit, Domino, & Dominae feliciter. Sed & Capitolino certamine cunctos ingenti consensu precantes, vt Palfurium Suram restitueret, pulsum olim Senatu, ac tunc de oratoribus coronatum: nullo responso dignatus, tacere tan-

summodo iussit, voce præconis. Pari arroganti-
 a, cum procuratorum suorum nomine forma-
 lem dicitaret epistolam, sic cœpit, Dominus, &
 Deus noster sic fieri iubet. Vnde institutum
 posthac, vt ne scripto quidem, ac sermone cuius-
 quam appellaretur aliter. Statuas sibi in Ca-
 pitolio non nisi aureas, & argenteas poni per-
 misit, ac ponderis certi. Ianos, arcusq; cum qua-
 drigis, & insignibus triumphorum per regiones
 vrbis tantos, ac tot extruxit, vt cūdam Græcè
 inscriptum arcui sit, Aream, & Caluittium.
 Consulatus xvii. cepit, quot ante eum nemo.
 Ex quibus septē medios continuauit: omnes au-
 tem penè titulo tenuis gessit, nec quenquam vl-
 tra Calendas Maij. plures ad Idus vsq; Ianua-
 rias. Post autem duos triumphos, Germanici co-
 gnomine assumpto, Septembri mensem, & O-
 ctobrem ex appellationibus suis, Germanicum,
 Domitianumq; transuocinavit, quod altero
 suscepisset Imperium, altero natus esset.

Coniuratio contra eum facta,
 & suspicio mortis, quam
 habebat.

Per hæc terribilis cunctis, & inuisus, tan-
 dem oppressus est, amicorum, libertorumq;
 intimorum cōspiratione, simul & vxoris. An-
 num, diemq; vltimum vitæ iam pridem suspe-
 ctum habebat, horam etiam, nec non & genus
 mortis. Adolescentulo Chaldæi cuncta prædi-
 xerat.

xerant. Pater quoque super coenam quandam
fungis abstinentem palam irriserat, et igna-
rum sortis suae, quod non ferrum potius timeret.
Quare pauidus semper, atque anxius, minimis
etiam suspicionibus praeter modum commoue-
batur: ut edicti de excidendis vineis propositi,
gratiam facere non alia magis re compulsus
credatur, quam quod sparsi libelli cum his ver-
sibus erant,

Κῆρ μὲ φάγυσ ἀπὶ πίπυ, ὅπως ἔτι καὶ πρὸ ποσῶν
ὄσ' ἐν ἰσπείσσει καίσαρι θυοῦδῶ.

Eadem formidine oblatus à senatu novum, et
excogitatum honorem, quamquam omnium ta-
lium appetentissimus, recusavit: quo decretum
erat, ut quoties gereret consulatum, equites Ro-
quibus sors obtigisset, trabeati, et cum hastis
militaribus procederent cum, inter lictores, ap-
paritorésque. Tempore quoque suspecti periculi
appropinquante, sollicitus in dies porticum, in
quibus spatium consueverat, parietes Phengite
lapide distinxit: è cuius splendore per imagi-
nes quicquid à tergo fieret, prouideret. Et nec
nisi secreto, atque solus, plerasque custodias, rece-
ptis quidem in manu catenis, audiebat. Utque do-
mesticis persuaderet, ne bono quidem exemplo,
audendam esse patroni necem, Epaphroditum à
libellis capitali poena condemnauit, quod post-
destitutionem, Nero in adipiscenda morte, ma-
xime aditus existimabatur.

Patruelis per eum occisus, & prodigia mortis eius. 15

DEnique Flauium Clementem patruelium suum cōtemptissima inertia, cuius filios, etiamnum paruulos, successores palam destinauerat, & abolito priore nomine, alterum Vespasianum appellari iusserat, alterum Domitianum, repentē ex tenuissima suspitione tantum non ipso eius consulatu interemit. Quomaximē facto maturauit sibi exitum. Continuis octo mensibus tot fulgura facta, nuntiatāque sunt, vt exclamauerit, Feriat iam quem uolet. Tactum de caelo Capitolium, tēplumq; Flauie gentis; item domus Palatina, & cubiculum ipsius, atque etiam ē basi statuę triumphalis titulus excussus vi procella in monimētum proximum decidit. Arbor, quę priuato adhuc Vespasiano euerſa surrexerat, tunc rursus repentē corruit. Prænestina Fortuna, toto Imperij spatium annum nouum cōmendāti, letam eandemq; semper sortem dare assueta, extremo tristissimam reddidit, nec sine sanguinis mētione. Minervam, quā superstitione colebat, somniauit excedere sacrario, negantēque vltra se tuere eum posse, quod ex armata esset à Ioue. Nulla tamen re perinde commotus est, quā responsō casū que Asclerionis mathematici. Hunc delatum, nec inficiantem iactasse se, quę prouidisset ex arte, sciscitatus est, quis ipsum maneret

exitus

exitus: & affirmantem fore, ut breui laceraretur à canibus: interfici quidē sine mora, sed ad coarguendam temeritatem artis, sepeliri quocq; accuratissimè imperauit. Quod cum fieret, euenit, ut repentina tempestate, deiecto funere semiuustum cadauer discerperent canes: idq; ei cenantia à mimo Latino, qui prateriens fortè animaduertat, inter ceteras diei fabulas referretur.

Signa mortis eius. 16

PRidie quam periret, cum oblatos tuberos seruari iussisset in crastinū, adiecit, Si modo uti licuerit. Et cōuersus ad proximos, affirmauit fore, ut sequēti die Luna se in Aquario cruentaret, factumq; aliquod existeret, de quo loquerentur homines per terrarum orbem. At circa mediam noctem ita est exterritus, ut exstrato profiliaret. Dehinc manē aruspice ex Germania missum, qui consultus de fulgure mutationem rerum prädixerat, audiūt, condemnauitq;. Ac dum exulceratam in fronte verrucam vehementius scalpit, profluente sanguine, Utinam, inquit, haecenus. Tunc horas requirenti, pro quinta, quam metuebat, sexta ex industria nūntiata est. His, velut trāsactio iam periculo, letum festinantemq; ad corporis curam, Parthenius cubiculo prępositus conuertit, nūntians esse, qui magnum nescio quid afferret, nec dissecundum. Itaq; summois omnibus, in cubiculum

se recepit, atque ibi occisus est.

De infidiis, & cæde eiusdem. 17

DE infidiarū cædisq; genere, hæc ferè diuulgata sunt: Cūstantibus cōspiratis, quando & quomodo, id est, lauante mne, an coenante aggrederentur, Stephanus Domicille procurator, & tunc interceptarum pecuniarum reus, cōsiliū operamq; obtulit. Ac sinisteriore brachio velut agro, lanis fasciisque per aliquot dies ad auertendam suspicionem obuoluto, ad ipsam horam, dolum interiecit, professusq; cōspirationis indicium, & ob hoc admissus, legēi traditum à se libellum, & attonito suffodit inquina. Saucium, ac repugnantem adorti Clodianus Cornicularius, et Maximus Parthenij libertus, & Satorius Decurio cubiculariorū, & quidam è gladiatorio ludo, vulneribus septem contrucidauerūt. Puer, qui curæ Lariū cubiculi ex consuetudine assistens, interfuit cædi, hoc amplius narrabat, se iussum à Domitiano ad primum statim vulnus pugionē puluino subditum porrigere, ac ministros vocare: neque ad caput quicquam excepto capulo, et prætereā omnia clausa reperisse: atq; illum interim correpto, deductoq; ad terram Stephano, collectatum diu, modo ferrum extorquere, modo quamquam laniatis digitis, oculos effodere conatum. Occisus est XIII. Cal. Octobris, anno ætatis XLV. Imperij XV. Cadaver eius populam sum-

dapila

lapila per vespillones exportatum, Phyllis nutritrix in suburbano suo Latina via fuerat: sed reliquias templo Flaviae genitricis clam intulit, cineribusque Iuliae filiae Titi, quam & ipsa educaverat, commiscuit.

Statura, & pulchritudo eius. 18

Statura fuit procera, vultu modesto, rubrisque pleno, grandibus oculis, verum acie hebetiore, praeterea pulcher ac decens, maxime inventa, & quidem toto corpore, exceptis pedibus, quorum digitos restrictiores habebat, postea caluitio quoque deformis & obesitate ventris, & crurum gracilitate. quae tamen ei valetudine longa remacruerant. Commendari se recundia oris adeo sentiebat, ut apud Senatum sic quondam iactauerit, Usque adhuc certe animum meum probastis, & vultum. Caluitio ita offendebatur, ut in contumeliam suam traheret, si cui alij ioco, vel iurgio obieceretur: quamvis libello, quem de cura capillorum ad amicum edidit. etiam illum simul, seque consolans inferuerit. *ὁ γὰρ ὄφθαλμοὺς καὶ τὴν ὕψος τῆς* Eadem remanent in cum capillorum fata, & forti animo serocomam in adolescentia senescentem. Scias nec gratius quicquam decore, nec breuius.

Pericia eius in sagittando, & laborum

Laboris impatiens, per urbem pedibus non

remere ambulavit. In expeditione, & agmine equo rarius, lectica assidue vectus est. Armis nullo, sagittarum vel præcipuo studio tenebatur. Centenas varij generis feras sæpe in Albanis secessu conficiendum spectare plerique, atque etiam ex industria. ita quærundã capita figentem, ut duobus ictibus quasi cornua effingeret. Nonnunquam in pueri procul stantis, præbentisq; pro scopulo dispersam dextra manus palmam, sagittas tanta arte direxit, ut omnes per interualla digitorum innocua euaderent.

Facundia eius, & studium. 20

Liberalia studia in initio Imperij neglexit, quãquam bibliothecas incendio absumptas impensissimè reparare curasset, exemplaribus vndique petitis, missisq; Alexandriam, qui describerent, emendarentq;. Nunquam tamẽ aut historie, carminibusue cognoscendis operam ullã, aut stylo vel necessario dedit. Præter commentarios, & acta Tyberij Cesaris, nihil lectitabat: epistolas, orationesque, & edicta alieno formabat ingenio, sermonis tamen nec inelegantis. Dictorũ interdum etiam notabilium, vellem, inquit, tam formosus esse, quã Metius sibi videtur. Et cuiusdam caput varietate capilli subrutilum, & incanum, perfusam inuenit vulso dixit.

Vsus alex. & coniuia, & alia, gesta

per eum.

21

Condit

Conditionem principum miserrimam aiebat, quibus de cōiuratione cōperta non crederetur, nisi occisis. Quoties otium esset, alea se oblectabat, etiam profestis diebus, matutinisq; horis: ac lauabat de die, prandeatq; ad satietatē, vt nou temerē super coenam prater Martianum malū, & modicam in ampulla potiuuculam sumeret. Conuiuabatur frequenter, ac largē, sed penē raptim, certē non vltra Solis occasum, nec vt postea comessaretur. Nam ad horam somni nihil aliud, quā secretō solus deambulabat.

Libido & luxuria eiusdem. 22

Libidinis nimiae, assiduitatem concubitus velut exercitationis genus, clinopalen vocabat. Eratq; fama, quasi concubinas ipse diuelleret, nataretq; inter vulgatissimas meretrices. Fratris filiā adhuc virginem oblatam in matrimonium sibi, cum deuinctus Domitiae nuptijs pertinacissimē recusasset, non multo post alij collocatam vltro corrupit, & quidem viuo etiam tum Tito: mox patre ac virō orbatam, ardentissimē, palamq; dilexit, vt etiam causa mortis extiterit, coacta conceptum à se abigere.

Mœstitia militum, & læritia Senatus
in morte eius. 23

Occisum eum, populus indifferenter, miles grauissimē tulit, statimq; eū diuū appellare conatus, paratus & vlcisci, nisi duces defuiss

defuissent, quod quidem paulo post fecit, expo-
 stulatis ad pœnam pertinacissimè cædis auto-
 ribus. Contrà, Senatus adeo latatus est, vt re-
 pleta certatim curia non temperaret, quin mor-
 tuum contumeliosissimo, atque acerbissimo ac-
 clamatorum genere laceraret: scælas etiam in-
 ferri, clypeosq; & imagines eius coràm detrahi;
 & ibidem solo affligi iuberet, nouissimè era-
 dendos ubique titulos; abolendamq; omnem me-
 moriam decerneret. Ante paucos quàm occide-
 retur menses, cornix in Capitolio elocuta est,
 ἡ γὰρ ὠκύρα κελῶς. Nec defuit qui ostentum
 sic interpretaretur:

Nuper Tarpeio quæ sedit culmine cornix,

Est bene, non potuit dicere: dixit, Erit.

Ipsam etiam Domitianum ferunt somniasse,
 gibbam sibi ponere ceruicem auream evatams
 pro certoque habuisse beatiorem post se,

latioremq; portendi Rēpublicæ sta-
 tum. Sicut sanè breui euenit
 abstinentia, & mode-

ratione in sequē-

tium princi-

pum.

M

FINIS.

IOAN

...

...

...

...

IOAN. BAPTISTA

EGNATIVS IACOBO

MINVTIO

S A L.



Qui principibus, illustrioribusq;
 viris ingenij sui monimeta nū-
 cupāt, Minuti clarissime, aliq;
 id agūt, vt aut veteri, summaq;
 in eos obseruātia sese id tribuis-
 se dicant: atq; vt eorum praesidio tuti, inuidians
 minus grauem ac noxiam sentiant: aliq; vt fru-
 etum alieni de se iudicij ea indicatura perci-
 piant. Nec desunt, qui posteritatis laude rapti,
 ac immortalitatis spe quadam inflammati, ea
 sibi nomina deligāt nuncupatione, qua diutis-
 simè & viuere, & florere posse sibi persuase-
 rint. Id quod à pictoribus, artificibusq; plerisq;
 obseruatum animaduertas: qui Deorum, prin-
 cipumq; effingēdis imaginibus, eò libētius stu-
 deant, quò minus obnoxia illa existiment aut
 hominum, aut temporis iniuria fore. Sūt etiam
 qui hoc veluti sacro literarum munere prome-
 reri gratiam, beneuolentiāq; eorum cupiant:
 siquidem haud inter prostremas laudes referrī
 debet, siquis principibus perplaceat. Sed
 & multi facile sese, operamq; suam his osten-
 tant, quorum & autoritate ornari, & opibus
 augeri se sperent. Ego. vt ex prioribus quas-

dam fortasse sequar: sic certè duas, quarum altera publica, communisq; tibi cum gente Gallica, altera planè tua, ac propria sit, secutum in primis esse me non negem. Et communis quidem illa, quòd cum singulari ac diuina potius Grolierij beneficentia Mediolani agens alterum abhinc annum ornatus, auctusq; sim, non possum iam ex illo tibi, tuisq; omnibus, etiam atque etiam non perpetuò velle debere. Illius enim consuetudine & opera, facile quanta gentis vestrae morum simplicitas, quæ publica, domesticâque disciplina, quæ in omnes charitas, quæ in Deum pietas vestra foret, est perspectum mihi planè, ac cognitum. Quid enim vobis ipsis magis rectum, apertumque esse potest? Quid minus insidiosum ac fallax? Arctoe (inquiunt) gentes hoc omnes habent. Ego verò cum fallacissimas ex his multas legam, non celo; sed natura planè hoc vestra, optimæq; discipline id tribuam. Iam quid animorum voluntatumq; vestrarum si aternâ in omnibus consensionem prædicem? quam non conuiuiorum frequentia tantum, sed officiorum communicatione, ac summa charitatis mutue testificatione tuemini. Hæc verò vobis ad eò natura insita, vsu parta: cõsuetudine aucta fuisse videtur, vt tot mihi germani fratres, non de facie solum, sed de morum in primis similitudine, atque equalitate videamini. Quare non immeritò admirati

Pœnorum legati etiam in hoste, Romano scilicet Pop. id plurimum esse dicuntur, quòd conuiuio accepti à pluribus ciuitatis principibus, eodem ubiq; cenassent argento, testati nullos hominũ benignius Rom. Pop. viuere. Nam quid de vestra in regm obseruãtia, in Deum pietate dicam? Quæ enim vnquam gēs aut externos principes non admisit, aut admissos non interdum expulit? sepe etiam per summũ scelus non occidit? Francis id proprium ac peculiare, nullos vnquam externos pati: suos autẽ vsque adeo amare ac colere, vt pro eius dignitate ac maiestate tuenda non opes tantũ, sed vitam profundere possint. Illa verò, quæ Deo ac religioni debetur, tãtã alisq; est, vt sileri melius putem: cùm vestigia haud sanè leuiter impressa, tot & tanta extẽt, vt nulla vnquam delere illam obliuio, nulla obscurare temporũ iniquitas valeat. Ceterũ excellens quædã ac cocimia in te virtus, secundusq; ac constans hominum de te rumor, & Ioannis in primis Francisci Asulani adolescentis, cùm summæ stetit, tum verò laudum tuarum studiosissimi prædicatio effecit, vt & ego te pridem literis consulendum duxerim, & nunc Casares tibi meos, reliquãque ad hosce non vulgarem (nisi fallor) industriam cupidissimè nuncupem. Quorum lectio tantò tibi gratior ac iucundior esse debet, quantò is, qui ea tibi inscripsit, te plus amat, ac colit, quàm

mulos alios. Huc accedit, quod singularem erudi-
 tionem tuam, ac multiplicem literarum cog-
 nitionem magni facit: quod Minutiae familiae
 nobilitate (quippe quae à Romanis illis deducta
 Minutius pro costati habeatur) obseruat: quod
 denique se tibi quam cõunctissimum ac charis-
 simum esse cupit. Sunt quidem in te corporis &
 animi (vti audio) egregiae dotēs, quibus Chri-
 stianissimo regi gratus, admirabilisq; sis. Nulla
 certe aut maior aut honestior, quam vt literas
 literatosq; homines, quod facis, foneas: ille scili-
 cet iure reposcunt abste, quod tanta tua cum
 laude vberrimè tribuere. Nam vnum te esse ac
 precipuum, in quem Galliae tuae Transalpinae
 olim intuerentur: quem Cisalpina tota predi-
 cet, cuius singularem prudẽciam atq; humani-
 tatem etiam hostis commendet: totum hoc lite-
 rarum beneficium est. Quid quod Caesarum hæc
 à nobis instituta, tribusq; libris concinnata se-
 ries, multa interim habeat, quae delicatũ etiam
 lectorem & capere, & detinere valeant? Nam
 Byzantine urbis originem, Turcas ad hæc vsq;
 tẽpora principes, res ab his belli gestas, Mitho-
 metis ortum, Romanae urbis captiuitatem, &
 Asiae Imperia supra quingentesimum ac mil-
 lesimum annum repetita continet: quae omnia
 primus ego (quod sine aliorum iniuria dictum
 velim) præstiti: ac vt vna veluti tabella depi-
 cta spectari commodè possent, curavi. tametsi
 quid

quid libris commune cum pictura? Pascit illa tantum oculos, hi animum, mentemque instruunt. Illa mutam, inanem, ac plerumque falsam descriptionem continet: libri viventem praeceptionem, atque exactam spondent. tabulae etiam imperiti pingant, literarum monimenta non nisi doctissimi conficiant. Tanto denique literae pingendi artem praestant, quanto docti indoctis, vivi mortuis antecellunt. Tu igitur cum ab inuente aetate ornamenti plurimum & laudis ex hisce tibi vendicaris, illis ipsis tantum de reddes: tanto etiam cumulatus, quod neque melius, nec honestius beneficium ullum collocari potest, quam quod in bonos & doctos viros confertur: quorum mihi vestigia non solum sequenda, sed etiam atque etiam adoranda proposui. Bene vale.

EIVSDEM IN LIBRVM

PRIMUM FRAE-

FATIO.



MPERATORVM vitas à Dictatore Cesare, qui primus patriae libertatē oppressit, ad Constantinū Palaeologum, sub quo Turcarum seruitio Constantinopolis cecidit: hinc à Carolo Francorum rege ad Maximilianū Cesare breui aliquo stylo perscripsimus: re ut perdifficile mihi, atque arduū, sic iucundam qui legent omnibus, & (ut opinor) haud inutilem. Nam praeterquam quod

multe

multa hinc haurias, unde tibi, patriæq; tuæ plu-
 rimum profis: ipsa certè Romani Imperij ma-
 iestates, admirabiles eorū, qui imperarunt, euen-
 sus, tot regnorum repetiti casus, tot principum
 mutationes relatæ, non fastidium solum operose
 lectionis adimunt, sed admirabundos sensim le-
 gentes partim ducunt, partim etiã trahunt: Vti
 neminem arbitrer vel mediocriter imbutum li-
 teris, qui non hæc & libenter agnoscat, & sum-
 ma cum voluptate non perlegat: & alioqui ad
 rei nouitatem accedit, quod consilio non pauca
 sunt à nobis addita, quæ rerum seriem non mo-
 do non interrumpant, verùm etiam exornent:
 quod in fabula dextra, sinistraq; tibiæ inter
 vnū alterūmue actum adhibita etiã præstent:
 nec in campis herbarum viros minus iucundus,
 quem viola, hyacinthiq; purpurei distinguant.
 Omnium certè rerū varietas expetitur, & fal-
 sum illud est, saccharo semper conditiora fieri
 fercula. Quod si quis erit, qui pleniorē, vberio-
 remq; historiam à me exigat: ille saltē hoc mihi
 non neget, multa esse, quæ breuitate commenda-
 tiora sint sua. Nec tamen desunt interim prin-
 cipes, quos copiosius attigi: quorum scilicet &
 Imperij diuturnitas, & rerū magnitudo id ex-
 poscere videbatur. Illud verò testatum apud
 omnes esse velim, nihil à me gratiæ, nihil odio
 datum: ipsa veritas, nec interim nuda, vt mul-
 ti hæctenus, tantū à me spectata. *Anni præser-
 tim*

tim Imperij, ortus eorum, & patria, illustriaq;
 eorum gesta domi, forisq; non omiffa: series ve-
 ro principum tanta fide à me deducta, vt nihil
 desiderare amplius quis habeat. Nam & Fla-
 uius Blondus hisce libris, quos ab inclinatione
 Romani Imperij conscripsit, multos vno velut
 agmine vt sibi incognitos, omisit, & qui post il-
 lum historiam totius orbis amplexi sunt, nihil
 omnino ad viri illius diligentiam addidere. Ego
 verò & prater Zonarae Graecam historiam, &
 Nicetae Choniatae, Christoduliq; commentarios,
 Gemistiq; libros, etiam schedia quaedam non
 indignum, quae excuterem, duxi, vt rem semel
 captam, Dijs bene fauentibus absoluerem,
 quò certa omnia, explorataq; poste-
 ris traderem: vtrū autem id as-
 secuti simus, praesens etas
 fortasse malignius, se-
 quens certe simpli-
 cius ac candi-
 dius est.

mabit.

I O. B A P T I -

S T A E E G N A T I I ,

ROMANORVM PRIN-

CIPVM LIBER

PRIMVS.

G. I V L I V S C A E S A R

Dictator.



PRIMVS hic perpetuâ Dictaturam inuasit. Debellata enim intra decennium Gallia, tentata tunc primùm Britannia, & Germanis in sylvas ac paludes suas compulsis, in Italiam descendit: eaq; solita celeritate recepta, Hispanijsq; pacatis, Pompeium Magnum Pharsalico pralio fudit: cumq; de omnibus hostibus triumphasset, tandem amicissimorum coniuratione oppressus, perijt etatis anno v l. ac quinquagesimo, Dictature verò inite anno l i i. Vir pacis belliq; artibus, & in primis clemētia roge clarissimus, si libertatis assertor, quàm inuasor esse maluisset.

O C T A V I V S C A E S A R

Augustus.

Tribus ac viginti vulneribus interfecto Cesare, felicissimus omnium ad hanc diem successit Octavius ex Accia Caesaris nepte. Vindicatis enim patris intersectoribus, victorq; civilis

civilibus bellis omnibus, nouissimè Antonis
 ad Actium nauali pugna superato, quo cum
 duodecim annos Rempu. tenuerat, triumphator
 orbis totius, pacisq; restitutor æternæ, per qua-
 tuor ac XL. annos Imperium rexit: urbemq;
 Romam optimis institutis, ac legibus, magnifi-
 centissimisq; operibus sic excoluit, vt merito pa-
 rens patrie primus, atq; Augustus diceretur.
 Obijt Nola septuagesimo sexto ætatis anno, cum
 LVI. imperasset. Ad cuius Imperij felicitatem
 illud accessit, quod Seruator noster CHRIS-
 TVS, lux gentium, & orbis, sub eo nasci
 voluit: vt quem summis animi, & corporisq; do-
 tibus principem clarissimum terris dederat, eo-
 dem etiam generis humani parens optimus &
 maximus nasceretur. Huius felicitas ceteris
 optata principibus.

TYBERIVS NERO.

Tristissimus omnium mortalium optimo
 principi successit Tyberius. Liuiæ vxo-
 ris magis impulsu quàm Augusti iudicio: quip-
 pe cuius neq; mores neq; ingenium vnquã pro-
 basset, pertinaciam, & infinitam eius seui-
 tiam pertesus: principatum ab inuidio dissimu-
 lato ingenio, & matris reuerentia, non incom-
 mode gessit: mox Capreensis secessu luxuriæ, ac
 cedibus vacans, cum prouinciæ vndiq; vastan-
 rentur, Caligule nepotis astu & fraude perijt
 octauo ac septuagesimo ætatis suæ anno tertio
 & vige

& vicesimo Imperij. Huius Imperij, anno duodevicesimo CHRISTVM servatorem nostrum Iudei cruci affixerunt: ex quo ad supremam gentis interuersionem nunquam seditione, fame, ferro, peste laborari ab his desitum.

C. CAESAR. CALIGULA.

Praesuit hic Reip. annos quatuor, magis in Germanici patris gratiam populo ac militibus commendatus, quam ingenio suo: primus enim à Caesarum stemmate penitus degeneravit, ut non immerito fax humani generis dictus sit: certè vox eius nefaria excepta, vna certicem pop. Rom. optantis, quò facilius vno ictu abscindi posset. Casij Cherea & aliorum coniuratione ferro occubuit annu agēs XXVIII. de quo sit dictum, nec meliorem ab initio principem, nec peiorem postea fuisse.

CLAVDIVS CAESAR.

Nescias in hoc principe quid primum acenset: adeò recordia cum seuitia, ac luxuria certabant: qui satopotius, ac fortuna ludibrio ad Imperium, cum latitaret extrema pertimescens, interfecto Caligula venerit, quod non minore socordia, quam crudelitate per annos XIII. vexarit. Quanta fuerit eius stultitia, hinc aduertat. Messalina vxor portentose libidinis femina C. Silio nupsit: qua vix interfecta, Agrippinam Germanici fratris filiam, non exemplo noueram liboris duobus superinduxit:

duxit, & Britanico filio priuignū Neronē anteposuit: cuius insidijs, et Agrippina veneno in boleto dato perijt senex, etatis anno LXIII.

DOMITIVS NERO.

Fax altera totius orbis iure à nobis dicitur, qui ex Domitio, atque Agrippina natus, Imperij Romani maiestatem paternam, maternamq; cede polluit, libidinis adeò effrenate, vt matris concubitus appetisse credatur. Ipse certè sumpto flamme nuptiali sponsalia celebravit: seuitiæ tantæ, vt præter vrbs incendiū, & vxoris Octauia cædem, primus Christianum sanguinem, Petro & Paulo interfectis, hauserit. Et ne quid scelerum deesset, publicè cantauit, in scenâq; operam exhibuit. Tandem deficiente Galba hostis à Senatu iudicatus, nec fortiter perire potuit, adiutus alterius adigendo ferro manu, perijt etatis anno XXXII. Imperij XLIII. Quinquennio sub initia omnium princeps optimus existimatus, etiam Traiani testimonio, procul distare cæteros principes à Neronis quinquennio predicantis.

SERGIVS GALBA.

Nobilissima Sulpitorū familia natus, ac per omnes dignitatis gradus ad Procōsulatum Hispaniæ euectus, iam grandis natu Imperium septimestre maiore hominum ab initio favore quàm lato successu tenuit. Auaritia & seuitia in eo principe iuxta infames: ex quo in

nisus cunctis, cum Pisonem in conflatu invidi-
dia remedium adeptusset, annos LXX. natus in
medio foro à M. Othone iugulatur.

M. OSYLVIVSI IO THO.

Male partum principatum adeptus, &
adversa per omnem aetatem fama, lauda-
bili sine clausit. Dum enim IIII. vix mēse exa-
cto, Bebriacensibus campis bellum civile contra
Vitellij duces execraretur, papillam pugione si-
bi transfixit: adeo militibus charus, ut multi
ad eius exemplum, ante mortui pedes semet in-
terfecerint. Vixit annos XXXVII.

VITELLIVS.

Pudet tot dedecorum, sed ad institutam se-
riem pertinet & hunc ipsum referre. Qui
patre L. Vitellio, & matre longè optima natus
militari factione, dum legatus Germania supe-
riori praeest. Imperiū inuasit, fædo ingenio ven-
triq; ac gula natus, & quod vsu in his venit,
seuitia par. Ceterum Vespasiano principe de-
clarato, ceno, fimoq; iactatus, ac furca sub men-
tum posita diu per urbem tractus in scalis Ger-
monij omnium ludibrio diu iacuit. Vita illi
annorum LVII. Imperium vix octidmēstre.

VESPASIANVS SAPIO

Fessam, atq; labentem Remp. triūm princi-
pum tyrannide potius quàm Imperio. Fla-
nie gentis auctor Vespasianus primus restituit.
Num per X. annos, quibus Imperium rexit, sin-
gulati

gulari studio, ac providentia rem administravit, & ne Caesarianum desideraretur nomen, effecit. Hierosolymis expugnatis, cum filio triumphavit. Avaritiam ne culpes in eo, & temporum calamitas, & laudabilis eius usus facit: adeo inimicitarum omnium princeps oblitus, ut Vitellij hostis filiam locupletissimè dotata, splendidissimo iungeret viro: & insolescentem Mutianum Imperijq; participem agentem adhibitis familiaribus satis habuerit admonere, se quoque hominem esse. Mors eius quantam animi tranquillitatem secum afferret, ostendit, dum alienatus inter assidentium manus, stantem ait Imperatorem mori decere. Perijt anno etatis vnde septuagesimo.

D. TITVS VESPASIANVS.

Amore, ac delicias humani generis Titus infesta mortalibus numina intra biennium sustulere. Huius precipuam clementiam, ac liberalitatē, virtutesq; alias excimias per totum eius principatum magis commendavit & vitæ antea acta licentia, & subinitia luxurie, & avaritiæ suspicio, ut Neronis tyrannidem pleriq; augurarentur. Sed mutatus adepto Imperio in melius, declaravit eiusdem esse ingenij & pessima, & optima interdum ferre. Hic Hierosolyma expugnavit, sagittando peritissimus, & literis impense doctus: vox eius quandoq; memorabilis audita, recordatus

enim super cœnam, quod nemini eo die officium contulisset. *Amici, inquit, diem perdidit. Huius Imperio Vesuvius conflagrauit: incendium Roma totum triduum, & lues fuit. Perijt ætatis anno XLI. in summo omnium mœrore.*

DOMITIANVS.

ECquis Titi non doleret interitum: tali præsertim successore, qui per omnia patri, fratriq; dissimilis, sepe etiã viuentibus aut contumax, aut obrectator, Neroni, ac Caligula propior vixit: dissimulatamq; malè seuitiam per omnes ordines effudit? Quare nihil illi pater, fraterq; aut Catorũ, Germanorumq; clades, aut bibliothecarũ incensarũ restitutio profuit, quin cæde illustrium virorũ inuisus omnibus factus, suorum tandem conspiratione post vite annum XLV. Imperij XV. confossus occubuerit, omniaq; eius acta rescissa sint.

COCCÆIVS NERVA.

Meliore Reip. fato, quæd aurea gibba Domitiano post ceruicem in somnis enata, portendit, Cocceius Nerva suscepit Imperium, Parthenio id deferente, clarissimis ortus haud dubiè natalibus, ut Diõ autor est, & iã senex: qui cum alias leges, tum ne mares castrarentur, edicto vetuit: summæ civilitatis & clementiæ etiam in eos, quæ in illũ coniuauerant. Ut optimè verò semper de omnibus meritis esse videatur, Traiani præsertim adoptione factum est.

est, quem absentem, dum senectam suam contemni videt, Casarem appellauit, Homericò etiam versu ad Imperium adhortatus,

Τίσιον δ' αὐτοῖ ἐμὴ δάστυα σοῖσι βέλεια.
Imperauit anno vno, mensibus I III. Vixit annos L X V I I I.

V L P I V S T R A I A N V S.

Optimus omnium princeps externorum primus Traianus, adoptione Neruæ Imperium meruit, demum sanctus, foris ad id clarus, ut præter Daciam prouinciã factam, victo etiam eorum rege Decebalo, Parthos superarit, superatis regem dederit, Transstigritanas prouincias Imperio adiecerit, Armeniam, atq; Arabiam peruastarit: ut nihil omnino habuerit, in quo culpam merito possit. Amicitiarum cultor, simplicium ingeniorum, atq; eruditissimorum admirator, iuris humani, diuiniq; consultissimus, ipse à literis & Musis haud abhorrens. Huius cineres & ossa in urbem relata, cochlide columna supposita cum eius imagine, quæ superstaret foro à se extracto. Quanta fuerit in eo bonitas, acclamationes principibus exhiberi solite declarant, cum Augusti felicitatem, bonitatem Traiani his adprecarentur. Vixit annis L X I I I I. Imperauit XX.

A E L I V S A D R I A N V S.

Hic Italica stirpis Aelio Adriano, Traiani consobrino Adria orto genitus, Plo-

tina, vt creditur, fauente Imperator est factus, ingenio sublimi, vario, literarum omnium peritissimus, sed matheseos in primis: idem architectus, musicus, statuarius, multarum deniq; artium magis non expers, quàm callens. Doctorum hominum nunc irrisor, & amulus, nunc fautor, & beneficus. Disciplina militaris scientissimus, in qua multa etiam correxit principibus, qui secuti postea sunt, ea maximè probantibus. Peregrinationis adeò studiosus, vt omnes fermè prouincias pedibus etiam peragrans obierit. Miserabili tandem fato consumptus est, vt in seipso seuire potuerit, si per domesticos licuisset. Imperauit annos x x. Vixit L X I I. Inuisum eum facere viri illustres, non pauci sub eius exitum exilio, aut morte mulctati.

ANTONIUS PIUS.

Hic è Transalpina Gallia paternū genus Nemausense. Pij cognomēti cause diuersæ traduntur. Illud mihi maximè probabile, vt à morum probitate, affectūq; in Adrianum, & seruatos eos, quos Adrianus interfici iusserat, id traxerit. Numæ Pompilio maximè similis. Nam per annos tres ac viginti, nullum sub eo bellum fuit. Amor ac timor gentium in eo certarunt, bellum mouere timentibus hū aduersus principem, quem vt numen aliquod venerarentur: nec ille gloria ita cupidus, vt per aliorum damna, cadēsq; eam appeteret. Nam & a consue

ratis vim omnē abstinuit, & in conscios quere
retuit, ne plures inuenti odium auerent. apud
Lorios duodecim millibus passuum ab vrbe se-
ptuagenarius, cum M. Antoninum Philoso-
phum adoptasset, obiit febre.

M. ANTONINVS PHI-
losophus.

Quam læta, felixq; successio optimis, pijs,
philosophis Imperatoribus referēdis: uti-
nam qui sequentur, tales merito dici possent.
Nā hic ea ingenij bonitate, suis virtutibus excel-
luit, ut exemplū desit, & ea temporū calamitas
affuit, ut solus arumnis publicis obstiterit. Nisi
enim hic præfuisset, maiestas Romani nominis
facile tunc concidisset, Marcomannis, Quadis,
Septentrione omni hinc saeuente, inde Persis
Orientem vastantibus, lue interim, inundatio-
nibus fluminum, locustarum vi omnia populan-
tibus: sed videti primū Veri principis hospitio
Perse, Marcomanicum mox bellum, Christiana-
norum etiam ope, qui tunc militabant, ex sen-
tentia per ipsius principis præsentia confectum.
Ad quod gerendum principalis supellex haste
subiecta, cum pecunia in stipendium deesset: fe-
licissimus certè princeps, nisi heredem Commo-
dum reliquisset, post annum Imperij duodeci-
gesimum, etatis quinquagesimum nonum.

ADOLESCENS mortuo in Germania patre
COMMODY.
Imper

Imperator omnium votis est dictus. Et quis filium Antonini reieciſſet? Ille verò etiam patri non ſatis probatus, ſtatim Caligula, ac Neronis ſimillimus euasiſit: libidine, auaritia, & crudelitate illis anteferendus. Nam in ſcena ſepe aurigæ habitu prodijt. Ludis gladiatorijs & Dalmaticatus præſedit, & in Amphitheatro gladiator dimicauit. Athletarum etiam more publicè ſe exercuit. Quæ omnia actis inſerenda publicis curauit. Tandem Leto autore, & concubina Martia, poſt tertiumdecimum Imperij annum ſtrangulatur.

AELIUS PERTINAX.

Veceſſerat haud dubiè flagitioſiſſimo principi princeps optimus, ſi non illum militaris auaritia, fatis in peius omnia trahentibus, intra octogefimum quintum Imperij diem de medio ſuſtuliffet. Alba Põpeia in Liguribus huic patria, genus humile, ac ſordidum. Virtus, atq; innocentia ſumma: militia clarus, & in ea ad ſummas dignitates euectus, vnde & pile dictus eſt ludus. Hic cùm ſummã de ſe expectationem omnibus daret, Leti inſidijs, qui Imperium illi aſtruxerat, & militari factione, Iuliano, qui ſucceſſit, non inſcio, LXXI. etatis anno periit.

DIDIUS IULIANVS.

Mediolanenſis.

Imperium, quod per ſcelus necis Imperatoris conſcius, primus etiam licitatus eſſe diſciunt

citur, intra septimum mensem cum vita simul amisit: neq; enim militi gratus, ob nō integrum donatiuum datum, & populo etiam inuisus ob perfidiam in principem optimum. Quare inter vtriusq; odia destitutus, Septimij Seueri iussu, qui Imperatorem se appellauerat, damnatorum more necatur. Vocēsq; in illum graues à populo saepe iactate.

SEPTIMIUS SEVERVS.

Africa illa olim Imperij Romani amula, hunc genuit Imperatorem magis necessarium, quàm vtilem. Vnde etiam iactatum vulgò, aut nunquam nasci debuisse, aut nunquam provinci mori. Nam & Imperium fortiter administravit, & sublatis in Oriente Pescennio Nigro, in Gallijs Clodio Albino, quem & Caesarem dixerat, Orientem omnem Parthis, Arabibus, Adiabenis deuictis, Romana maiestati restituit. Arcus adhuc Romæ victoriae monumentum titulis magnificentissimis visitur. Britannos tumultuantes cōpescuit, vallo per xxxii. passuum millia à mari ad mare ducto, vbi etiam duodeuigesimo Imperij anno septuagenario maior ex articulari morbo decessit. Bellicis artibus clarus, pacis, nisi senilitate, ac perfidia eas inquinasset, nō contemnendus. Ceterum literarū non ignarus, matheseos peritus, à Latinis non abhorrens, nisi Punicum quid redderet. Cadibus illustrium virorum adeò infamis,

ut Punicas clades in toga caesorum ciuium Romanorum sanguine rependerit.

ANTONINVS CARACALLA.

VEstis huic, quam talarem è Gallijs aduectam, Romano pop. donarat, cognomen addidit. Severo patri adhuc vini contumax, nec minus in fratrem Getam impius, què patre mortuo statim occiderit: militi tamen gratus, cum ob ingens donativum his datum, tum quòd in castris gregarij penè militis vices ageret. Alexandri magni admirator, quem collo lauum humerum detorto reddere cuperet. Nio orbe peragrato, Alexandrinorum dicacitatem vltus ingenti corum cæde, Persas dolo magis, quàm virtute fudit, sexto demùm Imperij anno militum dolo Carris, dum vètris oneri levando intenderet, interficitur xxx. etatis anno.

OPILIVS MACRINVS.

Obscurissimis parentibus ortus. Matrusij generis, malis artibus, ac pudendis al prefecturam euectus, à Iuris tamen scientia non alienus, sed venali fide, ac vita semper sordida post interfectum Antoninum, Imperium cum Diadumeno filio famosissimo Macrinus inuasit: quòd cum per annum & menses duos obtinuisset, victus ab Heliogabalo, cum filio, quinquagenario maior fugiens obtruncatur. Data est dictio consulenti super imperio talis: Ω γίγον ἡ μάχη δ' ὅς τις vicor τ' ἔγερσ. παρ' ἡλ' αἰ.

Συ ἢ βίη καὶ αὐτῶν, χαλεπὸν ἦν οἱ γυγὰς ἐκείνην.

VARIVS HELIOGABLVS.

Assyrium (quis credat?) principem nescio maioriſne fortune ludibrio, an Romane maiſtatis ſuggillatione orbis hunc per duos & amplius annos tulit, & eum inceſtū, ſi quidem verum erat Caracalle filium ex Scenide conſobrino natum. Qui ex Oriente Romam profectus, interfecto (vt dixi) Macrino, tralato etiā inde Heliogabali numine ad urbem, in ſumma omnium expectatione venit: ſed illi mox omnia in ludibrium aut odium conuerſa ſunt. Nullus enim principum ad hanc diem maiore libidinis flagrauit infamia, vt ſe in muliebrem ſexum excecaturarit. Nullus maiore luxu opes prodegit Imperij: nullus deniq; contaminatus, aut impurius vixit: omnium religionis contemptor præter patrij numinis Heliogabali. Hunc tamen in cloacam proiectum, mox in Tyberim cum matre Scenide tractum per milites populus Romanus ita vltus eſt, vt nonien eius ex publicis monumentis eraderet. Vixit annos XV L.

ALEXANDER SEVERVS.

Meliore orbis fato ex Mammea conſobrino Heliogabalo Alexander iam pridem ab impura illa belua adoptatus in Imperium ſucceſſit, optimis principibus æquāduſ innocentia, in viros bonos benevolentia, & (quæ præcipua doſ principum) ſingulari in omnes clementia

mentia, vt ἀντίμαχον eius dicatur Imperium. Hic expeditione Persica ex animi sententiā confecta, dum ad Septentrionem vertit arma, Germanis tumultuantibus factione militari tertio decimo Imperij, vitæ anno vndetrigesimo, Maximini perfidia cum matre in tentorio necatur. Primus post Adrianū principem, qui vera pietatis lumen acceperit. Nam CHRISTVM in Larario suo semper habuit. Quin illa ex sacris literis sententia frequēs ei in ore esse, Quod tibi nolis, id in alterū facere caueas. Locum etiam Christianis adiudicauit, quibus popinarū litē intendebant, rescribens Deum multo melius quoquo modo coli, quā popinarū assignari.

DE PARTHORVM, ET

Persarum Imperio.

Non alienū ab instituta serie fuerit, quando posthac Persarū arma in Oriente post Parthica toties erunt referenda; si breui Imperium vtriusq; populi, tum ad nostrā etatem in eo terrarū tractu regnorum seriem perstringā. Primus igitur Parthis Arsaces libertatē asseruit ad eam diem cum ceteris Orientis populis, regibus Macedonum obtemperantibus: à quo ad Arthabanum regem perpetua Arsacidarum gloria per quadringentos, & amplius annos floruit, dissidentibus inter se Syrie regibus. Parthis verò per hæc tempora varia admodum fortuna cum Romanis contendentibus,

ARTAN

Artaxerxes Persa, vir obscuris admodum parentibus ortus, gēti suæ veterē Imperij gloriam restituit. Tripliciq; pralio Artabano cum tota Arsacidarū familia cæso, Persas oriētī iterum imposuit. Quorum Imperium ad Chosroē usq; regem, & Heraclium Imperatorem per quadringentos annos mansit. grauib; prælijs, alternante fortuna, cum Romanis interim gestis. Quæ tempestate Saraceni ex Arabia profecti Mahomete duce, noui delirij autore, Persas primū, mox Romanos varijs & ingentibus cladibus afflixere: floruitq; Saracenicum nomen, Persico sublato, adeo vt non contenti Asia Imperio, maximam Europe partem sibi subiecerint, ipsam etiam terrā Italiā (quod horreat meminisse animus) mari terraq; fuedē per ducentos & amplius annos populati. Mox prævalentibus Turcarū rebus, diuisum in Oriente Imperium est, Saracenis Aegyptum, & Asiam ad Orientem sibi vendicantibus, Turcis propiores Europe provincias per nostrorum principum segnitiam occupantibus: repressāque interim gentis in Christianum nomē infestissima & rabies Gallorum armis, Europe principum communi expeditione, auctoribus tamen Francis in eos sumpta, & Hierosolyma nobis restituta. Ceterum nostrorum discordia, rebus in Asia labentibus, & modo Tartaris, modo Saracenis de Imperio cōtendentibus, Asia pars, quæ à

TANTO

Tauro ad Euphratem protenditur, Saraceno-
rum Imperio, reliqua ad Hellespontum Turcis
cessit. Interim centesimum abhinc & amplius
annum, Tamberlanes inter Scythas humili lo-
co natus ex gregario milite ordinis primo, mox
exercituum ductor, Parthis Imperiū astruens,
victis omnibus finitimis gentibus, Syriam cum
tota Aegypto populatus est. Inde in minori A-
sia Pai Xeti Turcarum principi cōgressus, eum
captum cum tota gente ad interneconē casa, in
vinculis habuit: victorq; demū reuersus, vrbe
etiā Marchanti populosissima à se condita, &
victarum gentiū spolijs ornata, Imperium mo-
riens duobus filijs reliquit. Quorum disidio res
tanta indole parva retro facile abiit. Stetit ta-
men regnum trans Euphratem filijs incolume
ad Vsunassarum vsq; qui cū Mahomete etiā
confixit. Variatum demū in his terris, re Ae-
gyptiaca interim florente, donec auditum est
etate nostra Psophis nomen vnus ex Vsunas-
sani heredibus (vti credi volūt) fortuna serua-
ti: qui magno hominū favore ad imperium ascen-
tus, veluti hereditariū odium cū Turcis exerceat.

IULIVS MAXIMINVS.

Redit nunc stylus ad institutam seriem.
Nam Alexandro interfecto, successit Iulius
Maximinus cum filio eiusdē nominis, Thrax gen-
te, & sauitia insignis, aduersus quē cum Sena-
tus Pupienum & Balbinū Imperatores decla-

rasset.

raisset, immanitate hominis, ac barbariem per-
 tetus: ille statim in Italiam cum Germanico,
 ac Pannonico exercitu descendit, Aquileiaq;
 incassum obsessa, à militibus fame laboranti-
 bus cum filio necatur. Memorabilis militum
 vox fuit cum utrunq; interficerent, Ex pessimo
genere ne catulum quidem habendum. Impera-
 runt ambo annos treis, pater sexagenario ma-
 ior, filius vigesimum annum agens. obijt.

BALBINVS ET PVPPIENVS.

Imperatores hi primùm ex s. c. duo aduer-
 sus Maximinum creati Balbinus nobilita-
 te generis præstans, Pupienus, qui & Maxi-
 mus, militari disciplina clarus, à quo & Ma-
 ximini victi. Ceterùm cum parum inter se con-
 cordi animo Remp. regerent à militibus vterq;
 interficitur, Gordiano puero summa rerum im-
 posito.

GORDIANVS.

Optimum, ac nobilissimum principem ter-
 ris Lij dederant, si diu rebus illum præ-
 esse voluissent. Nobilitatem eius avus, paterq;
 Imperatores, & Scipionum stemma genti in-
 fertum bovitatum Romani populi, ac militum,
 & orbis totius in adolescentem amor attestat-
 tur. Sed cum bellum ingens aduersus insolens
 Persas conflasset, iamque Artaxerxi socii di-
 ligentia feliciter confecisset, Philippi præfecti
 dolo, qui socer primò, mox princeps, interfici-
 citur

citur: haud tamen inulta mors optimi principis fuit: omnes qui in illis coniurauerat, crudelibus supplicijs affecti, & Philippi nō diu Imperium tenuere. Vixit annos XXII. imperauit sex.

PHILIPPI.

DVobus principibus audita Gordiani morte, à Senatu creatis, Marco primum, mox eo breuī absumpto, Senero Hostiliano, qui & ipse non diu superuixit, Philippus Imperium occupat: nec ei gentis humilitas obstare potuit, quò minus imperaret. Nam per omnes militiae gradus ob virtutem euectus, tandem praefectus à Gordiano in Misithoi locum factus, optimo adolescenti insidias comparauit: eoq; per dolum caso, Imperator ab exercitu dictus Romā cūm venisset, filium Philippum Imperij participem declarauit. Ipse post quintum Imperij annum Veronae medio capite supra ordines dēiūm praefiso, filius duodenarius Romae necatur, quem adeò tristis ingenij ferunt, vt nunquam riserit, & semel ridentem patrem auersatus sit. Sub his seculares ludi magnificentissimi millesimo ab vrbe condita anno dati. Sunt qui à Christiana pietate non abhorruisse Philippum tradant, quorum testimonio hominis perfidia si- dem abroget.

DECIVS.

INuitum, ac penè reluctantem Philippi concordia hunc Imperio praefecit, haud dubie

tamen nobilissimis parentibus Bubalæ inferioris Pannoniæ vrbe natū. Nam Philippus nuntiata Marini ducis, et Mæcæsi exercitus rebellionē, cum Decium ad comprimendos eos motus mitteret, recusauit primò Decius: mox etiā admonuit, nō esse ex Philippi re, vt ipse eō contenderet. Caterum factis rem ita trahentibus, vt primum prouinciā attingit, Imperator omniam cōsensu dicitur: & interfectus (vt dixi) Philippis, cum aduersus Gothos cum filio audacius, quam cōsultius pugnaret, cæsus cum toto exercitū ab his est, corpusq; paludis voragine absorptum nusquam inuentum. Hic charissimus Senatus fuit. Et qui à nobis etiā inter optimos principes adnumerari posset, si iniuriam à Christiana pietate abstinuisset: in quam plus nimio Philippi etiā odio seuit, Fabiano, ac Cornelio pontificibus Romanis martyrio affectis. Vixit tamen annos L. Imperauerūt vterq; biennium.

GALLVS PATER, ET VOLUSTIANVS FILIUS.

HI post Decium Imperiū adepti, infelicissimè illud per annos duos, & menses octo rexere. Nam cū Scythis tributū annuo drachmarum centum transgessere primi, qui Romani maiestatem Imperij tam fœda pactione suggillarint: & Armeniam amisere, expulso à Partis Tyrīdate eorum rege. Tam seu a deinde lues orbem inuasit, quæ ex Aethiopia or-

tum habuit, ut per annos quindecim terras penè omnes exhaureret. Tandem Aemiliano Imperatore facto, victi pralio, à militibus occiduntur: pater etatis anno XLVII.

AEMILIANVS.
TRimestrè & hunc Imperatorè Mauritania nobis dedit virum (quod fatèdum est) militie peritam, sed ignobilem, qui victis ad interuentionem penè Gotthis astu etiam à dhibito, cum omnem predam militi promississet, Imperator ab exercitu dicitur. Mox Valeriano ab Alpino exercitu Imperatore nobilissimo, ac Censorio viro creato, qui Aemiliano fauerant, in civili bello Republica conflictarent, Aemilianum necant, soloque ducis capite res peracta est, anno etatis eius XLVII.

LIGINIUS VALERIANVS.
Nillum principè maiore unquam favore orbis accepit: nullus eo calamitosior ad hanc diem Imperio profuit: vel quòd à Sapore Persarum rege victus acie, siue dolo suorum, siue eius imprudentia id acciderit, nam utrunq; traditur, miserabili captiuitate apud eos conuenit: vel quòd Gallienū filium post se reliquit, qui Caligulæ, ac Vitellij simillimus orbem terrarum penè perdidit, externis hostibus adè nobis insultantibus, ut scemina Imperium in Gallieni contemptum occuparint. Tringenta certè tyranni nescio Remp. magis afflixerint, an ad

versus hostes nostros necessarij tutati sint, qui per ea tempora in prouum rem Imperij labentem per Gallieni luxum sustinerent. Vixit Valerianus septuagenario maior. Imperauit annos xv. Vir ante Imperium summis honoribus functus, & in his cum summa laude, ac virtutis opinione versatus.

GALLIENVS.

AD Valeriani calamitate accessit Gallienus filij Imperij, qui nequissimus omnium mortalium adeo per luxum, ac socordiam Imperium afflixit, vt per totum terrarum orbem grauissima externa bella senserimus: neq; vero minus à xxx. tyrannis vexata fuisse res. Is Gallienus, cum aduersus Aureolum comparato exercitu Mediolanum vsque contendisset, Aureoli commeto iam penè victi, certè intra Mediolanum obsepsi, interficitur quinquagenarius. Imperauit annis xv. cum patre septem. Solus octo. Affuit huic principi (quod mireris) animi quoadq; vigor, & ad se vliscendum audacia: nec minus in eo liberalitatis effulsit, cum nihil vquam petenti denegaret.

CLAVDIVS.

Ostenderunt & huc terris numina verius, quam cõcessere. Quippe cuius principatus restitui ad integrum res potuerit, nisi intra biennium fato occubisset. Is enim Gotthorum armalate vagantia primus compefcuit: naualibusq;

bis que, ac terrestribus bellis eorum opes attri-
 nit, vt per omnes prouincias nulla, nisi Gotthi-
 ca, mancipia essent. Alemannorum ad Bena-
 cum lacum infinia millia profligauit. Illud me-
 morabile, quod Gracia vastitate, quam Got-
 thorum arma intulerant, Athenis captis, cum
 librorum ingentem vim coaceruassent, de his
 comburendis Barbari iam consilium ceperant:
 tum vnus ex his, Abstineamus, inquit, hæc in-
 iuriam ab his codicibus, quibus Graij homi-
 nes, dum studiosius incumbunt, minus ad bella
 idonei fiunt. Illud etiam in Claudio memora-
 bile, quod accepto Imperio, cum in Senatu va-
 riarent sententia, vtri prius bello occurreret,
 tyrannorum, an Gotthorum, Gotthos censuit
 prius aggrediendos: quod in Reipublica hostes,
 tyranni principis essent. Praefuit biennio non
 integro.

*in quibus
 arant*

QVINTILLVS.

Hic cum dies septem ac decem Imperiū au-
 tore Senatu tenuisset, Aureliani Impe-
 ratoris nuntio exterritus, sanguine è venis e-
 misso obiit.

AURELIANVS.

Hunc inter principes necessarios magis, quæ
 bonos multi reponunt. Nam quantum illi
 glorie triumphis hostiles, & militaris peritia
 vendicat, tantum seuitia domi etiam in sororis
 filii exercita laudi detrahit. Princeps tamen
 dignus,

dignus. qui Claudij etiam prerogativa Rem-
publicam ea temporum calamitate. susciperet.
Barbaros enim in terra Italia vagantes, tri-
plici praelio afflixit. Monetarioru bellum non
sine ingenti cade sedauit. Zenobiam insolescen-
tem duplici praelio victam, & per obsidionis mo-
ras tandem fractam in triumphu duxit. Au-
reolum, & tyrannorum non paucos aut inter-
fecit, aut sibi conciliauit, Tetrico vno ex his
etiam Lucania correctore instituto. Imperauit
annis v. Domesticorum fraude inter Byzan-
tium & Heracleam oppressus.

TACITVS.

Interregnu per septem menses Aureliano in-
terfecto fuit: cum miles ad Senatum, Sena-
tus ad militem prerogatiuam Imperatoris de-
ferret eligendi: tandem patres militari con-
sensu victi Tacitum Augustu dixere: ex quo
tantum publicè gaudium fuit, vt literas Se-
natus ad municipia Italia super ea re dederit.
Quam verò amplissimi ordinis iudicium à mi-
litari tumultu distet, Taciti declaratio ostēdit:
cum in curia testati sunt neminem aut iustius,
quàm grauem virum, aut prudentius, quàm
doctum imperare posse. Verum hic tantus vir
sexto quàm imperare cœperat mense, militari
scelere perijt.

FLORIANVS.

Hic Taciti frater, quasi hereditariu Impe-
rium

rium esset, intra LX. Imperij diem, tanquam ad fortunæ ludibrium solutus sibi venis ad Probi imperantis nuntium obiit.

PROBUS.

Non sefellit omni nominis, cum hoc illi cognomen esse potuerit: ut si non illi fuisset Probi nomen, cognomento hoc appellari potuerit. Huic nec Taciti frater obstitit, quò minus orbis totius consensu Imperator diceretur: nec generis humilitas, cum patrem Dalmatici sanguinis, & eum agrestem, habuerit. Vir pacis, bellique artibus longè clarissimus. Huic per sex annos, quibus imperavit, victi Sarmata debentur. Tyranni per hunc omnes sublati: pax universo terrarum orbi restituta, celebris vox eius excepta invidiam peperit apud milites: neque animi necessarios amplius dicebat fore milites, ubi hostes deessent: quos nusquam virtute sua futuros mox sibi promittebat.

CARVS.

NArbo Martius hunc genuit Imperatore bonum, sed ad posteros etiam commeditiorem multò futurum, nisi Carinum flagitiosissimum principem reliquisset. Hic bello Persico capta Seleucia, & Ctesiphonte, dum ad Tigrim fluuium castrametatur, fulmine ictus perijt: Numeriano filio ab Apro socero mox interfecto, adolecente tum probitatis, tum eruditionis egregia, maximè autem ad poeticè nato: &

Carino

Carino Roma per Diocletianum principem ca-
so. Hi tres vix triennium explerunt.

DIOCLETIANVS, ET MA-
ximianus Augusti.

Sibeat forsitan admiratio multos hac nostra
principū relatione, quod paucissimos Qui-
ritij sanguinis, omnes ferè externos, & pudèda
quosdam etiam originis, non tamen pœnitendos
recēseam. Sic hactenus Decijū Pannonie, Au-
relianum Dacie, Claudijū Dardani, Probum
Dalmate, Carum etiam Gallie sibi redicant.
Quid quòd eadem Dalmatia alterum etiam
nobis imputet, omnibus equandum principi-
bus, si à piorum sanguine abstinisset, Diocle-
tianum? Is enim Salonis ortus, libertini etiam
sanguinis, cum molem Imperij grauiorem ani-
maduverteret, quàm vt vnus esse vniuersa par
posset, Maximianū Augustum creat: amboq;
duos sibi Cæsares, Galerium, Armentarium co-
gnomine, & Constantium Constātini Magni
patrem dicunt. Diocletianus igitur quando per
parteis rem tutius cōfici posse ratus est, Maxi-
mianum Gallijs præficit: eoque confecto bello, in
Africā aduersus quinquagenarios transire iu-
bet: vtrobique sedati tumultus. Africanus certè
aliquantò difficilius, quòd quinquagenarj, &
supra eum annorum numerum veteranus mi-
les ad obsequium tam facile redigi non pote-
rat. Interim Aegyptum Diocletianus innadit.

Achillem incubatorem Imperij Alexandria
 per menses aliquot obsessum, & in potestatem
 redactum, feris lacerandum obijcit, potenti-
 mus quisq; cadibus, ac proscriptionis petiti. Inte-
 rim aduersus Narseum Persarum regem Gale-
 rius infeliciter primo, mox reparatis copijs, ira
 etiam animos illi faciente, quod ad Diocletiani
 carpentum post cladem acceptam per mille pas-
 sus pedes currere coactus est, egregie vicit Nar-
 seo fugato, & caesis magna ex parte Persis, pel-
 licibusq; cum gazza omni regia captis. Haec vi-
 ctoria Galerij virtute, & audacia parata, qua
 exploratis prius hostium castris, noctu cum xx
 millibus equitum Persas aggressus, dedecus ac-
 ceptum hosti rependit. Diuersa etiam parte
 Constantius ab Alemannis improviso insultu
 primum victus, & eodem die mox victor, LX
 eorum millia cecidit: ea clade Germania attri-
 ta, Gallie liberata. Sicque pacato orbe post an-
 norum Imperium xx. Diocletianus Nicomediae,
 Maximianus Mediolani Imperium eodem die
 deposuere. Rem miram, & ad hanc aetatem in-
 cognitam, vt sponte nec praeuante saltem se-
 necta, vel rerum mole, vterq; in ordimen se re-
 degerit. Diocletianus certe constantius in pro-
 posito mansit. Nam per decem annos quos pri-
 uatus Salonis superstit, hortorum amoenitati
 vacans, iterum ad Imperium sollicitatus, a pri-
 uata vita abduci non potuit, testatus nullos sibi
 vnquam

inquam Soles latiores affulsisse. Obijt autem
duodecoginta natus annos, vel alienatione
mentis, vel veneno hausto, veritus Liciniũ, ac
Constantium, qui illum tanquam Maxentiũ
factorem graviter increpauerant. Sed & Ma-
ximianus dum Constantio genero insidias pa-
rat Imperium affectans, Masilia captus Con-
stantij iussu necatur.

CONSTANTIUS CHLORVS, ET

Galerius Maximinus Augusti.

Successero Diocletiano Ionio, & Maxima-
no Herculio cognominibus, duo ab his an-
tea dicti Casares, Constantius videlicet Chlo-
rus, quasi virentem à colore dicas, & Galerius
Maximus. Sunt qui ex veteribus monimētis
Maximianum magis probet: sed quocunq; co-
gnomine hic fuerit, diverso, quod constat, in-
genio vixere. Constantius benignus, ac facilis,
atq; ad promerendam Gallorum gratiam, qui-
bus preerat, propensior, nec à vera pietate ab-
horrens: Galerius trux, ac propè immanis: ut
qui rus, vnde venerat, oleret, nostriq; sanguinis
appetentissimus. Sed cum undecim annos Con-
stantius Gallias, & Hispanias in summo otio te-
nuisset, (nam Africam, Italiamq; sub Imperij
initia sponte dimiserat, ratus id grauioris esse
oneris, quàm ut ab vno sustineri posset) Eboraci
decessit, moderati principis fama, & Con-
stantino filio succedere felix.

Galerius Imperium adeptus, molem & ipse
 fecum rei reputans, duos sibi asciscit Caesares,
 Seuerum & Maximianum iuniore: illum Ita
 liae, hunc Africa & Orienti praeficit: ipse Illyri
 cum sibi medius asciscit. Verum non multo post
 gentilibus putrescentibus, vita tadio vim sibi
 gladio intulit.

SEVERVS ET MAXI-

mianus Imp.

Seuereum haud multo post Maxentiū factio
 Roma intra tabernas opprimit, & Maxen-
 tium Herculū tyrānicā virum spiritus sibi pra-
 ficit: aduersus quē dum Maximianus festinat,
 militum suorum defectionem veritus, retro in
 Illyricum contendit: vbi vlcere inguinibus in-
 nato, cum deessent remedia, nec medici ob ho-
 minis immanitatem opem ferre auderent, ver-
 mibus vndique erumpentibus obiit. Christiani
 sanguinis vsq; ad insaniā pridem effusi in cas-
 sum paenitens. Vir belli pacisq; artibus insignis,
 nisi crudelitate nimia in nos, tantas virtutes
 fiedasset. Solus annos duos cum Caesaribus, &
 Licinio Imperij consorte xvi. praefuit.

LICINIUS ET CON-

stantinus.

Licinio Dacia natale solū fuit. Militaris
 disciplina ad veterem normā seuerissimus
 exactor. Rusticis & agrarijs hominibus (ex eo
 enim genere fluxerat) equus: auaritia & Ve-

neris studio infamis, moribus planè barbaris: literis adeò infestus, ut virus, ac pestem publicam eas appellaret: sed cur eas non odisset, quærum adeò expers erat, ut ne decretis quidem subscribere posset? Illud in eo non reprehendas, quod spadonum, aulicorumq; insolentiam mirè compescuit, tineas soricesq; palatinos appellans. Hunc Constantinus novas res molientem, primum in Pannoniæ campis fudit: mox reparantem vires incredibili celeritate ex Europa in Asiam expulit: maleq; reconciliata iterum gratia per Constantini sororem Constantiam, quæ illi vxor erat, cum rebelles animos homo recors retineret, etiam contra sacramenti fidem Thessalonice interfici iussus est. Imperauit annis XIII. sexagenario maior, Christianis infestissimus. Vnde illi discordiarum semina aduersus Constantinum acriora.

M. FLAVIUS CONSTANTINUS Constantij August.

Felicioꝛibus auspicijs, ac meliore partium nostrarum euentu, rerum tandè Constantinus potitur ex Helena Constantij vxore susceptus: & cæteris fratribus ob egregiam indolem, cum illi signitiem præ se ferrent, patris etiam testamento prælatus. Hic sub Galerio rudimeta militiæ felicissimè auspiciatus, parta ex Sarmatis egregia victoria, veritusq; ex ea laude gliscentem inuidiam, ad patrem transfu-
git:

git: eoq; mortuo, Gallias, Hispaniasq; & Cotias Alpes obtinuit: Constantio patre id multo ante somnio presagiente, egregium Imperatorem fore, qui Dei militibus opem primus ferret. Iam primum igitur veteranis militibus agros assignatos, vt ad filios suos transfirent, primus instituit. Tertio Imperij anno accersitus in Italiam ab ijs, qui Maxentij tyrannidem ferre non poterant, biennio totam Italiam, vrbemq; Romam pristinae maiestati asseruit, Maxentio Tyberinis gurgitibus absorpto. Inde abnegato idolorum cultu, Christianam puritatem ita amplexus est, vt praeter egregia dona Diuorum nostrorum templis illata, CHRISTVM ab omnibus colendum praecerit, templaq; illi, & alijs numinibus erexerit: nec alia magis causa acrius in Licinium exarsit, quam quod ille aduersaretur nobis. Bella contra Barbaros multa felicissimè confecit: vnde primus Romanorum principum Magni cognomen tulit. A bellis ad pacis studia conuersus, optimū principem primis annis egit. Leges sanctissimas tulit: literis & ipse impense semper studuit, & eas fouit. Religionis aded obseruans, vt Nicenam synodum CCC. & XXII. patrum multis dissidentibus indixerit. Byzantium instaurauit. Imperatoriamq; urbem & nouam Romanam appellari voluit. Moriens, & Constantinopoli sepultus, treis liberos, & Dalmatium fratris filium

filium successores reliquit, xxx. & amplius annos imperans, tredecim verò ex his solus. De eo sic memoria proditum, decem primos annos ut præstantissimus diceretur, x. i. sequentibus latro, decem nouissimis pupillus ob immodicas largitiones. De eius baptisinate uti variant auctores, sic constanti fide, quæ de Imperij donatione circumferuntur, uti minus similia veri non probant. Sed alij hoc viderint.

CONSTANTINVS, CONSTANS, & Constantius Constantini filij Augusti.

Hic tres Imperium, quod per manus à patre acceperunt, ita partiti sunt, ut Constantinus maximus natu Gallias, Hispanias, Britanniamq; insulã obtineret: Constanti Italia cum Illyrico, & Græcia cederet: Byzantium & Oriens Constantij esset, qui Dalmatium socium Imperij haberet: quæ haud multo post dolo exceptum militari factione oppressit, cū annos treis imperasset. Nec durauit diu fratrum concordia: siquidem in nefarium bellum rapti fratres: nam Constantinus Gallico exercitu fretus Constanti fratri bellum intulit: quod dum cupidius, quam cautiùs gerit, ad Aquileiã exceptus insidijs nondum triennio finito, vulneribus cõfectus perijt. Inde Constans victor, cū nō sine labore provincias Transalpinas in potestatem redegit, egit primum optimum principem: mox ad-

uersa valetudine, siue verū felicitate mutatus, ingratus omnibus esse cœpit, donec & ipse Magnentiū dolo dormiens intra tentorium, ad Helenam oppidum oppressus est, cum imperasset annos XIII. vixisset paulo plus XXX.

Constantius eadem fratris vlturus, ingenti exercitu aduersus Magnentium comparato, ingenti illum prælio, & memorabili, ad Martium fudit: quo Romani vires Imperij penè cōcidere, LIII. millibus vtrinq; desideratis. Mox cū Magnentius bellū reparasset, & ad Lugdunum iterum victus esset, gladio sibi latus aperuit: sed & Decentius frater, qui Cesar ab eo dictus fuerat, laquei morte præpostera vitam finit. Nam Britannioni antea Cōstantius veniam petenti facile dederat. Is Britannion adeo expers literarum est habitus, vt ne prima quidem elementa calleret. Ceterū Constantius Gallum à se antea dictum Cesarem ferocientem, & insolescentem supra Cesaris nomen interfecit: & contra Persas infelicitè confligit, militum suorum stultitia. Quibus ad sua abeuntibus, que Massagata vastabāt, dum Romam inuisit, Iulianum Galli fratrem, treis & viginti annos ætatis agentem, Cesarem à se factum, in Gallias aduersus Alemannos eas vastantes misit: ipse in Persas iterum contendens, dum egrè ferret Iulianum à militibus Augustum esse dictum, apud Mopsucrenem iuxta

Tauri montis radices aestuantissima fibre de-
decessit. Vixit annos XL. Imperauit XXIII.

IULIANVS.

Constantio extincto, Iuliano facile cuncta
cessere. Puer hic ingenio sublimi, callido,
& literarum ardentissimo, Gallias sub primis
accessum prater omnium spem, Alemānorum
incursum vastatas asseruit, regemq; eorum cepit:
inde Augustus à militibus salutaris Parisijs,
mortuo (vt dixi) Constantio, aduersus quem
bellum civile parabat, Persis adepto Imperio,
bellum indixit: vbi dum inconsultus agit, Per-
se viri dolo in deserta cum exercitu ductus, cō-
to traiectus perijt. Sunt qui sagitta à caelo mis-
sa vulneratum dicant. Vnde in nefariam vo-
cē erumpens, vicisti Galilæe (sic enim CHRIS-
TVM appellabat) occubuerit. Christianos
impio quodam odio adedò insectatus, vt studia,
& militiam hisce interdixerit: plerosque præ-
mijs, & illecebris, quasi machinis à vera pi-
tate auerterit. Quinetiam Imperator (ita Deo
visum) aduersus nos libros edidit: ille verò si in-
genium, indolemq; egregiam ad veram pieta-
tem, quam puer imbiberat, conuertisset, inter
egregios principes adnumerari potuit. Decessit
annos agens alterum & trigesimum. Solus an-
num vnum, menses treis imperauit.

IOVINIANVS.

Hic Patronianus pater, Pannonia pa-
tria

tria, statura proceræ, ingenij amoeni, nec à literis abhorrentis: qui à militibus primo Imperator salutatus: deceptis similitudine nominis, quasi Iulianus reuixisset, cum Persis pacem magis necessariam, quàm honestam, Transigritanis prouincijs quinq; amissis inijt. Accessit nouæ ignominie dedecus grauius: relictus Imperator Rom. Arsaci socio opem ferre. Perijt octauo Imperij mense Dadastanis oppido, dum cubiculum ingreditur noui tectorij, prunis etiam ardentibus, siue, vt alij stomachi cruditate, XXXIII. etatis anno.

VALENTINIANVS. ET

Valens Augusti.

Dedit & hos Pannonia principes Gratiano patre ortos: primùm Valentinianus ab exercitu Niceæ, inde Valens ab eo Augustus, Imperijq; consors dictus, qui Procopius temerè Imperium inuadentem, Constantinopoli oppressere. Inde Gotthi, & barbaræ nationes à Valentiniano Thracia eexturbatæ. Septentriq; omnis cum Saxonibus ad officium eiusdem opera redacti. Parthi è Syria per legatos eiecti. Inquietæ Germania Theodosij maioris auspicijs pacata. Ipse dum Quadorum legationem latrocinia excusantem audit, subito morbo venis arefactis, vt sanguis mitti nunquam potuerit, obiit Gratiano filio prius Augusti appellatione donato, Imperij accepti anno undecimo, mense

mense octavo, die XX. vitæ LV. Valens post fratris interitum, Arriane factionis fautor, dum aduersus Scythas & Gotthos præliū ferocius, quàm cautius ciet, victus ab his acie, vitam, Imperiumq; amisit, igne intra tugurium, in quod confugerat, iniecto. Digni imperio fratres, & inter bonos referendi, nisi Valens Arriano delirio virtutes egregias inquinasset.

GRATIANVS ET VALENTINIANVS.

HAud sanè improbandum principem numina terris dederant, si quantum literis & militari disciplina vacabat, ac venationibus, tantum curæ ad Rempub. cognoscendam impendisset. Nam pietate in suos egregius, Valentianum adhuc puerum Augustū dixit, patre, patruoq; extinctis. Mox Theodosium Hispanum consortem Imperij asciuit. Verū dum spicula tantum, & arcus meditatur, dum Alanum militem Romano præfert, Maximi ducis insidijs circumuentus perijt, cum imperasset cum patre annos octo, cum patruo treis, cum Theodosio IIII. Valentinianus à Maximo emissus, Theodosijq; ductu postea restitutus in Imperium, Maximo tyranno interfecto, mox Eugenij & ipse post Maximum tyranni dolis victus, laqueo seipsum necauit.

THEODOSIVS.

Hic Honorio patre, & matre Thermatia, haud

haud dubiè inter optimos principes adnumere-
tur: quippe qui Rempub. Gotthicis armis pe-
nè oppressam accitus ex Hispania (qua illi pa-
tria) à Gratiano restituerit, Maximum tyran-
num, & Andragatium praefectum eius subito
incursum victos occiderit, Valentiniano Impe-
rium afferuent: mox Eugenium tyrannum in
Valentiniani vltionem sustulerit, non sine nu-
minis manifesto iudicio: cum multò minoribus
enim copijs illi congressus, militante illi ethere,
& coniuratis in eius auxilium ventis, vt poe-
ta eleganter cecinit, victoriam insignem ade-
ptus est. Fuit autem hic princeps moribus &
corpore Traiano principi similis: summa in eo
clementia, incredibilis in suos pietas, rei milita-
ris disciplina sagax, nec à literis alienus, sim-
plicium ingeniorum admirator: pietatis nostra
ad eò observator, vt summa ciuilitate ab Am-
brofio antistite castigatum se, adytisq; prohibi-
tum tulerit. Obijt Mediolani etatis anno
quinquagesimo, Imperij XI.

ARCADIUS, ET HONORIUS.

Hosce pueros Theodosius viuens, Imperij
consortes fecerat: & moriens, quando a-
tas rerum moli non responderet, treis Imperij
tutores testamentò sanxerat, Arcadio Rufinũ,
Honorio Stiliconem commendat: Africa verò
Gildonem praesse voluit, Prior Rufinus, dum
Gotthica sollicitat arma, vt Imperium metu ab
Arcad

Arcadio extorqueret, perfidiae poenas dedit pa-
 riq; poena Caianus Rufini sceleris popularis af-
 ficitur: inde mox Arcadius cum Byzantijs re-
 gnasset annos ferè XII. obiit, Theodosio filio
 relicto. Maior rerum moles Honorium Romae
 agentem excepit: qui rebellantem Gildonem,
 cum Mascexelis fratris ductu superasset: eun-
 dem quoque Mascexelem rebellem expertus,
 Bonifacij ductu vixit. At Stiliconis perfidia
 eò perniciosior, quò occultior fuit. Nam magno
 nostro dedecore cum Gotthi Italiã vastassent,
 urbemq; Romam cepissent, astu Stiliconis rem
 adiuante, tandem re ab Honorio cognita,
 Stilico cum filio sublatu est, qui genere Kuan-
 dalus, & militaris disciplinae scietissimus, Ho-
 norij etiam socer, si quam operam in perdendo
 ad Fesulas Radagaso, cum ducibus Gotthorum
 millibus prestiterat, in asserendo Imperio pre-
 stitisset: nec Romam Alaricus Gotthorum rex
 unquam cepisset, nec orbem totum cladibus as-
 duis inuoluisset. Decessit autem Romae cum
 annos duos & XXX imperasset.

ROMAE CAPTIVITAS.

Non potui nõ vehementer mirari tantam
 vel temporum iniuriam, vel scriptorum
 inertiam, tum veterum, tum recentium fuisse:
 ut cum Romam orbis regiam captam ab Ala-
 rico Gotthorum rege, anno post eam conditam
 M. CLXIII. certatim omnes memoria

prodant: seriem tamē rei, aut indagandam non
 censuerint, aut indagatam tāquam rem planē
 ignobilē, nec scitu dignā obliuione inuoluerint.
 Prō Deūm, hominumq; fidē, vrbs orbis totius
 regina, quaeq; eo auspicio condita credatur, vt
 caput orbis semper esset, & quae toties de barba-
 ris gentibus, orbeq; triumpharat, capitur Got-
 thico astu, & interim rei series, ordoq; nesci-
 tur: Ego verō id minime patiar, & omnis an-
 tiquitatis illustrandae studiosus, hanc quoq; re-
 tam memorabilem nō negligam. Astu autem
 barbarico capta traditur in hunc fermē modū,
 quem Procopius solum ex omnibus, quos legi-
 tradat: vt mirer ab interprete vel rem totā dis-
 simulatam, vel cū in mutilum Graecum codi-
 cem incidisset, nō animaduersam. Ille igitur in
 hanc sententiam: Obsederat Romam Alaricus
 iam biennium: nec Honorius, qui Rauēna desi-
 debat, aut ferre suppetias poterat, aut audebat.
 Nam cū nihil minus, quā de vrbs salute solū-
 citus esset, Stillicone interfecto, ducem exercitus
 minime praefecerat, qui rem aduersus Gotthos
 administraret. Vnde Gotthis obsidendae vrbs
 cogitatio, Romano milite aut dilapso, aut se-
 gneriter rem agēte. Verū eam frustra obsessam
 cū expugnare vi nō possent, ad dolum hostis
 barbarus vertitur. Profectionem in patriam
 simulat, trecentosq; iuuenes, corporis & animi
 vi praestantes deligit, quos Romanis principi-
 bus

bus dono det: instructos prius, ut omni obsequio dominos suos promereri studeant, & ad certam diem circa merediam, cum Romani principes somno vel otio vacaret, ad Asinariam portam aduolent: interfectisq; improui forinsultu custodibus, portam sibi praesto futuro aperiant. Interea Gotthi cum reditum, alia atq; alia deesse sibi simulantes differrent, trecenti illi iuuenes occastone egregie vsi, portam statim suis aperiuunt: & intromissus Gotthus maiore ignominia, quam damno, urbem omnem populatur. Sunt qui Probe illustris faxinae, & opulentissimae opera patefactam Gotthis portam existiment, cum plebem Romanam passim fame, & morbis pecudum more cadentem miseraretur. Duo sunt cognitu non indigna: Vnum, edictum ab Alarico fuisse, ut quicumque in templa diuorum confugerent, praecipue Petri & Pauli, his nulla vis inferretur, quod & summa fide seruatum: Alterum, quod cum nuntiatum Honorio esset Rauennae Romam perditam, credit ille de pugnaci Gallo, cui nomen erat Roma, significatum esse, admiratumq; vehementer tam subito perisse eum, qui cum paulo ante festiuissime luserat. Adeo socordis ingenij princeps, nec quicquam omnino paterna, auitaeq; virtutis referens, quod & Arcadio fratri vitio datum est. Nam Eudoxiae uxori additus, cum alia improbe fecit, tum Chrystosto-

num antistitē sanctitatis & eruditionis egregia, uxori plus aequo in seruicēs, in exilium egit.

I O. B A P T I S T A E

EGNATII ROMANORVM

Principum Liber II.



EQVITVR abhinc et as, in
 qua mihi orbis totius clades, re-
 gnorum tristes exitus, Imperia
 fundit usexcisa, mutationes re-
 rum frequentissima referenda
 sunt: vt intelligat mortalitas nihil esse incon-
 stantius ijs, quae tantopere vt eterna miramur.
 Ad eod enim vite, fortunaeq; ista bona, in quibus
 opinione vulgi sita summa felicitas est, fragilia,
 caducaq; sunt, vt nihil his esse possit cladibus,
 ruinisq; magis obnoxium: quod cum vetera illa
 Asiae Imperia, tu vero nominis Romani maie-
 stas facile declarat: quae felicibus auspicijs or-
 ta, letissimis reru successibus aucta, viris claris-
 simis instructa: quorum virtute, ac consilijs, ad am-
 plissimum fastigiū sit euectas, legibus, institu-
 tis, Deum pietate illustrata: cōciderit tamē, &
 funditus eversa sit: vt quēadmodū illa de toto
 terrarū orbe triūphos retulerat, sic nulla ferē ho-
 die in terris gens agat, aut antea fuerit tam im-
 manis, tam barbara, quae non aut auitas iniu-
 rias, aut suas illi rependerit. Huc accessit, quod

eorum deinde, qui sequentur, principum, partim
 ignavia, partim auaritia, res adeo nostra pes-
 sum iere, vt ad rem Romanã sistẽdam, aliene,
 atq; externa virtutis egerimus: adeo in ascula
 illa Romuli proles, & Italica virtus simul cum
 Imperij lapsu consenuerat: nec Romani postea
 pontifices ambitione plus quàm immodica, pro-
 nam iam per se in casum rem Italicam non fur-
 ditus afflixerunt: dum studijs suis nunc Francos,
 nunc Germanos, atq; alios quosuis potius quàm
 Italicos principes patiuntur. Illi verò quantum
 Romana, atq; Italica maiestati semper detule-
 rint, vel illud argumento esse potuit, cum se Cæ-
 sares, aut Augustos pro Henricis, & Federicis
 dici malint: cumq; se nunc Reges, nunc Rema-
 norum Imperatores appellari gaudeant. Cete-
 rum nec querelæ locus hic est, & ipsa nostra
 hæc commentatio etiam nuda satis allatura do-
 loris, ac molestiæ legentibus est. Quare Theo-
 dosium ipsum iuniorem aggrediamur.

THEODOSIUS IUNIOR.

Quinquaginta quot vixit annos, totidem
 Imperio etiã præfuit. Nam puerum ad-
 modum moriens Arcadius eum reliquerat sub
 tutela Isdigerdis Persarum regis: quod & bene-
 cessit. Barbarus enim rex & tutelam summa
 fide gessit, & pacẽ cum Romanis, quo ad vixit,
 habuit. Is verò Honorio defuncto, Valentinia-
 num ex Constantino & Placidia natum, data

Eudocia filia in vxore, Romam peropportune
 misit: cum turbata res essent tyrannorum libi-
 dine, qui rem Romanam inuasent. sub hoc ter-
 tia synodus contra Nestorium celebrata, Pul-
 cheria sororis prudentia: nempe quoad illa est
 vsus Imperator, bene res gesta. Hic vxorem Eu-
 dociam Leonis Atheniensis Philosophi vxorem
 duxit, quae prater egregiam formam, singula-
 remque pudicitiam, etiam literis excelluit, abso-
 luto eo libro, cui titulum Graeci *εὐαγγέλιον* ἁγίας
 faciunt. Hoc principe Venetia felicissimis an-
 spicijs medijs, in aquis habitare coepere, cum
 Honorius adhuc viueret.

VALENTINIANVS TERTIVS.

Asperi fortasse in pristinum statum sub hoc
 principe res Romana potuit, si eius ince-
 ptis aut fortuna fauisset, aut imprudentia post-
 ea sua rem non afflixisset. Nam recepta sub
 aduentum suum Italia, cum Gensericostatim
 Vuandalorum rege pacem sanxit, parte Afri-
 ca, vt videri voluit, contento: & aduersus At-
 tilam Etij ductu rem feliciter gessit. Inde Ma-
 ximi arte, viri per ea tempora potentissimi,
 Etium interimi iussit. Vnde in vltionem ipse
 postea Roma ab eius commilitonibus confossus
 perijt. Hoc principe Occidentis Imperium, Fran-
 cis Gallias, Anglis & Scotis Britanniam occu-
 pantibus, Vuandalis Africam, & ipsam vr-
 bem populantibus, Hunnis Europam vexanti-
 bus

bus, & Italiam, collapsum funditus est. Perijt Imperij & etatis anno xxx. De Etiopauca dicenda hinc sunt. Hic e' Dorostana Mæsia cum disciplina militari excelleret, Constantio defuncto, ab Honorio principe illi sufficitur: cuius dno etu Attila in cæpis Catalaunicis victus est, & Burgundiones repressi. Hunc postea Valentinianus cum interfecisset, interrogaretq; eum quæm piam Romanum, an iure occisum crederet: Lutere, an iniuria occideris, Imperator, Etium, nescio: illud scio, quod sinistra tua dextram tibi abscideris, nec falsus omnino rates. Nã eius morte Hunni rerum potiti, & Imperiũ euersum est.

BREVIS ENVMERATIO

eorum, qui post Valentinianum

Romæ rerum potiti sunt.

Post Valentinianũ Romæ Auitus senatorij vir ordinis præfuit, Auito inde Maiorianus quadriennio. Hunc Severianus, Severianũ Anthemius, Anthemiũ Liberius subsequutus: cui Glycerius, & Glycerio nepos statim successit: quo per vim pulso, Augustulus malè ominati nominis rerum potitur: sub quo Romani maiestas Imperij conuulsa per Odoacrem Herulum serò admodum ad Francos redijt.

FLAVIUS VALERIUS

Martianus.

Nunc Imperatores Constantinopolitanos, quando illi tantum per illa tempora vi-

gere, ad Constantinum vsq; Palæologum con-
 tinua serie perstringemus, initio à Martiano
 sumpto: qui licet humili loco natus, militie ta-
 men clarus Pulcheriæ Theodosij sororis studio
 rebus præficitur, moderatus princeps, & rebus
 gerendis idoneus si per senectam diutius viuere
 potuisset: nam pacem, quoad eius fieri potuit,
 coluit: illud sepe vsurpās, Dum in pace esse pos-
 sumus, arma non induamus. Is Tatianum, Ju-
 liumq; fratres, qui olim aquila superuolantis
 eius caput auspiciū retexerant, viaticq; du-
 centorum aureorum inopem, & egrotantē ad-
 iuuerant, statim vt princeps est dictus, alterum
 Illyrico, alterum Constantinopoli præfecit. Hoc
 principe Chalcedonensis quarta Synodus cele-
 brata aduersus Dioscorū, & Eutychen Leonis
 Pontificis Romani iussu. Imperauit annos sex.

L E O.

Primus hic Græcanici vir sanguinis Im-
 perium tenuit, Asparis patricij factione
 adiutus. Cuius etiam filium Casarem cum in-
 uitus creasset, postea cum Ardaburio fratre, vt
 insidiarū in se autores interfecit, Leonemq; ex
 Ariadna filia, & Zenone filium successorem
 sibi esse voluit. Is aduersus Gensericum Kuan-
 dalorum regem Basiliscum ducem misit. Qui,
 si Zonaram sequere, victu nauali prælio à
 Vnādalis, aufugit, siue illud ignauia, siue pro-
 ditio fuerit. Byzantium huius Imperio magna

ex parte conflagrauit, præterquàm quòd Italia in perpetuo motu fuit. Imperauit autem annos **XVII.**

LEO IUNIOR.

Hic puer ab auo relictus, cùm annum præfuisset, Zenoni patri manibus suis diadema imposuit, patrèmq; pro se deinceps imperare iussit.

ZENO ISAVRICVS.

Quàm variè rebus Romanis illuserit fortuna vis, hic Zeno faciliè cum plerisque, qui explicandi mihi principes erūt, prodet. Vir obscurissimi sanguinis, & cùm facie deformis, tum moribus planè tyrannicis, vt Isaurū agnoscas. Hic Theodoricum Ostrogotthorum regem cùm vnice diligeret, in Italiam aduersus Odoacrem misit, Consulem prius à se factum. Pulsus verò à Basilisco factione vxoris, cū in Isauriam concessisset, non multò post reuersus, & Basiliscum expulit, quem & inedia mori coëgit, & annos **XIII.** tyrannum verius quàm principem egit. Sunt qui viuū adhuc inclusum ab vxore sepulcro tradant, frustra q; resipiscentem, & opem quirit antem obÿsse. Hoc principe incēdium adeò graue fuit, vt præter maximam vrbis partem conflagratam, centum & viginti librorum millia combusta sint; inter quæ & Homeri poema intestino draconis **CXX.** pedum aureis literis descriptum.

FL. VALERIVS ANASTA-

sus Dicosos.

Dicosorum hunc cognomento Græci appella-
runt, à discoloribus, videlicet oculorum
pupillis, quarum dextra nigricans, sinistra ca-
rulea fuerit: inter bonos principes utiq; mihi
referendus, tametsi ab humili loco ad Imperium
euectus Ariadna Zenonis vxoris opera, nisi
postea mutatus, Eutychieana heresi adhaesisset.
Vnde illi aduersus orthodoxos graue dissidium
conflatum. Bulgarorū arma tunc primū au-
dita, & Saraceni Alamundaro duce Syria
graues incumbēbāt. Hinc tyrannorum aliquot
seditione fatigatus, post octogesimum & octa-
uum vitæ annū, Imperij vigesimum septimum,
fulmine afflatus perijt, vlciscente grauiternu-
mine pietatem toties ab impuro principe vio-
latam.

IUSTINVS.

Quis credat Thracem hominem armen-
tarium, & sues agentem, sine tribu,
ignotis, obscurisq; parentibus ortum, & rebus
presuisse, & rem tum feliciter, tum optimè ad-
ministrasse? Rexit tamen ille summa cum lau-
de, & pietatis studiosissimus vera. Ioannē Ro-
manum pontificem ad se legatum venientem, à
Theodorico Gotthorum rege pro Arrianis,
quos expulerat Iustinus, restituendis venera-
bundus excepit, & principatum dolo partum
(quippe

(quippe qui acceptam ab Amantio eunucho pecuniam, ut militi pro Theoctitiano præficiendo distribueret, in se suffragia verterit) magna virtute postea administravit: nono Imperij anno Iustinianum ex sorore nepotem, cum adhuc viveret, sibi successorem instituens: quo facto, non multò post obiit.

IUSTINIANVS.

NEpos Iustino ex sorore, cum annù quartum & quadragesimum ageret, imperare cepit: quod per annos vndequadraginta administrans, veterem Romani Imperij gloriam mirum in modum ampliavit. Primum enim Persas Bellisarij opera intra suos fines continuit: inde eodem duce Romam à Gothorum servitute afferuit, Africam Imperio pulsus Vandalis restituit, Narsete duce Gothicū tandem nomen deleuit. Bis triumphatum ex instituto veterum Romanorum de Persis, & Vandalis à Bellisario: leges infinitis voluminibus antea dispersas in quinquaginta Digestorum libros contraxit. Institutionum libros quatuor edidit. Codicem inuulgavit. Maximus certe princeps, nisi avaritiæ, & delirij Eutichiani reus fuisset. Serici vsus è Persis ad Græcos hoc tempore transfijt iam pridem desitus.

IUSTINVS IUNIOR.

Hic amulus Iustini, & ut filius à Iustiniano in regia semper habitus, facili admodum

modum ingenio, atq; ad promerendam ex liberalitate hominū gratiam nato fuit. Cum Persis pacem fecit, tributo, quod Romani annuum his expenderent sublato. Langobardi Germanica gens à Narsete indignato cōtra Sophiam in Italiam hoc principe irrupere, quam ab Alboino rege ad Desyderium per. C. C. & IIII. annos in principatus diuisam tenere. Obijt graui pedum dolore anno XI. Imperij.

T Y B E R I V S.

Tiberius adoptatus à Iustino rem per septennium foris satis feliciter gessit: domi summa cum pietatis & liberalitatis opinione, quod si quem admodum Persas grauius afflixit praelijs, sic aduersus Langobardos felix fuit, nihil illo, principe fortunatus. Obijt Mauricio genero successore declarato.

M A V R I C I V S.

Cappadocem hominem virtus, & rei militaris sciētia, partēq; eius ductū de Persis insignis victoria, Imperio facile imposuit, quod sub iniūria Persis, victis, Scythijs afflictis, Langobardis repressis, & Hunnis è patrio solo in solitudines pulsas, feliciter administravit. Mox auaritiæ studēs, cum frustra Phoca insidias, somnia etiam admonitus præcauisset, dum miles stipendio fraudatus, seditiosus agit, ab eodem Phoca Imperio, & vita priuatur: cum imperasset annos XX. vixisset tres & sexaginta:

ta: eius etiam omnis profapia sublata est. Turcaicum nomen tunc primum Asia auditum.

PHOCAS.

Adeo precipites in malum homines agimur, ut Phocas nec Mauricij avaritia admonitus, adepto Imperio per Mauricij cadem ab hoc vitio temperarit. Quin longè studiosius colligenda vndiq; pecunia incubuit, & omnia ex Persica seruitutis instituto egit. Vñ in hoc homine laudes, quòd Romanum pontificem principem omnium iure declararit. Cetera adeò socors & ignauus, et frequentibus adulterijs infamis, ut cum Romanū Imperium vndiq; Barbari vastarent staretq; solùm eius nominis vmbra, conspiratum sit in illum ab Heracliona, & Heraclio, & Prisco, qui captum inertissimum hominem prius interfecere, quàm ferre suppetias eius milites potuerint, omni stirpe principis impurissimi sublata.

HERACLIVS.

Luanti iam pridem Imperio, & prae-grauantibus Persarū armis. Syria cum ipsis Hierosolymis expugnata, Heraclius accepto diademate à Sergio Pontifice primum omnium Persicum bellum parat: ad quos legatis antea missis pro inducijs impetrandis contemptim ab his habitus, adeò excanduit, ut differre amplius rem non potuerit. Responderūt enim impj Loſtes, non prius se Romanis pacem duros, quàm

quàm CHRISTVM abnegasset Imperator. Quare ingentibus copijs in Chosroën ductis, victis eius saepe ducibus, & cum omnibus copijs cassis: mox profligato Chosroë, Persidè que omni in vltionem nostram igni, ferroq; vastata, lignū salutifera crucis recepit. Celebris adhuc est Christianis dies festus argumentum vltorie insignis, pacis videlicet partæ, & Tigridis fluyj inter vtrunq; Imperium termini. Triumphatūque egregiè cruce pralata. Imperavit Heraclius annos XXXI: nouo morbi genere perijt, virili membro semper ita distento, vt quoties meieret, lotium vultū aspergeret, nisi obiecta tabula id prohibuisset. Creditum est, hereseos Monothelitarum, in quam inciderat, & nequitie supplicium luisse. Hoc tempore Saraceni Mahomete duce caput extulere. Quare breuiter de eius ortu, & successu interim quædam perstringamus.

MAHOMETIS ORTVS.

EX Arabia constãti veterum scriptorum fide hoc malum orbi prodijt. Inde enim humili loco natus, dum locandis, conducendis que camelis victū querit, adolescens ingenij vafij, viduæ dominæ nuptijs & opibus mox auctus, Sergium monachum nostratē familiarem habuit: cuius adiutus opera, cum Christianos & Iudeos accusaret, hoc vt impios, qui summum prophetam excruciasent: nos vt simpliciores

ciores, qui de CHRISTO ridicula prodamus,
 paulatim latronum manum coegit, & diuini-
 tate quadam inde sibi astructa facileq; leuissi-
 mo hominum generi persuasa, consilium armis
 addidit. Inde rerum successu prosperiore ela-
 tus, Syriam vastat, & Damasciū regionis ca-
 put expugnat. Tum verò in Persas arma con-
 uersa, quibus congressus, & primò victus, re-
 parandis copijs intentus, Scenit as sibi Arabas
 adiungit, gentem per ea tempora Romana mi-
 litia assuetam, & quæ ob negata ab Heraclio
 stipendia rebelles animos induerat. Sicque pau-
 latim firmato Imperio, & diuinitatis cuius-
 dam opinione persuasa, quam armis tuendam
 contra aduersantes præceperit, quadragesimo
 vitæ anno, veneno (vt aiunt) à domesticis dato
 perijt. In quo homine nescio magisne ingenij
 calliditatem admirer, an gentis eius stultitiam,
 an potius Christianorum principum socor-
 diam: qui nec nascentem comprimere flammam
 (factu tunc facile) voluere, nec magnis postea
 rerum successibus auctam potuere. Vnde la-
 bes illa iam ad hoc æui non Asiam solùm, &
 Africam, sed magnum Europe partem infecer-
 rit, vt iam de Christiana pietate tuenda in dis-
 crimen ventum sit.

CONSTANTINVS HERACLII.

Hic annū vnū cū imperasset, recte ac ve-
 re pietatis cultor, Martine nouerçæ insi-

4 IO. BAPT. EGNATI
dys, quæ Heracleonæ Imperium astrueret, ve-
neno tollitur. Illa verò cum Imperium malè par-
tum cum filio vix biennio tenuisset, à Senatu
cum deceni filio expellitur, amputata prius ma-
tri lingua, filio uaribus.

CONSTANS.

Constans ex Gregoria & Constantino pro-
ximè relato proles verū potitur, aduitem-
te Senatu, qui Martine scelus execrabatur.
Hic autè impietatis heres, Martinū Romanū
pontificem sibi aduersantem, comprehendi ius-
sum in exilio mori coegit. Cetera hominem non
improbare. & impietatem & auaritiam deme-
res. Saracenis classe congressus, victus au fugit:
quibus paulò post dissidio laborantibus, bienniū
inducijs impetratis Italiam petijt, vt eam à
Langobardico iugo liberaret. Sed cum Romam
venisset, victus à Langobardis acie, quicquid an-
tiqui operis, signorumque fuit, intra quintū diē
inde sustulit: vt plus ornamentorum paucissi-
mis diebus vrbi detraxerit, quàm Barbari per
tot annos. Inde in Siciliam trañciens, cum sex-
tum ibi annum ageret, & auarè, & crudeliter
tributum exigeret, dolo suorum interficitur,
postquàm annos VII. ac XX. imperasset.

CONSTANTINVS PO-
gonatus.

Meliore orbis fato Constantinus Imperiū
excepit: q̄ maximus natu relictus à pa-
tre

tre Byzantij, vt Imperium administraret, au-
 dita eius morte, in Sicilia venit: vltusq; Mithri-
 zium tyrannum, & cedis paterna cōscios, bel-
 lum aduersus Saracenos septem annos, terra,
 mariq; feliciter gessit. Fatigati enim bello ma-
 ritimo Arabes, quod ex Cyzico à se capto, By-
 zantio singulis aestatibus inferebant, maxime
 ignis miraculo territi, qui sub aqua arderet,
 (Callinici inuentum) tempestate etiam graui
 oppressi, ferè omnes periere. Nec terra felicius
 res eorum administrata. Victi enim vna acie,
 xxx. suorum millia amisere. Quare pax ho-
 nestissima secuta, pollicitiúsque Mautas eorū
 dux, Ioanni legato Imperatoris ad id misso tri-
 butum annuum, auri pondo 111. millia, seruo-
 rum etiam honestorum, & equorum totidem.
 Sexta hoc principe vera pietatis celebrata syn-
 odus Constantinopoli: pax vbiq; etiam floruit,
 præterquam quòd Bulgari trās Danubium re-
 pentinè bellum ostentarunt: quod cum infelici-
 ter gereretur, inhonesta pace Mysia his ad in-
 habitandum data est, tributio etiam annuo pro-
 missa. Imperauit annos septemdecim, Iustinia-
 no filio herede, cum fratribus minoribus nares
 amputasset. Pogonatus appellatus, quòd im-
 berbibus in Siciliam profectus, barbatus redisset:
ωωωωω enim Græci barbam appellant.

V

IUSTINIANVS

Ltim^o Heracliana stirpis Iustinian^o Im

perio praefuit. prauū vir ingenij, & variū, atque à fide recta abhorrentis. Siquidem Synodum aduersus sextam à patre celebratam indixit, bonis omnibus aduersantibus, & in primis Romano pontifice, quem comprehendi mandauit. Bellum aduersus Arabas, & Bulgaros contra fœdera motum, vtrunque calamitosissimum gessit. Quare & crudelitate etiam in suos iniu- sior factus, Leontij patrij, & Callinici patriarchæ dolo deturbatur Imperio, atque Chersonam relegatur, nares prius abscissa. Vnde mox fugiens, & ad Trebellium Bulgarorum regem fuga lapsus, eius opera restituitur, Tiberio, qui Leontio successerat, fugato, & Callinico patriarcha luminibus privato. Illud sanitiæ hominis argumentum traditur, quòd quoties trun- cas nares emungeret, toties vnum ex ijs, qui Leontio fauerant, ad supplicium rapi iubebat. Sexto demum & decimo anno à Philippico pul- sus, quem, reclamante Constantino Pontifice, acrius insectabatur (venerat autem ad illum Romanus antistes accersitus, & ab Imperato- re honorificentissime exceptus) vitam & Imperium pariter amisit, sexto anno post exilium, cum X. antè praefuisset.

LEONTIVS.

LXXXVII. annos ab Heraclio ad Iustinia- num in vna gente imperatum, quod nescio an ulli priorum contigerit, cum Leontius Iustina-
mano

niano relegato, Imperium sibi vindicauit: qui classe aduersus Arabas Africam occupantes ingenti parata, cum infecta re rediret, Imperio expellitur, postquam treis tantum annos rerum potitus esset. Hunc ergo Tyberius captum (sic enim quam Absimarum dici volui) adepto Imperio, naribus truncatum custodiri iussit.

ABSIMARVS, QVI ET

Tyberius.

Hunc classem in Creta Imperatorem dixit, qui Heraclium fratrem statim aduersus Arabas omnia vastantes cum misisset, eius ferri opera haecenus repressit, ut à nostris abstineret. Inde Philippicum nobilitatis praecipue Chersonam relegauit, quod aquila caput obumbrasse videbatur dormienti. Caterum septimo post annum Leontio captus, à Iustiniano interficitur.

PHILIPPICVS BARDANES.

Nunquam maior principum impietas, maiusque, quod grauius doleas, socordia. Qui ppe hic adeptus Imperium, sextae synodi decreta altera synodo infirmare contendit: gratificatus monacho, qui imperaturum illum praedixerat, hoc praedictionis premium petenti: quare cum eloquentiae multum huic inesset, sapientiae parum, opesque Imperij iam pridem congestas dissiparet, passus etiam Bulgaros Thraciam populari priuatus oculis in ordinem redigitur, anno vno, & mensibus v. vix expletis.

Hic adeptus Imperium, cum optimè qua ad pietatem rectam attinent, instituisset ex Pontificum assensu, classem ingètem aduersus Arabas in Alexandriam emisit. Verùm classiaris quibusdam contumacius agentibus, qui illum oderant, domum reuersi, Theodosium ignobilem alioqui virum Imperio praeficiunt: captaq; Constantinopoli, monasterio Anastasium includunt, cum annum vnum, menses tres imperasset.

THEODOSIVS ATRAMYTENS.

Obscuro licet loco natus, non penitendum Imperatorè egisset, si diutius illi per Leonem & Cononem Orientis praefectos imperare licuisset. Verùm cum Leonem exercitus Imperatorem dixisset, pertaesus belli civilis Theodosius cessit Imperio, monasticamque vitam amplexus, satis diu ac felix in ea vixit, cum annos duos imperasset.

LEON ISAVRVS, SIVE CONON.

Obscuritatè generis (quippe qui apud Isavros natus exercuerat sedentariâ) cum alijs secleribus, tum verò impietate in Deum, ac eius imagines facillè Leonem equauit, vnde illi cognomè *εινονομάχης*, & *βρομάχης* Graecis, quarum periculi tantus hominem ardor inuaserat, vt Iudeis duobus gratificaretur, qui illū tantò antè impera

imperaturum prædixerant: ut & Constanti-
 nopolitanum pontificem, Germanum nomine,
 aduersantem, sede extruserit, & Romanū an-
 tistitem obsistentem comprehendi iusserit. Sa-
 raceni certè ducibus Masgaldæ, & Solymanæ
 Constantinopolim triennali obsidione, terra,
 mariq; fatigarunt. Verùm peste fameq; conse-
 ctæ, à Bulgaris etiã saepe vicli classe magna ex
 parte igne sub aquis ardenti consumpta, pau-
 cissimis ex tanto naufragio seruatis, manifestã
 in se numinis iram sensere: nec minori interina
 clade in vrbe seuitum, trecenta & amplius ci-
 uium millia peste fameq; consumpta. Ridicula
 plauè quidam de cœlesti igne, & nauium nu-
 mero prodidere. Inde Siciliam Sergij præfecti
 opera rebellantem, ad officium retraxit. Circa
 finem Imperij, quod quartū & vigesimum du-
 rauit annū, graui terre motu Bithynia, Thra-
 ciaq; cõcussa: muriq; Byzantiij magna ex par-
 te collapsi, quo Theodosij maioris, & Arcadij
 filij statue ad terram deiecte. Et quæ res fle-
 etere impij principis animum ab impietate de-
 buerat, tanquam in manifesta Deum ira, ille
 verò ad priuatum quæstum retulit, tributo ad
 restituendos muros imposito, ut in singula nu-
 mismata quatuor & viginti obolos ærario prin-
 cipis inferrent: quod postea in multas ætates
 abijt. Hoc principe Romani pontifices ad Fran-
 cos primum respexere.

CONSTANTINVS CO-

pronymos.

In pio patri scelestissima successit proles Cō-
 stantinus cognomento Copronymi, quod in-
 fans baptismi lavacro admotus, medijs sacris
 alimonie excremento aquam polluerat. Is non
 solum patris impietatem in abolendis diuorum
 imaginibus reddidit, verum etiam grauiore sce-
 lere reliquias eorum aut contempsit, aut com-
 buisit: quam in numina impietatem immani-
 tas hominis inuisiorem fecerat, dum nobilissi-
 mum quemque tollendum è medio curat. Anti-
 stites certe Constantinopolitanos vnum & al-
 terum ignominiose prius habitos, & grauiiter
 adhuc excruciatos, capite plectit. Hic Bulgari-
 cum variante fortuna bellū terra, mariq; ges-
 sit. Artabasdum primæ nobilitatis hominem
 Imperatorem ob orthodoxis creatum, post bien-
 nium à se captum, oculorū vsu cum liberis pri-
 uat. Grauiissimam hyemem, vti Pontus Bospho-
 rusq; ipse Thracius perglaciauerit, expertus,
 post infinita flagitia exquisitissimo cruciatio
 consumptus obiit. Imperij anno **XXIIII**. duo-
 bus mensibus minus.

LEO.

Non Imperij solum, sed paterni sceleris hæ-
 res aduersate matre Bulgarici sanguinis
 pientissima successit Leo, qui ad impietatem sa-
 crelegium etiam addiderit. Nam coronam à

Mauri

Mauricio principe Deo dicatã, nefario capiti imponens, captus gemmarum & auri splendore, breui poenas luit. caput enim impiũ carboni apostemate statim intumuit: tandem ardentissima febre subsecuta, impium spiritum nefarius exhalauit Imperij anno vno.

CONSTANTINVS LEONIS F.

& Irene mater.

Reditus tandẽ his principibus veteri religioni susnitor, reddita vetus pietas Irenes matris opera: quæ Attici sanguinis, forma insignis, sed probitatis opinione insignior Leoni nupserat. Quare conuentu trecentorum & L. Patrum Nicæa indicto, quæ septima synodus habetur, templis, diuisque sua restituta sunt imagines. Nec multo post tamen Constantinus iam adultus matrem haud amplius passus, Imperio deiecit, ciecã in ordinem redigit. Nicephorum Imperatorij & ipsum stemmatis, in quem suffragia multorum tacitè inclinabant, oculorum & linguae vsu priuat. Et ne quid sceleris deesset, Maria vxore monasterio obtrusa, Theodoram concubinam inducit matris consilio, vt filium inuisum omnibus faceret: vnde mox rerum sola potita, filium in potestatem redactum excæcat, eadem die, quæ sexto antè anno Nicephorum ille eodem supplicio affecerat: ipsaque non multo post à Nicephoro pulsa, in Lesbum insulam relegatur.

Huius Imperio, quod fuit cum filio annorū x. lamina inuenta est super cadauer his verbis: Christus nascetur ex virgine, in eum credet Constantini & Irenes Imperio ô sol iterum me videbis. Sed & Carolus à Leone Romano pontifice Imperij corona donatur virtutis, & pietatis ergo.

NICEPHORVS.

Piget planè, ac pariter me pudet, tot portentis verius, quàm principibus, referèdis immorari: nisi quòd præterquam quòd rei seris ita exigit, nõnihil & huiusmodi hemines vite profunt, dum eorum exitu & deterrentur pessimi, & optimus quisq; ad virtutè, honestumq; accenditur. Nemo enim maiore hominum opinione ad Imperiũ venit, dum singulos aut muliebris impotentia, aut flagitiosissimi principis sedet: nemo avarius, aut crudelius administravit, quorum scelerum mox penas meritas luit. A Bulgaris enim paulò antè à se victis, improviso noctis assultu oppressus, ipse cum toto exercitu ad internecionem ceditur. Stauracius filius saucius humerum vix Adrianopolim euasit. Hic Venetam rem sociali classe aduersus Gallos iuuit. Populoniam dolo magis, quàm vi captam diripit.

STAVRACIUS.

Adrianopoli, in quã euaserat, post patris interitum Imperator ab amicis salutatus.

non multò post à Michaelē Curoplate Rangabe cognomento, qui Procopiam sororem eius in uxorem duxerat, Imperio deturbatur, & monasterio includitur, post quàm cum patre annos IX. imperasset.

MICHAEL CYROPLATES

Rangabe cognomento.

Melior pacis artibus, & pietate maioribus à me proximè relatis successerat Michael, si quàm in toga bonus, tam bellicis rebus administrandis viguisset, à quibus tantum abhorruit, ut ad unam aduersam cum Bulgavis pugnam, à quibus castris etiam exutus est, ita conciderit, ut accepto nuntio de Leonis Imperio, monasterio sese abdiderit, habenas regni facile concedens post annum alterum Imperij. Hic cum Carolo Francorum rege fœdus ita inijt, ut Veneti suis legibus, ac iure viverent, immunitate his seruata, quam ad eam diem in terra Italia retinuerant.

LEO ARMENIUS.

Pardi Patrity filius magno omnium gaudio, maiore spe rei Romana proficitur: nec conceptam de se hominum animis spem frustratus esset, nisi egregias virtutes crudelitate in suos, & impietate in Deum mox fœdasset. Quippe qui parta de Bulgaris insigni victoria, cum ab armis quies esset, ad eadem multorum cõuersus, diuorum imagines deleri penitus iubet:

inbet: nec praesagus, aut somnijs maternis cladem imminentem euadere potuit. Nam à Michaelè Traulo, quem custodia detinebat, noctuo per insidias, dum sacris operatur, casus obiit post annos Imperij VII. & menses quinq;.

MICHAEL BALBUS.

Aetorium Phrygiae superioris oppidulum de sordido etiam loco natum: ad quae impietas quoque accesserat ex haeresi Iudeorum, atque Thinganorum hausta: Linguae praeterea vitio bultientem, unde Graeci τραυλον appellauere. Hic post interfectum Leonem, à quo ad tantam fortunam euectus erat, Thomam, qui tyrannidem inuaserat, vario primum rerum euentu, tandem oppressit: defectionisq; socios cum ipso Thoma sustulit. Saraceni hoc principe ex Africa profecti, Cretam insulam occupant, totamq; ferè in ditionem redigunt, Gracosq; duplici praelio vincunt. Ipse princeps cum annos VII. menses IX. imperasset, Theophilo filio per manus Imperium tradidit. Vetus oraculum innotuit, tum rem Romanam in lapsum praecipitem ruituram, cum Balbus & auarissimus princeps imperaret, qualis hic vir fuit.

THEOPHILVS.

Maior iustitiae cultus in Theophilo fuit, quippe qui facillimum sese stans diebus aduentibus exhiberet, et ad seueritatem interdum propen

propensior acrius delicta puniret: sed par impietas, vt qui diuorum imagines ex paterna emulatione auersatus, non paucos, qui eas colerent, ad mortē vsque cedi iusserit. Saracenis Asia prouincias vastantibus bis congressus, bis victus est, castrisq; exutus. Quinetiam Amorium, vnde illi genus, ab ijs obsessum, & proditione captum diripitur. Cumq; annos duodecim rebus praefuisset, dysenteriae morbo perijt.

MICHAEL THEOPHILI, ET

Theodora eius mater.

Fecit Irenes Cōstantini matris administratio, vt feminei nō pœniteret Imperij. Quare Theophilo vita functo, Michaele filio adhuc infante, et sub tutela matris ac principum virerū relicto, Bulgari Scythicum genus pietatem nostram populariter sunt amplexi, cūm Theodora genitrix rebus adhuc praesset. Verum impotentia muliebrē quis a quo animo ferat, vbi praesertim impietatem asserat? Nam & illa diuorum imagines execrata est. Ceterum impietatis pœnas mox dedit à filio monasterio inclusa: qui auo similior, quàm patri, per summam ignauiam, ac prodigalitatem rem afflixit, à Saracenis etiam castris exutus: nec minore insania Circensibus ludis oblectatus est: quibus dum plus ingenio indulget, Basilium Macedonem Barda interfecto, consortem Imperij adsciuit, à quo mox occisus est, Imperij anno.

anno XIII. quorum treis cum matregerat.

BASILIVS MACEDO.

Quis crederet & hunc captiuū inter vna
les Constantinopolim ad ductū, Romane
rei praefuisse, qui nec patriam, nec parētes salte
ciere possit? praefuit tamen & eo rerum succes
su, vt ad eius nepotes Imperij maiestas transie
rit. Primum igitur adepto Imperio profusissi
mas Michaelis largitiones reuocauit, vt dimi
dium eorum, quae accepissent, aerario inferrent,
& treis liberos Imperij heredes instituit. Inde
in Saracenos, qui Cretam occupant, profe
ctus, ab his nauali praelio superatur: quos ta
men alieno ductu post vicit. Hoc imperante,
Saraceni ex Africa soluentes, cum Italiam
magna ex parte vastassent, Dalmatiā quoq;
populati sunt, Rhagusio etiam capto, quos ta
men Nicephori Phocae ductu, inde post eiecit,
Bario in ditionē suam redacto, tametsi Veneti
vna atq; altera expeditione rem Christianam
iuuissent. Caterū cum annes x. imperasset, a
ceruo in venatione cornu ictus, mox perijt. Vir
fugit, & quem principem non contemnas.

LEO BASILII PHILOSOPHVS.

Constantino filio maximo nato (viuente
adhuc patre) vita functo, Leo cognom
to Philosophus frater successit: qui Bulgarios
desciscentes, Turcarum auxilio primò vicit. Ve
rum ab his per inanes inducias delusus, ma
gnis

gna clade afficitur. inde in Saracenos classe cōparata, Niceta ductu egregiam victoriam peperit: literarum omnium, & astrologia in primis eruditus, & qui filium Constantinum imperaturum diuinaret. Tandem post annos v. & xx. menses treis, alui doloribus fatigatus, Alexandro fratri Imperium per manus tradidit, cui filium commendauit.

ALEXANDER.

NEc Basilio patri, nec Leoni fratri similis Alexander successit, vir luxu & ignauia perditus, annum & mensem rerum potitus. Qui cum nec ipse rectè administraret Imperium, & ignobilissimum quenque, ac turpissimum rebus proficeret, erumpente naribus sanguine extinctus est.

CONSTANTINVS.

SEptennem hunc pater Leo sub tutela matris, & nobilium quorundam reliquit: quorum diligentia Andronicus Ducas tyrannidis inuasor oppressus est. Inde Bulgaris Thraciam vastantibus bellum indictum: quod feliciter sanè Phoca ductu successerat, nisi casu quodam consternati milites iam victores in fugam conuersi fuissent. Eadē quoq; fortuna alterius in Bulgaros expeditionis fuit ducum discordia, & ambitione: ut & Constantinopolis à Bulgaro hoste sit obsessa, & Romanus Lecapenus Zoe Constantini matre prius eiecta, Imperij socius

socius adscitus à Constantino necessario sit, qui Helenam eius filiam in uxorem etiam duxit. Caterum Romano in exilium pulso, Christophoroq; eius filio cum tota Lecapenorum gente extincto, ipse rem Imperij per annos vndequadraginta satis prudenter administravit, Benevento de Langobardis expugnato, & tyranni quibusdam oppressis, Turcarumq; principibus aliquot Christiana pietate imbutis. Hic à literis, optimisq; disciplinis non abhorrens, quas penè extinctas ab interitu vindicavit, librum Romano filio reliquit, in quo summam totius Imperij, sociorum omnium fœdera, hostium vires, rationes, consilia explicuit: quem nos in bibliotheca nostra tanquam thesaurum servamus, in quo multa de Venetis etiam nostris Imperator ipse differit.

ROMANVS LECAPENVVS.

Non iusturandum sanctissimum, quod præstiterat, non gener Constantinus obstitit, quò minus Imperium & sibi, & Christophoro filio Romanus vindicaret, Constantinumq; penè in ordinem redigeret. Is verò cum Bulgaricum bellum contra Simecnum eorum ducem infeliciter gessisset, & sextum ac vigesimum annum præfuisset, tandem à Stephano filio captus, insule includitur: mox & eius filij à Constantino comprehensi, alter in Proconnessum, in Lesbum alter relegatur.

ROMANVS LEONIS IVNIOR.

V Ir omnium ignauissimus, luxu q̄; ac otio
perditus, post Constantinum patrem Im-
perium suscepit Romanus nomine: quod tamen
alieno arbitrio rexit, ingenio alioqui non ma-
lo, sed interdum solerti, vbi animum adieccisset:
foris aduersus Saracenos, qui Cretam occupa-
bant, Nicephori ductu, & aduersus Turcas
Asiam vastantes eiusdem Nicephori & Leo-
nis fratris Imperio felix. Domi in matrem, ac
sorores impius, vt regia eiecta, quæstum mere-
triciū sint amplexæ: ipse ludis ac crapule in-
tentus, post tertiumdecimum Imperij annū
obijt veneno etiam potionatus.

NICEPHORVS PHOCAS.

Nobilissimus haud dubiè Romano succes-
sit Nicephorus cognomento Phocas, Pho-
ca Nicephori nepos, qui in Sicilia cōtra Sarace-
nos res egregias gesserat: simul ac igitur ade-
ptus Imperium est, classē in Saracenos occu-
pantes Siciliam instruit: ipse in eosdē Asiā va-
stantes exercitum duxit. In Sicilia res infelici-
ter per duces acta, ipse Ciliciam & magnam
Asia partem latis auspicijs recepit: mox Antio-
chiam noctu aggressus pulsus Saracenis, Impe-
rio suddidit. Sed quā bellica re fortunatus,
tam domi infelix, dum auaritiæ, socordie q̄; se-
se emancipat. Ex quo in odium ciuium incur-
rens, facilè à Ioanne Zimisce adiunante Theo-
phan

phania Nicephori uxore, noctu intra cubile inter-
fiscitur, cum rerum potitus esset annos sex,
mensēs totidem.

IOANNES ZIMISCES.

CLarus hic iam antea militari laude Im-
perium assecutus, Basilium & Constan-
tinum fratres, Romani iunioris filios, Imperij
consortes adsciscit: in Rhoxolanos Bulgariam
sibi vendicantes felicissimè rem gerit: Phocam
Nicephorum rebellantem capit: indeq; Bulga-
riam omnem Imperio adiecit, eiectis inde Rho-
xolanis, Sphendoslauoq; eorum rege ad deditio-
nem coacto: mox Constantinopolim reuersus,
cum triumphantis specie inuectus vrbi esset, po-
tionatus post Imperij annum sextum, & men-
ses sex, decessit.

BASILIVS ET CONSTAN-
tinus fratres.

NVlli diuturnius rerū potiti, quippe qui
annos LIII. præsuerint, & ne sine civili
bello rem transigerent, Barda Scleri ambitio
fecit, quem inuasorem Imperij tandem acie vi-
ctum ad Persas fugere compulere: nec multo
post Phocas Barda cognomento ab exilio re-
uocatus, indignatus q; post rem præclare aduer-
sus Sclerum se duce nauatam, ab Imperatori-
bus contemni, desciuit, quem & ipsum casum
in acie superarūt. Inde in Bulgaros itum, quos
prelijs aliquot victos ad deditiōem tandem
totius

totius gentis Basilius compulit, vsus ad compe-
scendam eorum perfidiam grauiore in victos
pena. Nam xv. millibus eorum captis oculos
effodit, vno tantum incolumi, qui eis ad Samue-
lem eorum ducem praeiret. Quare dolore ani-
mi Samue ab affectibus, non multo post obiit. Bul-
garia igitur omni subacta, & Imperij termi-
nis vndique ampliatis, post LXX. & alterum
vitae annum decedens, Constantinum fratrem
successorem reliquit.

CONSTANTINVS.

Hic cum fratre particeps dignitatis potius,
quam potentiae post fratrem per summam
ignauitiam & luxuriam ita se gessit, vt obscuris-
simum & barbaris hominibus rem totam tra-
deret. Illud eo principe dignum laude gestum,
quod Diogenes, qui Sirmio & Bulgariae pra-
erat, Patzinacas Istrum superantes vicit.
Deceffit tertio Imperij anno septuagenarius,
Zoe filia Romano Argyropulo in uxorem col-
locata.

ROMANVS ARGYROPYLVS.

Hinc Zoe filiae Constantinus vt omnium
nobilissimum, qui Imperij heres esset, de-
legerat, optima de eo omnium spe: quam sub
initia nequaquam frustratus est, cum multa
in melius mutarit, summa etiam liberalitate
in omnes vsus. Verum cum Saracenicam Asiae
expeditio parum ex sententia illi gessisset, re-

pentè mutatus, totum se ignavia, ac pecunie colligenda tradidit: nec multò post Zoe uxoris infidijs, & Michaelis Paphlagonis adulteri dolo, intra balneas aquis immersus obiit, cum annos quinq; & dimidium regnasset.

MICHAEL PAPHLAGO.

Quis non effrenem in quinquagenaria femina libidinem excreturam aut fortu-
ne ludum in hoc principe non admiretur: man-
cipium videlicet barbarum, nec vlla re nisi for-
ma commendatum, mente etiam commotum,
labensq; ad singula momenta, spuma insuper
oris foeda, septem tamen annos imperavit: nec
malum omnino principem egit. Nam & tri-
cennales inducias cum Aegypcio rege percussit,
& Aedessam obsidione liberauit: & domi in
suos facilis, ac beneficus admodum fuit. Vni
Zoe propter expertam libidinem parum equus,
qui cum intercutis etiam morbo laborare cœ-
pisset, Michaelem Calaphatem heredem Im-
perij esse voluit.

MICHAEL CALAPHATES.

Hic adoptatus à Zoe, præter sordes paren-
tum, qui naues apud Paphlagonas pice
oblinerent, vnde Calaphates etiam dictus, auarè,
ac crudeliter rem susceptam administra-
uit: ingratiſſimus enim in omnes patrum au-
torem & aucte maiestatis primum eiecit: reliquos
deinde consanguineos execut: inde Zoem ma-

trem in insulam relegauit: quod cum indignis-
simè omnes ferrent, populi conspiratione resti-
tuta Zoë, fugiens cum fratre Constantino à
turba capitur: & vterq; oculorum vsu, fami-
liari Grecis pœna priuatur, mensibus quatuor
& totidem dies rerum potitus.

ZOE ET THEODORA.

Flagitia principū, vt muliebri Imperio
æquius videretur, effecere. Quare sorori-
bus duabus Imperij fasces, ac mæstas asserta.
Ceterum vt variū, ac mutabile semper est femi-
na, facilè Zoë ardenti adhuc libidine persua-
sum, vt maritum ascisceret. Cùmq; aliquot fa-
fidisset, Constantinum Monomachum ab exi-
lioreuocatum, Imperatorij & ipsum stemma-
tis virum sibi adiungit, & Imperatorem pro-
nuntiat mensibus 111. vix exactis.

CONSTANTINVS MO-
nomachus.

Hinc prima Imperij labes, hinc reliquæ,
quæ consecuta sunt clades, ortum habue-
re, principe adeò ignauo, & libidine perditio, vt
concubinam egregia alioqui forma, vxoris le-
gitime loco habuerit, quam efflictim deperi-
ret. Duplex illum factio sub initia Maniacis
videlicet Georgij, & Leonis Tornicij est ag-
gressa: sed Maniacis motus, qui ex Italia in
Epeirum transierat, vna pugna secunda, &
ducis morte facilè compressus. Torniciana dese-

Etio eo grauior, quod diuturnior, sed eo post al-
 quot praelia tandem capto, & oculorum vsu
 priuato facile confedit. Hoc principe Turcarum
 arma tunc primum per Asiam latius euagata:
 victi tamen interim Rhoxolani, & Patrina-
 cae Scythicum genus hominum. Zoeq; vxore
 septuagenaria fato mox functa, & ipse tan-
 dem morbo praegravante decessit post annos Im-
 perij bisseños, & menses octonos.

THEODORA.

Non pudeat & Theodorã Zoes sororem,
 quae biennio vix imperarit, nostris in se-
 rere commentarijs: quandoquidem non mulie-
 briter femina rebus praesuerit. Quinimo tanta
 domi, forisq; quies & otium fuit; tanta rerum
 omnium vbertas, vt feminei Imperij neminem
 paeniteret. Verum ingrauescente cum aetate
 morbo; illecebris eunuchorum Michaelem iam
 senem in cura partem cum aduocasset, ipsa non
 multo post satis, naturaq; concessit.

MICHAEL SENIOR.

Vix annum vnum reru potius erat; cum
 Isaacij Comneni motus in ordinẽ illu re-
 degit, virum genere & opribus claru; caetera mi-
 nus ad imperandum idoneum, aetate etiam pra-
 grauante, qui priuatus non multo post obierit.

ISAACIUS COMNENVS.

Tandem virum fortem, & pace, belloq;
 illustrem, Constantinopolitana res sortita
 fuerat,

fuerat, Isaacium scilicet Comnena gente nobili, si ultra biennium sceptri, regniq; potitus esset: verum ille lateris morbo inter venadum subito oppressus, cum de salute desperasset, cucullam monasticam indutus regno se abdicat. Constantino Duca de Senatus, populiq; voluntate, successore declarato. Sunt qui scribant tanta continentia eum fuisse, uti nec uxorem cognoscere vellet post prolem semel ex ea susceptam, cum tamen ad morbi remedium medici in primis consulere, ut coitu frequentiore uteretur.

CONSTANTINVS DVCAS.

EThunc suorum conspiratio subinitia grauis exceperat, quam cum non sine discrimine compressisset, ad Reip. administrationem conuersus, non pessimum principem egit. Vera pietatis cultor, & equi obseruantissimus, sed auaritia studium praeuabat: unde inuisus suis, hostibus etiam ludibrio fuit, Imperij res undiq; vexantibus: accessit ad extrema mala familiaris Constantinopoli clades grauis terrae motus, quo templa, aedesq; multae corruere: sed morbo inualecente Eudocia uxori & filijs sceptrum tradens, anno septimo, & mense sexto Imperij, cum LX. & amplius vixisset, excessit.

EUDOCIA ET FILII.

POterant res domesticae fortasse muliebri prudentia non incommode administrari, si à bellis externis quies affuisset, sed imminenti-

bus vndiq; Barbaris vicit eorum sententia, quò virum idoneum præficiendum rebus esse contenti debant. Quare iurifurandi oblita, quo marito morienti sese obstrinxerat, non superinducturam se Imperij rebus maritum alium, siue etiam coacta, Romanum cognomento Diogenem, filijs etiam non improbantibus, post menses v. 11. Imperij, virum sibi adiunxit, qui Remp. prudentia ac fortitudine tueretur.

ROMANVS DIOGENES.

Hic Diogenes pater fuerat haud dubie domi, militiaq; clarus, qui postea tyrannidis affectatæ reus seipsum precipitauit. Paterna igitur laudis emulator filius, cum victoriam egregiam retulisset ex hoste barbaro, dignus est habitus, quem Endocia in tori, curaq; partem acciperet: quam tamen non multò post facile pœnituit, cum insolentia hominis pertaderet, qui rem ad se totam traheret. Prior expeditio in Barbaros Asiam vastantes vario rerum successu illi administrata. Altera funestissima, Romano milite vel fugato, vel caso, ipso certè Imperatore (quod ad eam diem nunquam contigerat) capto. Ferunt Axiar Turcarum principem ad primum nuntium capti Imperatoris Rom. vix credentem constituisse: mox ad se adductum, & cognitum, in summo honore à Barbaro habitum, & amplis donatum muneribus, pace inuita dimissum: sed Byzantij

omnia

omnia ad primum cladis acceptæ nuntium mutata erant, ipsa Eudocia relegata, Romano abdicatum Imperiū, & Michael maximus Constantini filius rebus prepositus. Ipse Romanus cum bellum frustra pararet, tandem deditus præter iurisurandi religionem oculis immanem in modum prius effosis deportatur in insulã: ubi non multo post decedens, ab Eudocia vxore sepelitur post annos tres, menses autem octo.

MICHAEL CONSTANTINI

Ducæ filius Parapinaceus.

Ignauissimum principem numina nobis (ut arbitror) iam pridem infesta dedere, quæ à fame, quæ sub eo inualuit, Parapinaceum appellauerunt. Cum igitur Imperij res pari ignauia, ac seuitia vexaretur, principe sub Psello magistro versibus tantum factitandis intento, Nicephorus Botaniates cognomento haud dubiè nobilissimus Imperium sibi asseruit: quem in socordis principis inuidiam ciues facile admisere, Michaele prius cum vxore & filio post sextum Imperij annum, & menses sex cœnobio incluso.

NICEPHORVS BOTA-

niates.

Aphoca Imperatore stemma huic ductum, quare tanquam omnium nobilissimus Michaele facile reiecto surrogatur: qui Comnenorum fratrum ferti primum, fidelisq; operarius, qui Bryennium tyrannidis inuasorem, & Ba-

filacium sustulerant, mox ab illis defectionem meditantibus, Impetio deturbatur anno III. quàm imperare cœperat, ipse monasticam vitam secutus. Alexius autem Comnenus minor natu, militari turbe acceptior Imperator salutaturi qui Byzantium ingressus die dominice ecena sacratissimo magna hebdomadis, hostilem in modum urbem totam diripuit, nullo non iniuriarum genere in ciues edito.

ALEXIVS COMNENVS.

Successit iam hinc familia, unde hereditarium, ac prope iustum in Gracã gẽtem odium ad nos transmissum sit. Nam etsi iam pridẽ sub Photio schisma cœperat, manebat tamen qualiscunq; Romani pontificis maiestas, & male factam gratiam affinitates quedam cum principibus nostris inite focillabãt. Alexius autem veluti ex professo hostis Latini nominis præter bellum, quod cum Roberto Viscardo infelicitè gessit, Venetis etiam armis adiutus, Gallorum memorabilem illam expeditionem, quam suscepit semper ab initio duxerat, perturbare conatus est. Ceterùm non succedente consilio, his conditionibus commeatu, & alijs necessarijs rebus adiuturũ se Gallos recepit, si quacunq; cepissent ex hoste, sibi restituerẽ: ex ducibus cerese nostris plurimum Boamundo Normãno deferre visus est. Conuersus inde ad pacis artes, orphanotropheion crexit, & musæum: in altero

pueros

pueros, puellasq; parentibus orbos alendos, in al-
tero erudiendos instituit, sumptusq; his ex re-
gio vectigali datus, ipse verò morbo fatigatus,
post VII. & XXX. Imperij annum, menses qua-
tuor cum dimidio, moriens, Ioanni filio, reli-
quit. Et ante in primis matre, Imperium reliquit.

I O A N N E S.

Ioannes, quem nostrorum quidam Caloianem
appellat, ubi Imperij adeptus est, suos omnes
dignitatibus ornauit, in Isaacium fratrem propen-
sissimus, quæ incredibili charitate dilexit, va-
rijs expeditionibus in Asia vsus. Turcas, Per-
sasq; præ alijs aliquot vicis, urbesq; illis non pau-
cas ademit. Latinorum militum sortem fidelemq;
operam semper expertus, legatos ad Innocen-
tium pontificem, & Lotharium Imperatorem
victoriam de Rogorio gratulaturos misit: an-
dem memorabili exitu in venatione sagitta ve-
nenata, digiti dextra saucius, post quintum &
vigesimalium Imperij annum & menses octo, na-
tu minori Manuelli sceptrum reliquit, cum Isa-
acium vt minus ad imperandum idoneum re-
ieciisset, non contemnendus omnino princeps.

M A N U E L.

Nullus infestior in nos fuit: nulli inuisio-
res successus nostrorum fuere, vt Corradum
Germanum, & Ludouicum Francorum re-
gem, varijs insidijs fatigarit: quare coacti in-
tempestiue Bosphorum traicere, cum in loco-

rum angustijs à Græcis nostri cæderentur, fame quoq; laborare cœperunt: sed famem morbus etiam subsecutus. gypso per summum scelus farina immisto. Quare indignatus Sicilia rex Rogerius bellum illi indixit: indictum fortiter gessit: vastata omni ora Græcia, & Byzantio etiã per suos duces aduersus, ut sagittas argenteas, aureasq; hortis regijs immiserint. Venetis etiam non minus infestus, contra ius gentium Henricum Dandulum eorũ legatum violat: negotiatores, quos simulata pace euocarat, vno die comprehendit: ex quo Venetis armis pressus, tandem promissa bonorum restitutione, æquis pensionibus pacem impetrat. Prelium cum Turcis funestissimum gessit, in quo penè captus est. Federicum Aenobarbũ etiam Italicis auxilijs exercuit. Recte fidei dogmata perturbare per insaniam adortus, non prius abstinuit ab incepto, quã omnes aduersantes sibi vidit. demum cum astrologia peritissimus haberetur, sponderetq; sibi multos adhuc vitæ & Imperij annos, totiusq; Orientis Imperium agitare animo, post xxxvi. principatus annos monasticam vitam secutus morbo perijt, Alexio filio paruulo relicto.

ALEXIVS.

Patri puer Alexius adhuc successit, qui fatigatus multorum insidijs Andronicum maxime infestum habuit, virum callidum & imp

impium, qui ex Isacio Comneno Ioannis fratre natus, nobilissimus haud dubiè habebatur. Is Constantinopolim ingressus primùm tutorem egit, inde participem Imperij. Demum præter iurisdictioni fidem dominici etiam corporis, & sanguinis haustu sacratiorem, Alexium XV. tantùm annos natum, cùm treis annos à patris morte rerum potitus esset, miserabiliter excruciatam necari iubet: capiteq; abscisso, reliquum cadaver in mare proiecit.

ANDRONICVS COMNENVS.

Callidissimus mortalium, ac seuus, cetera non improbandus, si regnandi libidinem demeres, biennium rebus præfuit, omnibus ob insitam seuitiam inuisus. Quare bello etiam à Gulielmo Siculo appetitus, cùm vndique premeretur, tandè ab Isacio Angelo præter suam, omniùmque opinionem Imperio deijcitur: captusq; , ac per urbem camelo sedens circumuectus manu abscissa, oculóq; effoso, turba, vulgusque tumultu lacer perijt.

ISACIUS ANGELVS.

Comnenorum sublata stirpe, ad Isacium cognomento Angelum summa rerum præter omnium spem defertur: qui cùm prudenter se gerere sub initia videretur, classem ad recipiendam Cyprum frustra comparauit. Bellum etiam cum Tolyssis, qui & Valachi dicuntur, Petro & Asane fratribus defectionis autori-
bus

bus infeliciter gessit, varias interim multorum tyrannides oppressit. Federicum Aenobarbum in Syriam properantem magnifice excepit. Ipso vero cum in nostros beneuolo animo esse videretur ab Alexio fratre, quem captum à Turcis redemerat Isaacius, per summum scelus Imperio, oculisq; priuatur.

ALEXIVS FRATRICIDA.

Non ingratus in fratrem solum, sed plane impius Alexius videri possit, qui non solum maiori fratri Imperium per scelus ademerit, verum etiam nepotem extorrem pateretur. Sed affuit non multo post grauis ultio. Restitutus enim nepos patrem adhuc viuentem rebus praeficit. Ipso autem Alexio fuga dilapso, nepos Alexius Isaacij filius post subitam patris mortem Imperator est dictus, Gallorū, Venetorumque armis preualentibus.

ALEXIVS IUNIOR,

Isaacij filius.

Per annorum XII. cum Pannonas, Gallosque per matrem, vxoremq; attingeret, Venetorum, Gallorumq; ope in Imperium restituitur. Id vero praeter alia in federe sanciendo disertè cautum, ut patriarcha Constantinopolitanus Romano pontifici tanquam maiori subesset: Et damna Francis, Venetisq; à Manuele illata cōpensaret. Qui mense post restititionem suam vix excocto, omnia suaggeret rerum

quas promiserat, à *Murziphlo* quodam ignobili, quem tamen ad summum dignitatis gradum extulerat, fraude puer necatur: sed *Murziphlo* & ipse non multo post in *Peloponneso* captus, & *Constantinopolim* retractus, per summam ignominiam, & cruciatus obiit.

BALDVINVS FLANDRENSIS.

Excellens *Veneti* sanguinis virius adiuta Gallicis armis, Imperium, quod tot annos factiosissima, & turbulentissima *Græcorum* natio possederat, Latino nomini facile asseruit. Capta enim vrbe post *Murziphli* fugam, *Baldvinus* *Flandriæ* comes, xv. virum suffragio Imperator eligitur. *Veneti* primo suffragio *Thomam Maurocenum* (quando ita conuenerat, ut ipsi antistitem darent, si *Gallus* imperaret) patriarcham designant, qui statim ad Romanum pontificem profectus, eum dignitatis suæ autorem fecit: moxq; reuersus celeberrimo gentium conuentu, *Baldvinum* Imperij coronat, qui vix anno circumactō, cum præter *Adrianopolim* cuncta recepisset, moriens fratrem *Henricum* successorem habuit. Sunt quæ annos v. imperatum prodant.

HENRICVS.

Baldvino fratri successit *Henricus*, qui pater cum *Valachis* firmata, & filia ducis eorum in uxorem ducta, domi foriq; cum prudenter se gereret, in *Thessaliam* profectus. *Guilielmum*

lielmum filium Bonifacij regem Theſſalia de-
clarat: mox moriens. Iolantam filiam Petro
Antiſiodoreniſi nuptam reliquit heredem, an-
no Imperij XI.

P E T R V S A N T I S I O -
doreniſis.

Hic vxorio iure (quando maſcula nulla ſu-
pererat proles) innixus ab Honorio ponti-
fice ad Laurëtij fanum extra urbem inſignia
Imperij accepit: inde Venetis nauibus ſoluens,
cùm Dyrrhachiũ in Venetorum gratiam fru-
ſtra tent aſſet, à Theodoro Laſcare, qui ſe Græ-
corum Imperatorẽ gerebat, per aſſimulationem
pacis præter iuriſſurandi religionem & fidem,
medio cõiuiuo obruncatur. Sunt qui circa ne-
morofa Theſſaliae loca (Tempe ea vocant) inſi-
dijs captũ, & in vinculis aſſeruatum prodant.

R O B E R T V S F I L I V S.

Nulli dubium eſſe poteſt, treis à me prin-
cipes relatos pietate, ac fortitudine exi-
mios fuiſſe, quibus tamen fortuna haud ſanè
arrĩſſit: tum quòd rerum diu potiri nõ eſt da-
tum, tum quòd in tãta Imperij nouitate obno-
xiam, ac planè precariam poteſtatem agerent.
Eadem propè ſors Roberto aſſuit, qui ad pa-
terna captiuitatis nuntium Byzantium aduo-
lans, cùm ſeſe optimè gereret, Veneti nominis
obſeruantiſſimus inuidiã vnus ex purpuratis
ſuis ſenſit, qui abduclũ ſibi ab illo ſponſam ini-
quiſ

quissimè ferens, impotens animi cum domesticis in regiam irrupit, dehonestatamq; naribus puellam cecidit. Quam iniuriam vlturus Robertus, dum Romam contendit, atq; inde reuertitur, in Achaia morbo decessit, re interim Veneto praetori demandata.

BALDVINVS

Quasi fato euenisse dicas, vt quemadmodum à Balduino auspicia regni cœperant, sic in Balduino conciderent: patri Roberto sufficitur Balduinus filius. Cui, quod per etate tante rerum moli non videbatur idoneus, Ioannes Brënius socer adiutor datur. Qui preualentibus Græcorum armis, cum Venetorum auxilio sepe rem tutatus esset, tandem oppignerato filio & crucis dominica parte, quin etiam templorum donarijs omnium ablati, cum ingentem exercitum ad Bosphori fauces obiecisset, per eius absentiam à Michaele Palaeologo proditione recipitur Byzantium: ita dum externam vim formidat, domestica opprimitur. Anno igitur LX. ferè quàm imperari à nobis cœptum est, Byzantium amissum est.

LASCARORVM STEMMA.

Detur & hoc ipsū cum studiosis omnibus, tū Lascareae familiae haud dubiè clarissima: vt qui interim ad Adrianopolim rei praefuerint, non ignorentur, quousq; Michaelis Palaeologi virtute Græcis iterum vindicatum Imperium

periu est. Imperator Alexius cognomento Angelus, quem fratricidam superius ostendimus, Theodoro Lascari filiam despondit, dotis q; nomine Imperij titulos genero tribuit. Huic masculula proles ex vxore nulla, femina tantum Irene filia fuit, quam Ioani Diplobata Xio in matrimonio iunxit. Imperiumq; illi per manus tradidit. Cui postea Theodorus filius successit, ex quo Ioanes, quem Michael Palaeologus puerum cum interfecisset, ipse sibi & posteris per summum scelus Imperium vendicauit.

MICHAEL PALAEOLOGVS.

Vehementis spiritus vir, cum illum fiduciarie quodammodo tutela pertaderet, Imperiumq; sibi, ac suis destinasset, Gulielmus Achaiae principatu primum spoliat: inde Byzantio capta, cum Venetis bellum diu gessit: à quibus facile Imperio deturbari potuit, nisi Genuenses obstitissent. Quare inducys initis, Lugdunum ad concilium venit, quod Gregorius pontifex indixerat, facileq; illi cum Romano pontifice conuenit: ex quo tantam inuidiam Graecanica gens contraxit, vt nec morietum iusta persoluerint, & locum sepulturae negarint. Hunc annos quadraginta & amplius rebus praefuisse, nisi Annales dubia prodant, certum est.

ANDRONICVS ET MICHAEL filius.

EX tribus maribus natus maximus Andronicus
 eius filius

cus Imperium arripuit: qui Michaelē matre Vngarica natum, consortem Imperij sibi ascivit: quo mox vita functo, prae dolore amissae filiae & generi, pater Andronicus Constantinum Despotem iuniore ad Imperij successionē inuitat: quod Michaelis filius Andronicus agrè ferens, in auum insurgit, Genesiumque auxilio fretus, eius omne ad se trahit: sed Veneti seniore Andronicum cum restituisent, tandem praegravantibus Bulgaricis auxilijs & Genesium, auus coactus Venetos destituit, partesque Ligusticas à nepote coactus amplectitur, & septuagenario maior tandem moritur.

ANDRONICVS IUNIOR.

SEX annos & amplius bellum variū & anceps hic cum auo gessit: saepe tamen reconciliatis animis amicorum interuentu, & gratia malè sarta nequaquam coeunte. Tandem cum Byzantium nepos clam ingressus esset, in auum nihil vltra molitus, illum secum imperare quoad vixit, passus est. Eo mortuo cum aduersus hostes Romani nominis res egregias gessisset, multūque victorijs clarus esset, vnde quinquagesimo etatis anno moritur febre, capitisque dolore intra quatrimum confectus.

IOANNES PALAEOLOGVS, ET

Ioannes Cantacuzenus.

MORTUO Andronico iuniore, cum Cātacuzeni arbitrio, qui magni domestici dis-

gnitatem supremam obtinebat, omnia prudenter gereretur. Apocauci fraude viri obscurissimi, sed solertia & calliditate inter principis amicos precipua dignationis, & patriarcha ambitione in exilium truditur: ille vero inuria impatiens, bellum quinquennale aduersus reginam & Ioannem gessit, Turcarum arma Europæ primus inferens. Caterum rebus in dies pessum euntibus, proditur illi Byzantium: quod cum occupasset, nulli ferè molestus, Imperij tantum participem egit, filia in uxorem Ioanni tradita: inde in Genueses socios Venetis & Aragonijs bellum varia fortuna gestum, cui Nicolaus Pisenus dux præfuit: nec multo post bellum à Paleologo exule CātacuZeno indictum, Turcarum in primis ope geritur, quibus etiam in Europa locum inhabitandam primus tradidit. Et cum ex Tenedo soluens improuisus Byzantium ingressus esset, tandem CantacuZeni Imperio se abdicans, monasticam vitam sequitur. Hic Ioannes Mattheum CantacuZeni filium consortem Imperij agentem tandem Imperium deponere coegit: & cum multa fortiter administrasset bella, moriens filio Matthei Imperium reliquit.

MANVEL.

DE hoc nihil aliud memorabile proditur, nisi quod septem filios mares reliquit, quorum Ioannes natus maximus morienti successit.

IOANNES.

Avidus hic concordia, pacisque principibus
 cum sacris, tum profanis Græcia totius
 comitatus Italiã petijt; Eugenũq; autoritatem
 secutus, Florentino concilio interfuit: paceq; ac
 concordia perpetua (vt sperabatur) inita, mox
 domum reversus non diu supervixit, Iosippo eti-
 am patriarcha Florentia defuncto.

CONSTANTINVS.

Horret animus tanta cladis recordatione,
 & luctu adhuc tanquam in nouo malo,
 mens refugit. Urbem totius Orientis amplissi-
 mam, in qua Christiana pietas millesimum
 ac centesimum supra nonagesimum primum an-
 num floruerat, vbi tot principes Christiani,
 tanta religio, tot diuorum templa, tot reliquia
 condite erant, paucis diebus quã oppugnari
 cepta sit, ab immanissimis, ac nefarijs Tur-
 cis captam fuisse: in qua nulla scelerum facies
 defuerint: non dignitatis, non sexus, non eta-
 tis habita ratio: supra cadibus, cedes stu-
 pris addite; ipsa diuorum templa diruta: ipsa
 ossa. In martyrum canibus, suisque obiecta
 Constantinus Imperator dum ad portam tre-
 pidus se recipit, fugientium trepidatione op-
 pressus obiit: cuius caput hostis ad ludibrium
 pilo affixum totis castris gestauerit. Redem-
 ptor ipse Christus (pro pudor & dedecus no-
 bis æternum) iterum cruci affixus, luto limoq;

vexatus est: ea que omnia representata, que in illum Iudeorum gens olim impia patrarant. Elogium inde additum cruci: Hic est Christianorum Deus. Triduum ciuitas vexata, atque ad arbitrium impotentissimi victoris direpta: inde quicquid regū sanguinis mares, famineque illustres superfuere, aut inter epulas prægnante vino Othomani iussu fedē ingulantur, aut victoris libidini (quod grauius morte fuerit) reseruantur. Incidit autem clades hac in annum salutis millesimum CCCCLIII. quarto Cal. Iunias: qui dies funestissimus, ac religiosissimus esse nobis semper debeat. Qua in re subeat ea reputatio, à Constantino magno Helenæ filio constructam urbem esse, Romæ semper æmulam, sub Constantino, qui eiusdem nominis matrem haberet, captam, Turcarumque iugo ad hanc diem subditam, cum Nicolaus pontifex Romana præfesset Ecclesiæ, Fridericus Germanis imperaret: nostri interim Veneti cum classem ductu Iacobi Lauretani emississent ad subita oppugnationis nuntium, hostis Turcæ celeritate præuerti nullam opem lapsis iam rebus afferre potuerunt. Regnatum à Palæologis annos fere ducentos.

DE BYZANTIO.

FVerit & hoc instituta rei consequens, ut qui Byzantium primi condiderint, quæ ne urbis tam celebris incrementa à prima eius origine

origi
varia,
originem
ducitur, e
tam vetu
ni maies
tam, casu
angusti
Laceda
etum :
certi iur
Spartanis
dem libert
populus, ta
unt, liber
pora res e
do, feraci
portuno,
augendis
defereba
culi Pe
bus C
exci
qua
qu
ra
pa

pe-
mnis
penuria,
n. Pseu-
ade sem-
sarij: q̄
operator
fundi
agro
sit au-
de, ac
na propē
posset. In
uile pra-
res fumi-
tus, vr-
xit, Ro-
n futu-
umentis
Iduum
Va-
mus,
xit,
bet,
tis
a

nitus ex omnibus redderetur equalis, ita ut ex
 singulis proprius exaudiretur. Et cum multis
 ad ornatu noua vrbs conquississet, Cochlidē in-
 super Porphyretici lapidis ex vrbe Roma ad-
 uehēdam curauit, cui statuā suam, & clauum
 vnum Christi redemptoris cruciatu insignens
 superimposuit, quae Alexio Commeno uiuente
 corruerit: Palladium etiam ex Illo comporta-
 tum. Principes à Constantino cum diuersa for-
 tuna, tum rerū vario successu multi praesueres
 magna tamen eorum pars ambitiosi, crudeles,
 auari, & obscurissimi: quodq; grauisimū sit,
 ab orthodoxa fide aut abhorrentes, aut etiam
 infesti: donec vrbs terramotibus, incendijs, sedi-
 tionibus intestinis obnoxia, quibus alimentū
 leuitas genti insita praebet: adde etiam quod
 principum instabilitate in nefariae gentis Tur-
 cicae libidinem deciderit: in qua non sine nostro
 graui dedecore septuagesimum propē annum do-
 minati fuerint, At ahometes primus, inde Pa-
 xaites eius filius, & qui nunc omnibus formi-
 dosus Syria, Aegyptoque imminet, Selinus.
 Et quonia Turcarū proximē meminimus, qui-
 nā illi fuerint, vndeue terrarum profecti, per
 quos duces eorum aucta res sit, breuibus expli-
 candum est mihi: tū quia res memorabilis ad-
 modū sit, tum quod diuersa quaedā, quā no-
 stri haecenus tradiderunt, & (ni fallor) simi-
 liora veri proditurus sum: cum alijs praeter eorū

nuda nomina, vix quicquam memoria dignum
in multis retulerint.

DE ORIGINE TVRCARVM.

Turca, partim Cassio mari proximi, qui
Asiam, Orientemque vastarunt, Cauca-
ssi que veteres incolæ, qua parte ad Arctum
vergit, partium inter Scythicas gentes relati,
& Hunnici sanguinis, qui postea Ungari dicti
sunt, existimati: quod ex Græcis autoribus,
& Latinis aliquot colligas: veteres scriptores
(quod sciam) de his nihil, præter Metam, &
Plinium. Ille præter nudum Turcarum nomen
in Scythie relatione nihil aliud addidit. Sine
igitur veteres illi à Metela relati, siue recens ali-
quod genus hominum, eorum certè, qui Cassij
maris accola fuere, tenuissima memorantur
primordia, & vt cæterarum gentium planè
obscura. Nam septingentesimum abhinc annum
natali solo relicto, in Persidem, atque Asiam
minorem primum impetum fecere: sed nec vnus
dux illis, nec certum Imperium: vagi, dispa-
latique, quòue cuique sors affuit, latrocinan-
tes magis, quàm belligerantes, prouincias va-
starunt. Prima stipendia, Basilio Macedone
imperante, sub Muehometio Saracenorum
principe meruere: quorum præcipuè opera
Babylonios, Indosque ille vicerit. Sed repe-
rit his virtus inuidiam, prohibuitque ad sua
redire, indignati primò secedunt: inde vno al-
teroque

teroque praelio Tangrolipicis Mucalietij ducis eorum auspiciis feliciter aduersus Saracenos gesto, tandem egregie vincunt, Muchame-tiumq; profligatum acie obruncant: ex quo res Turcica ad Tangrolipicem delata. Is alijs Turcis ad se accersitis Cucumetiam nepotem aduersus Arabas, cum paratissimis copijs misit, qui praelio ab his victus, cum à patruo per summum contemptum exceptus esset, eius iracundiã veritus, ab illo deficit, & Pasara Chorasmiorum vrbe munitissima sese includit. Tangrolipix interea praelio genti funestissimo in Media finibus cum Romanis Asani alterius nepotis ductu conflixit. Quo victo & caeso, indignatus ille Alcinum fratrem iterum in Romanos misit: qui egregiam victoriam, capto Liparite Græcorum duce, & caesis etiam Iberis Romanorum socijs retulit: sed cum Liparitem primum, mox & dona à principe missa facile Turca reddidisset, nec prestarent Romani quod promiserant, ingentibus copijs accinctus Tangrolipix Asiam omnem ad Euxinum mare aut vastat, aut subigit. Variatum deinde in gente factionibus exortis ad Gallo-rum vsq; memorabilem illam expeditionem, qua fracti ab his sepius, magna etiã Imperij parte mulctati sunt, donec Othomanus ab hoc Se-lino, qui rerum nunc potitur nonus, veterem Gentis gloriam asserere ausus est. Is obscuro
 loco

loco & parentibus agrarijs natus, virtute ac calliditate singulari, conflata per seditionem manu, circumferre Turcica cepit arma, in sua gentis homines non minus infestus, quam in nostros. Raulatimq; rerum successu, & imperandi libidine inflammatus, castellum, quod Othomanum de suo nomine appellari voluit, cepit; distabat id à Prusia Trapezuntem versus itinere dierum sex. Agebatur autè annus salutis nostrae millesimus trecentessimus, præeratq; in Bariona sede Bonifacius octauus, circa exitum Michaelis Palæologi & Andronici nepotis initia: quotempore Germanis Albertus imperabat. Othomanus igitur his auspicijs intra octo & viginti annos, quibus rerum positus est, incredibile dictu quantum rem suam auxerit: magnam certè Bithynia partem breui subegit, oppidaq; ad Euxinum posita non pauca cepit: qui moriens Orchani filio regnum per manus tradidit. Sub quo dissidio Græcorum, Cantacuzeno & Palæologis contendentibus, ad eò res Othomanica creuit, vt Prusia Græciæ ademerit: & dum Cantacuzeno magis quam Palæologis fauet, primus in Europam ab eo accersitus traiecit. Caramanum etiam, perfidia in illum vsus, cuius filiam in vxorem duxerat, interfecto eius filio adolescente, non exigua principatus parte exiit. Qui post vigesimumsecundum Imperij annum Ammutatem filium

lium heredem reliquit. Is autam, paternamq;
 felicitatem emulatus, in Caramanum avam
 paternum nō minus infestus, quā pater fuit,
 M. x ab Imperatore Paleologo sollicitatus in
 Bulgaros, fratremq; Peloponnesi principem,
 qui bellum moyerant, x. i. Turcarum milli-
 bus in Europam transportatis, egregie Bulga-
 ros, hostēsque Imperatoris vltius est: hinc Eu-
 ropæ opibus illectus, dum vlcisci Imperij ho-
 stes simulat, vsus Genuensium nauibus, Helle-
 pontum ad Abydum superat, Callipolimque
 cum alijs oppidis occupat. Is fuit annus mille-
 simus tricentesimus sexagesimus tertius. Nec
 multo post Seruiam, Bulgariamque ingressus,
 cum Adrianopolim præsus occupasset, occur-
 rentes sibi cum paratissimis copijs hostes in-
 genti caede profligat, Lazaro Seruia principe
 in acie cæso: sed mox à seruo in domini vindi-
 ctam Ammurates occiditur, cum annos vigin-
 titres Imperium tenuisset, Pazaitæ & Solima-
 no liberis superstitionibus. Pazaites interfecto per
 insidias fratre, patris mortē vlturus, Marcum
 Craiemicum Bulgarorum principem prælio su-
 perat, & interficit: inde magnam Bulgariæ
 partem sibi subiecit: nec tanto rerum successu
 quietus, Bosniam, Croatiam, vltioresq; Illy-
 ricæ partes vastat. Constantinopolim annos octo
 obsidet: facileq; obsessam iam tunc expugnas-
 set, nisi Vngarorum, Gallorumque aduentum
 formis

formidans, quibus ad Nicopolim occurrit, memorabili praelio nostros superasset, caesis, captisq; magna ex parte Gallorum ducibus, in primis Ioanne Burgundiae duce, & Sigismundo Ungariae tunc rege tumultuaria pugna fuso: qui facile in hostis potestatem venisset, nisi Veneta classis occursum servatus & fuga esset: cui tum Thomas Mocerius, qui postea Michaeli Steno successit, praerat. Inde ad Constantinopolitanam obsidionem spes plenus regrediens, cum eam biennio obsessam tenuisset, trepidissimis Tamberlanis Scythae nuntijs, qui infinita penè multitudine Turcarum terras invaserat: excitus, illi ad Stellam montem congregitur, in Galatia, Bithyniaq; confinio. Cesa sunt in caecae Turcarum ducenta millia: vivus ipse Pazaites in hostis potestatem venit, qui aureis catenis caeca vinctus, ad mortem vsque à Tamberlane circumductus est. Incidit haec clades Turcis in annum millesimum trecentimum nonagesimum septimum salutis nostrae. Bonifacio nono pontifice Romano. Huic duo fuere liberi maiores, Orchanes, quem alij Calepinum, & Mahomethes, quem nostri Moysen magno, uti video, errore dicunt. Orchane intra biennium per insidias à fratre interfecto, Mahomethes re Turcarum solus occupat: qui Turcia auito regno Asiae recepto per Tamberlanis interitum, Bulgarios & Valachos praeis & cladibus affli-

xit, *Adrianopoliq;* recepta, regiam ibi sedem
 statuit. Ipso post annos septem & decem mor-
 tuo, *Amurates filius regnum init*, *Ioanne*
XXIII. Barione sedem tenente. hic maiorum
 gloriam non solum æquauit, verum etiam lon-
 gè superauit. Prima illi expeditio in *Mysso-*
rum principem, qui nunc *Seruij* dicuntur, fuit:
 de quibus *Scopiam & Nouemontum* post lon-
 gam obsidionem cepit. Duos *Reguli filios captos*
 oculis priuat: postea sororem eorum uxorem si-
 bi adsciscit: restitutoq; per has nuptias *Noue-*
monto, in *Valachos, Vngaros, & Germanos in-*
curSIONES graues facit: inde in *Epeirum de-*
flectens Croiam expugnat. *Venetorum arma in*
se sollicitat, *Thessalonica* his per vim adempta.
 Interim vna ab *Vngaris ingēti pugna victus*,
 inducysq; ab his decennialibus impetratis, ite-
 rum ab iisdem *Vngaris præter iurisdictioni fi-*
dens Eugenij pontificis hortatu bello petitur:
 quos duplici praelio ducum nostrorum discordia
 & ambitione vicit: in altero ad *Varnam La-*
dislaus rex Polonia, & *Iulianus Cardinalis*
 obiere: in altero ad *Basila* victus *Hunniades*,
 casiq; principes *Vngari* non pauci præter gre-
 garium militem, qui ad internecionē occubuit.
 Nec moratus *Peloponesum* fratrum discordia
 iniuriæ obnoxiam in ditionem redegit. Exinde
 reputans animo regni molestias, & fortune
 inconstantiam animo agitans, in *Asiam abiit*
solis

Solitariam vitā secutus: & Mahomethæ filio
 cura rerum demandata sub Calibassæ tutela,
 quam non multo post repetere suafus (at as e-
 nim filij non satis idonea rei administranda
 adhuc videbatur) Epirum ingenti exercitu
 repetit (defecerat enim ferè vniuersa Scander-
 becchio autore) & Croia frustra per aliquot
 menses oppugnata, acerore animi obiit, cum
 annos quatuor & xxx. regnasset. Longum
 esset, si Mahometis eius filij res gestas expli-
 cem: quæ quanta fuerint, nouum Othomani-
 cæ familiæ Magni cognomentum ab eo quæsi-
 tum, & in hæredes iam transmissum arguat.
 Is enim duo Christianorum Imperia, Con-
 stantinopolitanum, & Trapezuntium subuer-
 tit: regna duodecim nobis ademit, ducentas vr-
 bes Christianam pietatem secutas cepit: & in
 his Chalcidem insulam armis, & Scodram de-
 ditione Venetis extorsit: bellum marinum per
 multos annos cum maioribus nostris gessit. Ca-
 pham Ponticam urbem expugnauit, Rhodum
 insulam frustra tentauit. Italia capto Hydrun-
 te arma intulit: & dum plusquam ciuile bel-
 lum in maiorem filium meditatur, cum annum
 vnum & xxx. præfuisset, obiit anno salutis
 nostræ M. cccc. octogesimo primo, quinto
 Non. Maij. Quo mortuo res Turcica ciuilibus
 armis aliquandiu iactata est. Sed minore fra-
 tre victo, & fugato, solus Imperium Pazaites
 obti-

obtinuit, qui Valachia castella quaedam cum
 expugnasset, inde in Sultanum Aegyptium co-
 pias eduxit, à quo saepe victi Turca tandem pa-
 cem, fœdusq; iniere. Caterum cum otij appeten-
 tior à natura videretur, nec tamen per suorum
 hominum ferociam feriari à re bellica posset,
 paratis terra marique ingentibus copijs, anno
 M. CCC. nonagesimo secundo, Cerauniorum
 montium accolae invadit: tractumq; illum libe-
 rarum semper ad eam diem gentium Turcica
 servituti subdit: inde septimo post anno terribi-
 li clasus apparatu Venetis Methonem, Nau-
 pactumq; mox inde & Dyrrhachium adimit.
 Quin & in Foroiuliensi agro trepidatum,
 Turcis fœdè terram eam magno nostrorum
 damno vastantibus. Nec multo post pax secu-
 ta Andreae Gritti patricij clarissimi opera, post
 quam non diu superstes Paxaites fuit regno
 à Selino filio pulsus, qui rerum nunc potitur,
 ex quo annos fermè XXX. imperitasset.

I O. B A P T I S T A E

E G N A T I I V E N E T I R O M A -

n o r u m P r i n c i p u m L i -

b e r I I I .

Venetum iam est mihi ad tertium, atque
 ultimum instituta commentationis li-
 brum: quae mihi ut laboris & opera minus, ita

certè multò plus voluptatis allatura sit. Nam
 & à continuis Imperij cladibus tantisper auer-
 titur animus, dum latiora persequor: & hi mi-
 hi principes posthac erunt referēdi, quorum res
 gesta & domi, forisq; felicitas in plerisq; tan-
 ra est, vt veterum Romanorū gloriam non pau-
 ci ex his æquent: certè recentiorum memoriam,
 eorum videlicet qui supra mille simum annum
 à me repetiti sunt, ad eò obscurēt, vt iniquissimè
 propemodum faciat, si quis hosce illis conferat.
 Nam vt in plerisq; sordes, & generis puden-
 dam originem fileam, quotus eorum, quæ so,
 fuit, qui aut augenda Reip. studuerit? aut aua-
 ritia nō flagrarit? aut senectia in suos, in exter-
 nos perfidia infamis nō vixerit? adde veræ pie-
 tatis in hisce contemptū, tot hereses ab illis, aut
 per summum scelus excogitatas, aut ad insa-
 niam vsq; & pontificum Romanorū exilia &
 eadem pertinaciter assertas: accessit odiū plus
 quàm hostile in Latinum nomen. Quid dicam
 quoties insultum sit Romanis pōtificibus? Quo-
 ties eorum violata maiestas? Nam schismatis
 crimen eo grauius existimari debet, quo &
 concordiam nostrorum pontificum sæpius expe-
 tiere, & expetitam pari leuitate reiecere: donec
 paulatim vetere labente disciplina, req; magis
 ac magis in lapsum prona, iū demū in præceps
 nostris temporibus acta, Imperium tanta in-
 dole partum, & auctum ad Turcas transferit:

quo factum est, ut gens olim in terris ingeniorum acumine, tot artium solertia, tanto rerum usu celeberrima, addo legibus, institutis domesticis, eloquentia studio, & tot urbibus ac colonijs per orbem deductis frequentia & amplitudine optimè de humano genere merita, nunc aris, focusq; patrijs expulsa, inops, egensq; aliena opis, aut erret profuga, aut immanium Barbarorum iugo subiecta seruiat, uti iam in ipsa Grecia quaeramus Graciam. Quod si verum est, finges & arbores pro soli, terrarumq; ingenio mutari, & de caelo mortales quod hauriant, naturam & mores induere: simile verò certè videri possit, Thraciam illam feritatem, & Bithynicam barbariem (quando haec loca recentiores Graci tenuere) esse ab his haustam: & alioqui Thraces homines & Phryges, & (quod praecipuè pudeat) Macedonum Cappadocumq; mancipia rerū potiti sunt: ne aliquot Isaurica gentis ingeram, qui tametsi usu, consuetudineq; Gracam linguam imbiberant, patrios tamen mores, quibus innutriti fuerāt, retinerent: vnde illis fortasse cuncta perdendi libido, tanquam non propria tuentibus, & Romani nominis, Latiniq; contemptus ac odiū, quod à principibus suis, acceptum semigraci homines, nec quicquam auita indolis ac prudentiae redolentes, si linguam, vestitumq; demas, in posterost rāsmisere. Siquidē diuinitus à Platone

dictū, quales essent principes, tales ferè esse eorū, qui his obediunt, mores. Ceterum querelæ, ne tum quidem gratæ futuræ, cum necessaria essent, certè ab his nostris libris absint. Quibus id tantum agimus, uti rem obscuram, ac propè obsoletam illustremus, & varijs monumentis traditam, nec Græcis, Latinisq; hominibus satis exploratam, breui hoc volumine complectamur. Sumemus igitur auspiciū, Dñs fauentibus, à Carolo Francorum rege, cui res egregiè gestæ Magni cognomentum iure peperere.

CAROLVS MAGNVS.

Irene Constantini matre Byzantijs rerū possidente, cum Imperij Romani maiestas, omnia sibi Barbaris vendicantibus, obsolesceret, nec in femina, quamuis alte indolis, inesse præsidij multum videretur, Leo pontifex scito Romani populi ceteriq; rogatu Carolum Francorum regem, ob egregia in Christianum nomen, & Romanam sedem merita, Romanorū Imperatorem primus appellat, inunctumq; cum Pipino filio Augustum consecrat, anno ex quo in Italia imperari desitum post Augustuli interitum trecentesimo ac trigesimo, salutis nostræ octingentesimo, regni verò eius, ex quo Franci præfuerat, trigesimotertio. Dies tante rei Iduum Decembrium delectus. Subscutaq; mox P O P. R O. acclamatio, Carolo Augusto magno & pacifico vita & victoria. Huic Pipi
nus pat

nus pater fuit, qui primus Christianissimi cog-
 nomenū talit, ob nauatam Romano pontifici
 aduersus Langobardos egregiam operam. Ca-
 rolus autē paternae virtutis amulus, sub regni
 iniuria bello defunctus Aquitanico, Italiam,
 Adriani pontificis adhortationem secutus, in-
 greditur. Langobardorum regnum, capto eo-
 rum rege Desiderio, Francico nomini subigit.
 Saxones saepius rebellantes tricennali tandem
 bello vincit, & quod ab initio semper egerat, ve-
 rapietate imbuit. Saracenos Hispaniam ferē
 omnem vastantes intra Baticae, angulum com-
 pellit: & praesidijs Pompeiopolis, ac Casaraugu-
 stae impositis, dum in Franciam redit, Vasconū
 insidias passus, non paucos ex suis, & in his for-
 tissimum quenque amittit. Sclauos, Danos, &
 Baiuarios tumultuantes in ditionem suam re-
 digit. Iterum Italiam ingressus, vt Romanae
 ecclesiae patrocinium semel receptum constan-
 ter tueretur, Beneuentanorum ducem Aragi-
 sum, Langobardorum reliquias adhuc foven-
 tem, ad officium cogit. Hunnicum bellum octa-
 uo post anno felicissimē conficit: cum eorum re-
 giam, quae Rhingus appellabatur, expugnasset,
 & thesauros opulentissima omnium gentis aspor-
 tasset. Inde tertio in Italiam contendens, ponti-
 ficis Leonis iniuriam ulturus, simul & eius
 causam cogniturus, omnia ex sententia compo-
 nit. Vnde illi post ingentia merita Imperato-

ria maiestas & posteris quasita. Quare compositis rebus, cum nihil grauius in Langobardos statuisset, quam ut a quo cum Italis iure uerent, & partito Imperio cum Irene, in quo disertè cautū, ut Veneti suis uerentur legibus, & bello pacēne neutrius censerentur iuris, in Gallias redit, filioq; Ludouico consorte Imperij declarato, tandem moritur. Aquisgranū quinto Calend. Februarij, etatis anno septuagesimoprimum, regni quadragesimosextimo, post Langobardos debellatos quadragesimotertio, ex quo uerò Augustus à Leone pontifice dictus est, X I I I I. Fuit in hoc principe, quod incredibile multis uideatur, pacis, belliq; par studium, insignis pietas, beneficentia singularis, humanitas quanta in superiorum principum nullo in rebus bellicis maiorne uirtus, an felicitas extiterit, nescias. Nullus certè ferociores gentes debellauit, nemo collatis signis sepius dimicauit, nemo bonarum artium studia indulgētius fouit: ipse Parisiense gymnasium, & Papiense uiris undique doctissimis accersitis instituit: tēpla diuis erexit: ueræ religionis obseruator etiam in minimis fuit. Iniurias illatas civili animo tulit, in hostes raro acerbius seuit. Italica gloria ita studuit, & quieti, ut præter Florentiam urbem instauratam, classes quoque paratas habuerit, quibus Maurorum populationes arceret. His meritis ad hæc usque

tens

eligendorum præsulū remisit: sanxitq; vt sacri ordinis homines a gēnis, cultiorēq; vestitu temperarent Quid facturus pientissimus Imperator, si luxum nostrī temporis aduerteret?

LOTHARIVS.

TRes superstites liberi Ludouico fuere. Lotharius natu maximus, præter Italia regnum, Narbonensem Galliam & Imperij decus assequitur, Carolo Gallia omnis citra Mosam data. Ludouicū Germani regem sortiti: sed non diu mansit fratru concordia. Violatus (credo) ab his pater tanti sceleris poenas exposcebat: quippe qui ardentibus animis inter se, dum paternam Imperij diuisionem æquo animo non ferunt, infestis signis concurrere ad Fontanicum Altsiodorensis agri vicum: qua acie tot Gallorum millia vtrinq; cecidere, vt conuulse propè Imperij vires sint: victus tamen Lotharius, & Ludouicus à Carolo: & cūm bellum iterum repararent, iterum fusi pacem petiere. Quæ his propè conditionibus data, vt Imperij titulo Lotharius cum Italia & Narbonēsi Gallia frueretur, Ludouicus Germaniam possideret, Carolus Franci à Mosa ad Oceanum præfset: addita & ea Gallie pars, quæ Scaldem inter & Rhenum iacet: ea nunc Lothoringia est. Ipse cūm Ludouicūm filium regni consortem adsciuisset, & Imperij socium declarasset, xv. post anno monasticam vitā secutus est, radio rerum aduer

aduersarum (vt opinantur) affectu.

LVDOVICVS.

Hic Lotharij filius eoruēte (vt diximus) regni, Imperijq; consors efficitur. Romaq; à Sergio pontifice inungitur, & coronatur: reuersusq; ex Italia in Germaniam, post patris mortem cum Carolo Caluo Francorum rege discordibus animis ferè semper vixit propter Austrasia regnū, quod Lotharij fratris fuerat, & Caluus id sibi totum vendicarat: sed mox compositis rebus, cum annum vnum & xx. rebus præfuisset, moritur Ludouico filio superstite.

CAROLVS CALVVS.

Redierat Ludouico mortuo summa Imperij ad Garolum Francorum regem, minimum natu Ludouici Pij, qui cum Britonibus & Nortmannis varia fortuna dimicauit: postea audita Ludouici morte, in Italiā profectus à Ioanne potifice corona donatur Imperij. Quare mox in Saracenos mouēs, facile conatus eorum repressit: inde in Galliā reuersus breui Italiam repetit: aduersus quem Ludouici Germani filij dum bellum parant, ipse curis confectus, veneno à Sedechia medico Iudaici sanguinis dato obiit, Ludouico Balbo herede. Notata in hoc Imperatore ambitio non modica.

LVDOVICVS BALBVS.

Ludouico Calui filio Ioannes pontifex Imperij titulum, præter Italia multorum prin-

cipum voluntatem solus asseruit: qui è custo-
dia fugiens, cui Romani illum incluserant, &
in Galliam contendens, ratum Balbo Impe-
rium suo assensu fecit: quod tamen valetudina-
rius princeps biennio vix obtinuit. Obijt anno
salutis octingentesimo octogesimo, Carolo Sim-
plici herede.

CAROLVS CRASSVS.

Hunc Crassum à corporis (vt arbitror) ha-
bitudine dixere, qui Ludouici Germani-
civregis filius à Ioanne obtinuit, mortuo Bal-
bo, Imperij coronam. hic Nortmannos, Panno-
nasq; varijs prælijs afflixit. Robertum autem
Nortmannorum ducem de sacro fonte leuauit,
data illi in uxorem filia. Sed mox eum inutilis
Imperio, nec in eo satis præsidij videretur, ad
Nortmannos Gallia exturbandos ob subitam
rim morbi, abrogato illi imperio post decennium
decessit. Laudatur in hoc principe religionis stu-
dium, & in literatos homines beneuolentia,
quos ad scribendum adhortari solet.

ARNVLPHVS.

VT nihil certi affirmare de Arnulphi ori-
gine habeam, facit scriptorum inconstan-
tia: mihi tamen similius vero videatur, eæ Ca-
rolo Magno Ludouici Balbi prognatum: nec
enim video, quæ fieri potuerit, vt obscurissimus
homo (quod quidam asserant) Imperio præfue-
rit, Gallis præsertim suos reges tanta veneratione

tionem colentibus, & ignobiles auersantibus. Huius igitur virtus effecerat, ut quando Carolus Simplex parum idoneus haberetur, iste imperaret: qui aduersus Nortmannos res egregias primo gessit: mox in rapinas, templorumque spoliationes conuersus, iusta numinum iram plectitur. Nam & prior illum felicitas deseruit, & breui pediculari morbo confectus obiit. Illud accessit grauius, quod Imperij maiestas in eo defecerit, quae per annos centum tanta indole à Carolo Magno quaesita, nescias maiore Gallorum dedecore & infamia, an Italiae damno, ad Germanos tralata sit. Terra certè Itala sub Gallorum principatu adeò floruit, ut vetera Romanorum principum tempora non sanè desiderares. Sed & anni sexaginta vsq; ad Othonem primum Saxonem regem, quibus nullum non calamitatis genus sensit illa olim gentium alumna, & parens Italia, fecere, ut Gallicum nomen desiderabilius foret. Ceterum de his aliàs.

O T H O P R I M U S.

SEXAGESIMUS ferè agebatur annus ab Arnulphi morte, Berengarijs interim Langobardici sanguinis Italiam vexatibus, & Ugone, Rodulpho, & Lothario Gallis principibus rem sibi interdum asserentibus. Ceterum cum Berengarius tertius cum Adelberto filio tyrannum verius, quàm principem ageret, accessit ad
Romans

Romanis Otho. Cuius tunc nomen ac pietas celebris erat, Boleslao Boëmo capto, & Ungariæ prælijs aliquot afflictis. Ille igitur Saxonia egressus cum L. millibus armatorum Italiam per patentem Foriulij portam ingreditur, facileque Berengarium, & eius filium ad obsequium retrahit, quos data venia magna etiam Gallia Cisalpina parte donat. Inde abiens Ludovicum Francia regem factione suorum carceri inclusum eripit: nec quiescere diutius datum, Berengario & Adelberto res novas molientibus: quos facile victos & captos, alterum in Austriam, alterum Byzantium relegat. Inde Romam profectus, à Ioanne pontifice, primus Germanorum principum corona donatur Imperij: quem tertio Italiam repetens, cum grauis simorum criminum reus ageretur, saepe tamen ante à vt resipisceret, admonitum, coacta synodo officio deiecit, Leone successore. Hunc cum Ioannis pontificis necessarium, illo sub Othonis protectionem redeunte, vrbe eiecissent, statim vlturus insignem iniuriam ex Umbria Otho aduolat, ac Romanis C O S S. in Germaniam relegatis cum prefecto, Leonem restituit: Saracenisque, ac Græcis, qui illis adhaeserant, Calabria, Apuliaq; fugatis, in Germaniam reuersus Vienna obiit. Vir pacis, belliq; artibus insignis, pietatis autem assertor præcipuus, rebus præfuit annos **XX**. & amplius.

OTHO SECVNDVS.

Hunc ex Adelaida Lotharij vxore susceptum pater successorem sibi instituit, & inungendum à Romanopõtifice curauit. Cuius etiam opeta Saracenos, Græcosq; Calabria expulit. Hic mortuo patre, Henricum Bauariæ ducem nouis rebus studentem armis domuit, & aduersus Lotharium Francorũ regem, qui sibi Lotharingiam asserebat, Galliã ingressus fœdis populationibus vastat. Caterũm dum reuertitur, in Axona fluij transitu graui incommodo à Francis affectus est, plerisq; militũ fluminis impetu, alijs ferro eneclis: & dum in Italianam festinat ad famam Græcorum principum, qui Saraceno etiã milite instructi, Italiã sibi vindicabãt, his congressus ad Basantellũ vincitur: ipse scapha cõscensa ad mare delatus, Romãmq; ex Sicilia profectus, Benuentanos in primis vltus est, quos vti desertores oderat. Benuentõ autẽ incẽsa Bartholomæi reliquias inde asportatas Romæ componit, vbi non multò post fato vita deceffit decimosẽptimo Imperij anno.

OTHO TERTIVS.

Non pœnitet adhuc Germanorum principum, quippe quorum virtute Christiana pietas, & res Italica restirarit. Cui restituẽda, auita, paternaq; virtutis amulus Otho tertius incubuit: qui à principibus Germanis Imperator Romæ dictus, Brunomen Saxonem pontific

si ficem creat, Gregorium quintum appellatum. Inde Saxoniam inuisens, Romam ingentibus mox copijs accinctus, minarū, iraq; plenus aduolat. ferebat videlicet iniquo animo Gregoriū ab his expulsū. Capta igitur Roma, & Crescentio autore discordia à multitudine cæso, Ioanne adulterino pontifice luminibus priuato, Gregorius restituitur: qui statim sanctionem eam tulit, quæ per quingentos annos adhuc durat, Imperatorū nullus hereditariã dignitatem vendicato: Principes sex, sacri ordinis tres, profani totidem eum deligunt: Hi si discordes fuerint, Boëmia regem cooptant. Nec multo post Otho vndeuigesimo Imperij anno nature concessit. Fuit hic Veneto principi Vrseolo familiaris, in cuius gratiam cum Venetias inuississet, veti reus pallium aureum, quod annuum Veneti pendebant, remisit.

HENRICVS PRIMVS.

IN Othonis locum ex Gregorij formula Henricus Bauarici sanguinis Imperium adipiscitur, vir pietate insignis, nec armis vlli priorū principū minor: par sanctimonia, ac innocentia Cynegunde coniugis, qua cū Henricus cœlibem perpetuò vitã duxit: vnde etiã mortui diuorū numero adscripti miraculis illustres fuere. Henricus igitur post Germaniæ res cõpositas, Italiã ingressus, Capua Saracenos expulit. Græcorum ducem Troia à se munitã spoliat: quibus gestis

actano

octauo Imperij anno in humanis esse desijt.

CORRADVS SVEVVS.

Post trium annorum interregnum legitimo tandem suffragio Corradus Francus eligitur, virtute, ac militari disciplina ad tantum fastigium euectus: qui comparato exercitu, Mediolanum diu obsedit, & cum supremis exitium vrbi minaretur, deterritus oraculo omnem grauiorem iniuriam abstinuit. Romamq; profectus coronam Imperij à pontifice accepit. In Sclauos inde ac Pannonas feliciter pugnatum, qui rebellantem Italiam socialibus armis adiuerant: neque non Rodulphum Burgundie regem suis conciliat. Leopoldum etiam pacis & otij turbatorem, bello peritum compefcit. Motuendi belli causa, quod sub initia Imperij legem seuerissimam tulerat, si quis pacem turbasset. Corrado autem post annū xv. vita functo, Henricus successit.

HENRICVS II.

Gener hic Corradi Imperium accipit, & ante omnia Odelricum Boemie bello fatigatum tributum annuum sibi pendere cogit. Inde Petrum regem ab Vngaris eiectum restituit. Caterum pertasus eorum, quæ Romæ circa pontifices per summum scelus agerentur, Romam contendens, abdicatis adulterinis pontificibus aliquot, Bambergensem præfulem pontificiæ sedi præfecit, quem Clementem secundum dixere:

disserere: & ut caueret in posterum summorum pontificū securitati, iureiurando Romanos adiguit, neminem creationi eorum interfuturum sine eius permissu. Capuāq; aduersus Saracenos nouo praesidio firmata, in Germaniam abiens, duodeuigesimo Imperij anno, Henrico filio superstitite, ad superos abiit, cum Leonem nonum primò, mox eo defuncto Victorem secundum pontifices suo privilegio declarasset: vnde Victor in beneficij gratiam Henricum adhuc puerum Casarem creari passus est.

HENRICVS III.

Is si quàm bello magnus, tam pacis artibus, ac pietate insignis esse curasset, haud dubiè Carolis & Othonibus equari potuit. nemo bellicior hoc vno fuit: nemo collatis signis ad hanc diem pluries cum hoste conflixit: quippe qui Marcum Marcellum & Casarē Dictatorem supergressus bis & sexagies pugnarit. In Saxones tamen & Rodulphum eorum regem arma sauius intentata, quibus cum cōgressus semper ferè victor abiit. Quin nouissimo praelio fugatū etiam Rodulphum interfecit. Mathildem pontifici partes in terra Italia tuentem vicit Henrici filij opera. Sed quàm bello clarus, tam insectatione pontificum infamis, à quibus diris etiam pontificijs primus Imperatorū post Arcadium petitus est. Nec causas in presentia exquirere libet. Certè nunquā laudes Gregorium pontif

Pontificē ab eo obsessum: adulterinum pontificem unum & alterū superinductum: dolis & veneno etiam in illos grassatum: matrem feminam optimam à filio expulsam, atque in exilio mori coactam: Gallorum memorabilem illam expeditionem saepe impeditam: sed luit mox facinas: ab Henrico enim filio captus, & Leodij custoditus, pedore carceris post annum. XLVII. Imperij miseram animam efflauit.

HENRICVS III.

Quis non Henrici prole agnoscat, impietatem paternam redolentem, ex continua pontificum insectatione? Sed cui parceret homo nefarius, qui impias manus in qualemcūq; parentē intulerit? Accessit ad impietatem animus dolo magis quàm virtute, præter Germanorum morem instructus. Quare Paschalem per summam perfidiam pontificem in potestatem redactum, non prius dimisit quàm ille cuncta rata quæ voluit, faceret: à quo coronam quoq; Imperij per vim expressit. Quæ mox uti extorta sibi cum irrita pontifex denuntiasset, Henricum in Italiam statim exciuit. Romæ ergo agē (quando pontifex in Apuliâ vitabūdus hominis furorem contenderat) ab Braccarensi antistite iterum corona insigniri voluit: tertio quoq; Italiâ inuadens Gelasium pōtificem vrbe pellit. (cuius aduētū reformidās Hēricus (quippe qui Nortmannicis armis instructus aduentare dicebatur)

tur in Germaniam redijt, vbi post annum Imperij xv. obiens maiorum sepulcro infertur.

LOTHARIVS.

Non est cur Saxonij principum pietatem, ac constantiam in asserenda pontificia dignitate preter alias egregias eorum virtutes non magnopere commendes. Nulli certe ex his principibus, qui Germanici sanguinis fuere, plus pontificum maiestati detulere, nulli religionem constantius fouere, id quod Lotharius a maioribus acceptum velut hereditarium in Innocentio prestitit. Quem in Gallijs penè exule, cum venera bundus excepisset, breui, vti pollicitus est, Bario ne sedi restituit: & in Germaniam ad componendos tumultus, qui exortierant, mox profectus, breui Italiam in Pontificis gratiam repetijt: eumq; pulso ex Italia Rogerio Nortmanno & pseudopontifice ita confirmavit, vti nihil inde mouere pontificis aduersarij sint ausi. Sed breue Imperium annorum vndecim effecit, ne res felicibus auspicijs cecepta conualescere admodum poterit. Satis constat hunc cum principes Imperatorem dicerent, diu reluctatum esse, indignum se professus, qui tanta rei presiceretur.

CORRADVS SECVNDVS.

Ludouico Fræcorum rege contra Saracenos arma parate, Corradus gente Suenus legitime Imperator creatur, qui eandem militiam amulatus pia & ipse arma induit: sed Bospho-

rum Thracium immaturè à Græco Imperatore
 traicere coactus, cum deesset commeatus, et quâ
 à Græcis comportabatur. gypso infectus esset per
 summū scelus. ille Iconij obsidionem, in qua dis-
 fuerat, soluere cogitur, decimoque vix milite ex-
 tãta nuper multitudine superstite, ipse in Ger-
 maniam retrò abijt, et Imp. an. xv. in gloriâ obijt.

FRIDERICVS PRIMVS

Aenobarbus.

Pessimo iam pridem exemplo pontificia cum
 Imperatoribus cõtentiones inoleuerãt: dum
 pontifices Imperatoriam maiestatem, quam illi
 suo suffragio ratam facerent, contemptim pe-
 nẽ habent, & Romani principes ambitionem in
 sacerdotem præposteram æquo animo ferre non
 possunt. Vnde omnium malorum fons & eri-
 go, his inter se decertantibus, quorum ope ac
 concordia res Christiana florere diutissimè po-
 tuit. Id cum aliã experti maiores nostrisunt,
 tum verò hoc tempore vtinam non extrema
 cum nostra perniciẽ sentiamus. Certè Friderico
 ingentes animi, corporisq; virtutes affuere. sta-
 tura procera, robur & agilitas par, discipli-
 ne militaris & gloriæ appetens, periculorum
 contemptor animus, non tamen vt ad ea subeun-
 da prudentia deesset: multarum rerum peri-
 tia, liberalitas egregia, felicitas summa: quibus
 virtutibus instructus in Italiam ex more de-
 scendens, primum omnium Verthonam portas

sibi claudere ausam, obsessam capit: inde Romam ad Adrianum pontificem profectus coronæ insignia accipit: dumq; Cremonam inter redeundum obsideret, nuntijs Alexandri pontificis opem postulatis ita respondit, uti rem in dubiū trahere velle videretur. Hinc primum Alexandro timor, inde aperta inimicitia exorta, indignante Friderico suum arbitrium declinari, Pontifice verò rem certam in disquisitionem venire recusante. Quapropter Imperator Octavianum ad se venientem complexus, cōcilio habito, ut verum pontificem adorat, & Alexandrū Alexandriq; fautores insectatur: eversa q; prius Derthona, quæ in partibus Alexandri stabat, Mediolanum inde solo æquat, Galliamq; omnem Cisalpinam eadem sentientem vastat: mox in Germaniam abiens, tertio Italiam maximis copijs cinctus inuadit, Anconemq; expugnat, & Alexandrum Roma fugere compellit. Ex vrbe autem pestilentia coactus abscedere, postquam iterum suos Germanos inuiserat, Italiam repetit, & Asta vrbe capta Alexandriū frustra obsidet: & cum Papienses ac Nouocomenses obnoxios sibi in primis haberet, eorum auxilijs fretus, prælioq; Mediolanensibus congressus, multos ex his amisit: ipse fuga elapsus, quinto post die papie est visus. Ceterum Alexandro Pontifice Venetias ex diutino errore confugiente, victo etiam panali prælio à Venetis:

tis Othone filio Frideric, (quod varia moni-
 menta nobis attestatur, etsi scriptorum variet
 fides) tandem pax Venetys sancita, Impera-
 torq; ac Pontifex ex diutina discordia amicis-
 simi facti: nec multo post Fridericus, dum rebus
 Syriacis opem maximo apparatu ferret, iamq;
 Saladinum & Turcarum principes in maxi-
 mum sui nominis terrorem coniecisset, minore
 etiam Armenia recepta, laudandi causa amnem
 ingressus, perijt, cum annos XXXVII. im-
 perasset, Aenobarbus à colore barbæ rufæ ap-
 pellatus.

HENRICVS FRIDERICI
 filius.

ASperum à moribus appellatū hunc à qui-
 busdā video: qui rex Sicilia accepta Cō-
 stantia Rogerij Nortmanni filia in vxorē, mox
 etiam Imperator à pōtifice dictus, vt maior illi
 autoritas accederet acquirendi regni, ductis
 in Tancredum copijs, qui impari matre natus
 regnum sibi vendicabat, reclamantibus etiam
 pontificibus, Neapolim frustra obsidet. Sed &
 pestilentia quæ grassabatur, auertit ab incepto
 hominem, retroq; in Germaniam ad suos abire
 compulit. Tancredo autem breui mortuo, poti-
 tus Hēricus regni, Magūinum antistitē, Phi-
 lippumq; fratrem in Syriā cum non contemnen-
 dis copijs misit. Dedit autem id magis pontifi-
 cum gratiæ, quàm quod animum haberet Chri-

stiana rei iuuanda. Quare cùm Imperij anno octauo Messianæ mortuus esset, Germanus miles, qui Berytū iam in Syria munierat, & Ioppen obsidione leuarat, tumultuose (vt mos est gentis) ex Syria in Italiam redijt, nec vllius pontificis adhortatione in officio contineri potuit.

PHILIPPVS.

Hoc primū tempore in Germania seditio hæne laboratum est, alijs Imperij nomen ad Othonē Saxonie ducē, alijs ad Philippū Henrici fratrem trahentibus. Stabant autem pro Philippo ij. qui Germanum hominem Saxoni præferbant, recens insuper Henrici fratris, & Friderici patris memoria Philippum adiuuabant: & ne quid ad alendam discordiā decisset, Othoni Anglus rex, Philippo Francorū Philippus, ex professo fauebant: præualuit tamē Philippus: & fugato sapius Othone, rerum tandem potitur, indignante etiam Innocentio pontifice, qui Othonem Imperij insulis redimuerat. Philippo autem occiso à Palatino Comite, postquam annos nouem imperasset, Otho successit.

O T H O.

Philippo mortuo, facile à Germanis proceribus ad tollendam discordiā sufficitur Otho, pro quo haud dubiè pontificis fauor stabat: quē & confestim corona donauit, cùm Romam petijset. Ille verò cùm & pontificiæ ditionis quadam oppida capere, & Friderici innioris re-

gnum inuadere vellet, dōris pontificijs petitus, Imperij titulis priuatur. Fridericusq; illi ex professo hostis, adnitente etiā Innocētio, creatur Imperator. Quo nuntio in Saxoniam profectus, vt res componeret, bellum Philippo Francorum regi indicit: nec sine manifesta vi numinis, & Gallorum virtute memorabili clade affectus Otho, in patriam se inglorius recepit, cum a nos tantum T I I I. rerum potitus esset.

FRIDERICVS.

Vigere in hoc principe, quod negari non possit, egregia corporis, animiq; virtutes. Nanque auo simillimus, militaris laudis appetentissimus fuit. Corpus laborum uou minus patiens, quam strenuū: plurimum audacia ad pericula subeunda, non minus tamen consilij inter ipsa discrimina: nullo vnquam labore fatigatus, nullis casibus victus, linguarū peritus, munificentia singularis, regij splendoris, & ornatus ambitiosissimus, vt in ea profectioe, qua euocatus ad conciliū ab Innocentio fuerat, ostendit. Nanque tot & tales secum eduxit, vt rogatum agmen exercitui par esset. Sed & vrbī Victoria a se condita ea omnia affuere, qua nulli vnquam principes habuerint, nulla post ea ciuitas simul viderit. Vestis varia & pretiosa, animantes ferae, cicuresq; diuersi generis: hominum portentosa forma, & in his Saracenicus miles illi in primis acceptus. Tanta

præterea incolarum frequentia, cōmercij etiam
 multarum gētium aucta, vt nihil ad amplissi-
 ma vrbs formam deesset. Ceterum has ingētes
 in principe virtutes calliditas ingenij, ac persfi-
 dia, & seuitia in Guelphum nomen, neq; non in
 pontifices adium obscurarūt. Accessit ad hæc li-
 bido hominis immensa, qui præter gentis morem
 concubinas multas & scorta aleret: scriptori-
 bus etiam adnitentibus, ne is qui toties execra-
 tione pontificia petitus erat, quiq; Italiae ad eò
 infestus imminēbat, vti eam propè ad interne-
 cionem redegerit, non omni insectatione dignus
 haberatur. Cum hac igitur vitiorū virtutumq;
 indole. Aquisgrani cotonatus, quò se adolescens
 adhuc receperat, primūm Othonem adhuc sibi
 obstitentem facile profligat: deinde paratissi-
 mis copijs de Syria vendicanda sollicitus, Grego-
 rij etiam pontificis adhortatione Brundisium
 appulit: indeq; soluēs cum Aconem peruenisset,
 anathemati subiectum se à pontifice accipit: vn-
 de irarum plenus abiens, ad Gregerium tamen
 supplex accessit: impetratāque ab eo venia, mox
 illum ludibrio habuit. Quare iterum diris pon-
 tificijs obnoxius, in Italiam descendens, Nole-
 dianenses pro pontifice sentientes prælio vincit,
 & captum Patrum Teupolum Venetum eorum
 ducem carceri inclusum crudeliter necat. In Ve-
 netos quoque fines in cassum arma mota: mox
 Pisas sese recipiens, Guelphos, ac Gibelinos
 pernicious

perniciosissima Italia nomina primus inuexit: quibus adeo Gregorium exercuit, ut ille non multo post obierit, prae grauantibus curis. Coelestino autem intra XII. diem vita functo, successit Innocentius: qui pertusus hominis calliditatem atque animum in se hostilem, primum Imperio abdicat, deinde anathematis spiculum in illum distringens, Henricum Thuringiae Lantibgrauium (ea est dignitas apud Germanos) Imperatorem dicit: mox magnam Italiae partem in illum armat: Parmaeque per eius absentiam illi adempta, cum eam frustra Fridericus obsideret, tandem eruptione victus à Montelongo legato est. Captaque vrbs Victoria, ac direpta: nec interim ea clade à pontificum iniuria temperauit. Caterum Panormum profectus Manfredi filij nothi dolo necatur, cum annos duos ac XXX. rebus praesuisset. Hic Bononiense gymnasium, quia ciues imperata non statim fecissent, Patauium transtulit: ex Florentia etiam Guelfos populariter eiecit.

RODVLPHVS.

Inter regnum à Friderici morte ad Rodolphum Habspurgensem per duodeviginti annos fuit, quo spatio Manfredus Friderici filius & Conradinus regno Neapolitano pariter & vita à Gallis spoliati sunt. Interim Rodolphus ex comite (vi nunc vocant) Imperator declaratus, Alphonso Castella posthabito, qui eam digni-

tatem ambierat, Othocarum Boemiae regem acie victum occidit. Pseudofridericū captum, qui se pro Friderico iunioris Suenis ostentabat, Nouesij combussit. Ciuitates Hetruriae libertate accepta pecunia, donauit: quam rem Honorius pontifex uti infamem, sibi tamen, & Italiae non inutilem magis nō probauit, quā prohibuit. Obijt autem Rodolphus XVIII. Imperij anno, & Spira sepelitur in quo sua uaritia non accuset, cetera non reprehendas. Italia certē tum primū aliquid sibi polliceri potuit. Luchino Italiū sanguinis vicarij nomine tunc Mediolani praefecto. Floruit huius Imperio Albertus cognomento Magnus.

ADOLPHVS ASSIAE.

Donatus Imperij titulis hic primū in Combarienses mouit: inde in Albertū Austriae ducendum bellum parat, quem proceres Germania, per se sibi sordes & ambitionem, eo reiecto, Imperatorem declinant, ab eodem apud Vangionas praelio superatur, & occiditur, cum annos octo rerum potitus esse.

ALBERTVS.

Rodolphi superioris filius, et Austriae dux a patre Othocaro occiso declaratus, principum suffragio, & Bonifacij pontificis assensu elicitur Imperator: & Bonifacius eo libentius assensit, cum id obstinatissime antea negasset, quod Philippum Francorum regem oderat.

Quare

Quare ea conditione Alberto ratum Imperium fecit, ut regnum quoque Francorum sibi vendicaret. Ille vero post Adolphum in Spirensi agro cesum, cum copias tantæ rei idoneas parat, à Ioanne fratris filio interficitur post decimum Imperij annum.

HENRICVS LUCELBURGENSIS.

Henricus ex Lucelburgo Romanorū Imperator designatur. Cui Clemens pontifex ea conditione ratum Imperium fecit, ut primo quoque tempore in Italiam transcenderet. Quam prouinciam eò libentius Henricus obcundam suscepit, quo Guelphici nominis hostis, prævalentes eius factionis opes infringere optabat. Per Taurinos igitur saltus Italiae insinuat, Mediolani factionem Turrianam oppressit, vicecomiti summa rerum demandata: inde Romam profectus, accepta Imperij corona, & ab Ursinis breui expulsus, adiuuante etiam Roberto rege Hetruriam repetit, Arretijq; agens post Robertum regno priuatum, dum Florentinis immineret, qui iam de salute desperarant, veneno in Eucharistia dato perijt anno Imperij quinto.

LVDOVICVS BAVARVS.

Hic Rodulphi Imperatoris ex filia nepos, Fridericus Austria ducē aduersariū habuit, qui cum per octo annos bellum varia for-

tuna gessit. Caterum Friderico capto & occiso
 Bauarus rerum potitur, pariq; temeritate Im-
 peratorem se citra pontificis assensum appellat.
 Qua iniuria offensus Ioannes x x i i. illi sacris
 interdixit: verum homines iuxta ac numina
 contemnens, It aliam mox petit: atq; in viceco-
 mites ingratisimus, quorum ope adiutus pre-
 cipue venerat, Castrutij filios pari improbitate,
 qui Gibelline factionis fautor acerrimus fue-
 rat, paterno principatu exiit: Romæq; corona-
 tus à Stephano Columnio, Petrum Corbarien-
 sem pseudopontificem creat minoritana familia
 vnum, quem & Nicolaum appellari voluit: &
 nequid ad serēdas discordias malorum deesset,
 tyrannos in ijs oppidis quæ pontificij iuris erāt,
 priuat authoritate instituit: pontificem emula-
 tus, qui & ipse Gallie Cisalpinæ multos autho-
 ritate sua regulos præfecerat: Imperij tandem
 anno x x x i i i. cum varia tentasset ad recon-
 ciliandam pontificis gratiam obijt.

CAROLVS III.

PRius quàm hic Imperiū adiret, Germani
 principes Edoardum Anglum & Matisn-
 sem principem ac Guntherum montisnigri re-
 gulum Cæsares declararant. Caterū altero post
 alterum vita functo, res ad Carolum Boemum
 deuenit: qui Ioanne Henrici Imperatoris filio
 natus adolescens adhuc egregiam in terra Ita-
 lia patri operā nauarat: quo ab Anglis inter-
 fecto

fecto ea acie qua Philippus Valesius Francorū rex ab hisce profligatus est, Imperium adipiscitur: literis ac linguarum multarum cognitione instructus: sed qui Boemīe suae, quā Germanis aut Italis consultum mallet. nam cū Pragā (Boemīe id. oppidum totius regni metropolis) varijs operibus excoluisset, Imperij maiestatem adeo neglexit, vt coronam tantae maiestatis autorametum turpissima pactione acceperit ab Innocentio: qua cautum erat expresse, vt ab acceptis insignibus cōfestim Italia abcederet: additū & grauius facinus, quod Venceslaum filium adolescentē à principibus Germaniae Casarem dici obtinuit exemplo maxime improbando. Imperauit annis XXXII.

VENCESLAUS.

AVo, patriq; absimilis per ignauiam, ac scordiam Imperij res afflixit: afflixissetq; diutius, nisi à fratre Sigismundo captus, mox etiam procerum consensu abrogato illi Imperio, Robertus Bavarus illi surrogatus esset. Hic Galeacium ex comite Mediolanēsisibus primus ducem dedit: quae dignitas ad nepotes postea transijt, quoad res Insubriae ad Francorum regem redijt. Praefuit annis XXXII.

ROBERTVS BAVARVS.

CUm Venceslao successisset Robertus Bavaricae dux, nihil ille antiquius habuit, quā vt Florentino populo gratificaturus, ad com.

ad comprimendam Galeacij vicecomitis potentiam in Italiam trāscenderet. Caterū ad Benacum Galeacij copijs congressus faciliē repellitur: vnde mox ad Venetos deflexus, magno ab his honore excipitur: inde soluens incassum Florentinis adnitentibus, ne Italia excederet, in Germaniam retrō abiit, paci, religioniq; vacaturus: vita functus est anno Imperij decimo.

SIGISMUNDVS.

Optimum haud dubiē principē, ac nobilissimum Germania nobis imputet: & quā si ad pacis artes, quibus excelluit, parem belli felicitatem addidisset, Carolis & Othonibus æquari potuit: nam puer adhuc per Mariam vxorē ad Pānonici regni spem euocatus, mox adolescens Venceslao fratre, quōd parum utilis haberetur, à se capto, Boemie regnum hæreditarium assequitur: sed & Alberto vita functo, omnium votis Imperator designatur. Hic igitur Pannonia potitus à Ludouici morte, cuius Maria superstes filia fuit, duos ac xxx. regulos securi percuti iubet, quōd regie puella aduersati essent. Vnde illi tanta mox gentis inuidia conflata, vt post vxoris mortem captus, necandusq; magis quā asseruādus, femina, cuius maritū ille interfecerat, sit traditus: ille verò maiestate oris & blanda oratione dimissus, hinc Boemiam petit, quam non sine labore vix tandem obtinuit, longo ab his bello, ac difficili

fcili petitus, sepe etiam acie ab his victus. Nec
 Italica expeditio vna alterdne in nos Tar-
 uisino agro peruastato felicior: nam Pippus
 eius dux, & ipse mox tota Venetia ac Foro-
 iulio Venetis armis expellitur. Hinc quia
 grauius periculum à Turcis imminebat, qui
 iam magnæ Europæ parti sese insinuarant,
 Gallicis etiam Philippi Burgundi copijs accin-
 ctus, ab Amurate Turcarum principe graui
 prælio victus, castris etiam exiit. Cæsis ma-
 gnæ ex parte ducibus, & Philippo capto, ipse
 Byzantium fugiens, mox Venetæ classis occur-
 su, cui Thomas Dolocenicus præerat, incolumis
 de fuga vix euasit. Quæ clades ignominiosior-
 ne an funestior fuerit, haud satis explicè. Di-
 scordia certè nostra victor hostis Adrianopo-
 lim se recepit: & hæc foris. Quantum autem
 pace præstiterit, præter generis nobilitatem
 (quæ haud dubiè clarissima fuit, tot summo-
 rum principum serie) & præter insignem cer-
 poris proceritatem, ac Imperatoriam planè
 indolem, affuit illi liberalitas, ac munificen-
 tia, quanta in nullo antea principum: religio-
 nis ac pietatis augendæ studium incredibile:
 multarum etiam linguarum scientia, & in his
 lingue Latine studium excelluit: quare doctos
 homines in primis fouit, & dignitatibus etiam
 amplis honestauit. Accusauit sepe Germanos
 principes, quæ Latinas odissent literas. A quibus
 repre

reprehensus quandoque, quod doctos homines foueret, sed humiles genere: Ego, inquit, eos amo, quos natura alios antestare facile voluit. Illud autem nulla vnquam etas obliuiscatur, quod triennium magnam Europæ partem ipse peragrauit, dum principes Christianos ac pontifices adit, quod schisma Christiano nomini calamitosissimum tolleretur. Nec alterius principis opera magis enituit in vera pietate vindicanda: quare ita effecit vt reiectis adulterinis tribus, qui Barione sedem inuaserat, Oddo Columinus magno omnium consensu pontifex declararetur. Parem operã Eugenio in Basiliensi synodo tollenda prestitit, à quo tamen prius contemptim penè habitus, ac vix post sextum mensem quam Senis fuerat, Imperij corona donatus est. Hic verò princeps egregius cum sine virili prole deceßisset, Albertum Austriae ducem filie maritum, & vtriusq; regni heredem reliquit anno Imperij vigesimo septimo.

ALBERTVS.

Nemo vnquam maiore spe ad Imperiũ venit. Et sanè conceptam animis hominum opinionem hand frustratus esset: siquidem toto biennio quo presuit, Morauos ac Sarmatas, qui hodie Poloni sunt, intra suos fines quiescere compulit. Prasconem Boemum factionis hereticæ caput, ita attriuit, vt tota Boemia sibi cederet. In Turcas autem profectus Synde-

roniam castellum ad Danubij ripam munitis-
simum obsidentes, dum copias in itinere maio-
res expectat, oppidani deditioem fecere: ipse
Austriam repetens apud locum, cui Longa-
uilla est nomen, dysenteria morbo confectus est,
Ladislao filio superstite.

FRIDERICVS III.

PAcis atq; otij studiosissimus Fridericus ex-
titit: quam tenore perpetuo annos quatuor
ac L. (tot enim rerum petitus est) coluit, seu fa-
tum id fuerit, quietiore Germania, quam mul-
tis retrò actis etatibus, seu prudentia verius
id principis effecit. Ille verò nihil ab initio anti-
quius habuit, quam tuè & pacis studio, tumul-
tus, qui oriebantur, sedare: quare & seditionem
mouentes Austriales facile compescuit, & bel-
lum à Matthia Pannonum rege illatum com-
posuit. Quinetiam in Flandros mouens, qui
Matximilianum Casarem asseruerat, recepto
filio paucorum pœna contentus, omnem discor-
diarum fomitem sustulit. Ducta igitur He-
leonora Lusitanici sanguinis, cum in Italiam
transcendisset, ad Nicolaum pontificem profe-
cturus, ab eo nullo non honoris genere excipi-
tur, illi & uxori corona Imperij imposita. Hinc
Neapolim diuertit in Alphonsi gratiam, cu-
jus Heleonora pernecessaria erat. Nec minore
apparatu à Venetis (eius enim vrbs inuisende
incredibili desiderio flagrabat) obuiam illi

itum: quos exinde summa semper amoris, ac benevolentia significatione dilexit. Eius etiã opera *Amedeus Allobrox*, qui se pro pontifice gerebat, *Basiliensi concilio innixus*, in ordinem se redigit. Iterum *Paulo pontifice priuati penè more voti reus Romam petijt*: quod *damnatu* retro ad suos abiens, quiescente *Germania*, tandem Imperij anno quarto ac quinquagesimo nature concessit, *Maximiliano filio Cesare prius declarato*.

MAXIMILIANVS.

Spererat mihi *Maximilianus Imperator*, quẽ pater octauo antequam moreretur anno, *Cesarem designandũ curarat*: magnus bello princeps, & pace preclarus: cuius eximia bonitas, liberalitas summa, & Christiane pietatis cultus precipuè cõmendantur. Accedunt ad hæsc animi dotes, oris probitas, statura quadrata, in qua tamẽ Imperatoria maiestas eluceat: corpus validũ, ac robustũ, idemq; laboris, atq; operis patiẽtissimũ, par victus frugalitas, & ex eo valetudo prosperrima. De hoc autem, cum adhuc viuat, *Tranquillũ, Plutarchumq;*, ac veteres alios scriptores emulatus, nihil est quod addam. Deus facit, vt quod illũ agitare semper animo *Vincentius Quirinus* asserbat, qui legatum Venetum egit apud illum, summa cum laude, ex sententia conficiat: neq; enim iustus vllum est bellũ, quã quod pro religione sumis

sumitur: & ea denique vera, aeternaq; gloria principum nostrorum existimari debet, quam res praeclearae in hostes, fidei gestae commendant.

TERTII ROMANORVM

PRINCIPVM LIBRI

FINIS.

IO. BAPTISTA AB

EGNATII IN SVETO-

NIVM ANNOTA-

TIONES.

EGNATIVS LECTORI.



NON ab re futurum existimaui, quando hoc totum industriae dicatum est a me bonis ac literatis viris, si quos locos aut in melius emendari, aut dilucidius explicari, subnecterem, eosque nullo maiore verborum apparatu, aut copia publicarem: tum quod nec otij satis erat longè maioribus districto: tum quod ab ostentatione semper absui: quae cum in omni re odiosa sit, tum in rebus parvis odiosissima esse iure solet. Accedit ad haec, quod doceri tantum lectores hoc tempore volui, quos eo mihi equiores futuros arbitrabar, quod maturius illos dimissem, propterantes, videlicet & in haec, ut

ex iusto itinere viatores, otij causa diuertentes.

EX D. CAESARE.

Forum de manubiis inchoauit, cuius area super H-s millies cōstitit. Tamen si Latini scriptores ad hanc diem corruptissimi magna ex parte sint: quaedam etiam adeo obscura, vt nec ab eruditioribus intelligi queāt: ea tamen pars, quæ ad numeros spectat, & corruptissima ad nos transijt, & nullis adhuc satis cognita, aut pencepta videri poterat. Attulit autem huic malo opem primus (quod ipse sciam) Leonardus Portius, Vicentine nobilitatis præcipuum decus, libello iam ab hinc quinquennium huic vni rei destinato: in quo summa breuitate, & diluciditate præscos numeros, argenti & auri vsum apud veteres, numismata, & eorum pretium ac nomina attigit. Quæ palma tanto illum illustriorem fecit, quanto res obscurissima illustrata eius opera plus negotij habuit. Quotus enim quisque ex ijs, qui humaniores literas profitentur, fuit, qui rem tam perplexam attingeret? Quis cum ad hanc partem venisset, aut codicum fidem non requireret, aut rem omnem planè non dissimularet? sed nec ipsi autores satis constantes erant: & notæ, rerumq; vocabula sic vel corrupta, vel perplexa, vt desperata semel re, iam neglectu haberetur, patrocinate sibi adinvicem multorum inscitia: quæ tacito præiudicio summam

cause

causa difficultatem prætendens, Areopagitarum more in centum annos rem acquirendam pronuntiaret, ut huiusmodi cunctatione nec ipsa se proderet, & differendo inexplicabile negotium relinqueret. Nos igitur, ut ingenuè fateamur, Portium secuti, mille H-s. non millies legendum existimamus: quoniam ea summa fidem omnem excedat: nam si millies H-s. legas, erit tanta pecuniæ vis profusa, ut inivertatio vix possit: sed & à Plinio dissentiet, qui de hac Cæsaris magnificentia loquens, ita scripsit: Pyramides regum miramur opera, cum solum tantum foro extruendo H-s. mille ducentis Cæsar Dictator emerit, hoc est, xxx. aureorum nostratum. Quæ de ratione aliàs inferius.

Idem Tranquillus sic de triumpho Cæsaris scribit:

Ascenditque Capitolium ad lumina, xl. elephantis dextra atque sinistra lychnos gestantibus. Nos pro lychnis, lychnuchos substituímus, & veterum codicum fidem secuti, & vñ verbi, Primum enim vsitatum hoc Græcis est verbum, Athenæi autoritate, quod liscernam significet, vel Alexidis comici poëta testimonio Nidone:

ὁς ἀγῶν & ἑρῶν μετὰ λυχνούχῃς περιπατεῖν
 Τῆς νυκτός, ἤρτις κἀμῶν ἢ δακτύλων.

Hoc est,
 Qui nocte lychnuchum ambulās gessit manū.

Profecto digitis plurimum is cauit suis.
 Nec Lucretius aliud innuit pulcherrimis illis
 versibus:
 Si nō aurea sunt iuuenū simulacra per ades,
 Lampades igniferas manibus retinentia
 dextris,
 Lūmina nocturnis epulis vt suppeditentur,
 Nec domus argento fulgens, aurōq; renidet,
 Nec citharis roboant laqueata, aurataque
 templa.
 Hæc verò nominū forma vñtata Græcis: vnde
 ceruchon, sceptuchon, ophnuchon. Tam Et C.
 Rli. lychnuchos pensiles dixit, quod Et Hermo-
 luis, voster agnoscit, vetere etiā lapide suffra-
 gante hoc titulo: Panthei cum suis Ranceis, Et
 Cupidines duo cum suis lychnuchis. Quod mo-
 numentum cum primus obseruasset Politianus,
 vir eruditione multa, Tranquilli locum primus
 (vt opinor) emendauit: quare Crinitus doctus Et
 probè vni officio functus veteri possessorifun-
 dum vendicauit, non multarum memores.
 Cōuētibusquē peractis Rauēne substitit.
 Citatur à commentarijs in ostentationem ver-
 terum autoritates, nec tamen satis erudita ad-
 huc (quod sciam) quid sit peragere, conuentus
 explicant. Nōs ne non omnia communi de vni
 vtilitati, peragere conuentus nihil aliud esse
 contendimus, quàm iurisdictionem legitimam
 absolueri per oppida ad id destinata: quæ quæ

do in ea statis temporibus conueniretur à provincialibus causa iuris sui persequendi, conuentus dicerentur. Representant autem hunc morem anno vertente religiosi fratres, capitula appellantes: representant etiam maximè omnium Galli parliamentis iam quatuor institutis, quorum præcipuum vrbs amplitudine & auctoritate Parrhisiense habeatur. Iam & veterum fuere vxorie stipulationes, quæ conuenire in manum per coemptionem dicerentur, de quibus aliàs.

Quid illud quod postea sequitur? Sed ante alias dilexit Marci Bruti matrem, cui & proximo suo Cōsulatu sexagies H-s. margaritam mercatus est. Quæ summa centum quinquaginta millia nostrorum aureorum facit, quando ille Cleopatra vno centies H-s. æstimatus sit, id est, aureis ducentis quinquaginta millibus nostratibus.

Sequitur nō longè ab hinc locus, vt maioris corruptionis, sic etiam industria, cūm hæctenus ita sit lectum: Sed maximè dilexit Cleopatra, cum qua & cōuiuia in primam lucem protraxit, & eadē naue, thalamoq; penè Aethiopia tenus Aegyptum penetravit. Vbi pro thalamoq; thalamego legēdum esse nulli dubiū esse possit. Est autē thalamegus nauis à Philopatore Aegyptio rege primūm fabricata, qua Nilum, & Aegypti fossas nauis-

garet, eo r̄su, vt intra thalamū in regia sibi esse videretur, magnitudine semistadiū, latitudine cubitorum triginta & amplius, nec longis nauibus, nec rotundis omnino similis, prora puppīq; duplici, fundo lato planōq; quali forma fluuiatiles sunt fere omnes. Strabonis interpretshalamiferas naues hasce appellauit, quibus Aegyptū frequenter vtrentur solatiū causa. Visitur & Venetijs in patria nauis huic Aegyptia persimilis, cui Bucēt auro est nomē, qua princeps & Senatus vehi solent, occur suri principibus viris, augustissima specie. Plinius septimo, vittate nauis meminit, quā Græci, & Sophocles in primis (vti opinor) *ωμιλλοσόλοι* dixere, qua & ipsa maiore ornatu spectaretur, qua ferunt à Dionysio Platonem exceptum, honoris gratia.

Nec illud omittendum est, in quod fecidissimè lapsi sunt interpretes, vnius literæ additione: vbi enim aquilifer legēdum erat, aquilifero legerunt, sensu nullo, pariter & inepto. Tū itaq; ita leges: Vt aquilifer moranti Cæsari cuspide sit minatus: eo sensu, vt cum Cæsar inclinatam aciem restituere omnino vellet, tanta constantia fugientibus obstiterit; vt aquilifer detinenti cum Cæsari cuspide sit minatus, & alter in manu detinentis signum reliquerit.

Illud est quod commentarij aut non obseruauerunt, aut minus intellexerunt, vbi de auro

promercali. Tranquillus agit, occupato altero ex his in vi verbi explicanda, nec sensum satis attendente. Quid igitur est, quod Tranquillus dicat tanta auri copia abundasse Caesarem, ut ternis millibus nummum aurum promerciale per Italiam provinciasque diuenderet? an quaternis millibus legendum est, ut argenti proportio ad aurum decupla fuerit? quaterna enim millia nummum argenteorum, centum aureos nostrates valent, non tamen solidos, id est, demptoлагio, ut verbum hoc usurpem vulgare: an ternis omnino millibus tunc are? ut hac ratione tria nummum millia septem libras, & selibram conficiant, id est, septuaginta quinque Venetos aureos, ut tantam auri vim ex Gallicis spolijs Rome inuectam putes, ut auri pretium imminueretur, argenti cresceret. Nostra autem etate auri mirum in modum creuit pretium, ut propè Plinianam analogiam aequet, qui eam proportionem argenti ad aurum facit, quae est quindecim ad unum, cum iusta videatur ea, quae est duodecim ad unum.

Veteranis legionibus: quaeque sequuntur. Hic locus mutilatus videri potest, vel Appiani lectione: ille nanque de Cesare Dictatore loquens, Statim, inquit, post triumphum quacunq; exercitui pollicitus fuerat, ampliore adhuc pecunia exoluit: militi drachmarum Atticarum quina millia, turmae ductori bis totidem, tribu-

nis militum, equitibusque duplo maius, ad hæc singulis ex populo minã vnã Atticam. Hæc Appiani verba dissentire à Tranquillo maxime videntur, non quod in populi congiario non conueniant: mina enim Attica, id est, argentea libra Romana quadringentos nummos H. s. valet, id est, denarios centum: reliqua ad eò discrepant, vt quod Appianus quina millia drachmarum militi data à Cesare dicit, equiti duplo maius, Tranquillus de pedite reticeat, de equite non conueniat: nam ex Appiani sententia dena millia drachmarum data equiti necesse est, quæ Tranquillus ad sena millia reducit. Nec mirum videri debeat, quod de magnitudine militaris donatiui referimus, cū Plutarcho autore, Antonius triumuir quina millia drachmarũ singulis militibus post aciem Philippensem dederit.

Inoluit & ille iam pridem error Tranquilli codicibus, nec satis à commentarijs animaduersus, vt vbi Attilij Electra citatur, Accij legeretur. Fuit autem vetus comædiarum scriptor hoc nomine satis celebris, quem tamen vt duriusculum Cicero in epistolis ad Atticum incesbit. Sed & Licinius scriptorum ferreum appellare solitus est, quod dum tragedias ex Sophocle in Latinum verteret, duriores se præstaret. Scripsit autem hic Electram ex Sophocle, vnde carmina illa in interfectores cantata

Tranq

Tranquillus scribit. Volcatius Sedigitus Attilium poetam comicum maximè laudat, qui nescio an hic fuerit.

EX AVGVSTO.

Senatorum censum ampliauit, ac pro octingentorum millia summa duodecies H. s. taxauit. Ingenui, inquit ille, est hominis fateri, per què didiceris: & me hercule hūc locum per obscurū, nec vlli, quod legerim, cognitum. Budæus ex Gallia vir à secretis regis primarius feliciter attigit: cuius eo libentius mentionem facio, quòd annotationibus suis in Pandectas antea satis celebris; & translationibus quibuslibet Plutarcli nobilis, nuper editis quinque de Asse & partibus eius libris, adeò clarus euasit, vt nō possit non summopere ab omnibus cōmendari: qui duodecies H. s. & cecies & milles differre plurimū à duodecim, centū, & mille docuerit. Cuius sententiā, eò libentius sequor, quòd non minus doctrinæ præ se fert, quàm candoris. Erat hic igitur sensus, vt Augustus princeps ab octingentis H. s. quæ summa antea census erat senatorij, ad mille ducenta reducerit. Stephanionē Togatarium. Vide ne multo melius Togatarum legas, & intelligas actorem, vsitata loquendi figura, & Latina.

Etiam sparsos de se in curia famosos libellos nec expauit. Famosi libelli qui, qualesue sint, quæue afficiendi pœna, qui eos facti-

tant

tant, Iuriscōsulti libro Digestorū XLVI. illud ex eorum lectione non prætermiserim. Verba Ulpiani sunt ex eodem libro: Hæc autem sunt ferè, quæ ad infamiam alicuius fiunt, ut puta, si quis ad invidiã alicuius veste lugubri utatur, aut squallida, aut si barbam dimittat, vel capillū submittat, aut si carmen conscribat, vel proponat, vel cantet aliquid, quod pudorẽ alicuius ledat. Sed & Pauli verba ad hanc rem spectantia, quia digna memoratu sunt, subnectam: Eum qui nocentem infamavit, non est bonum & æquum infamari: peccata enim nocentium nota esse, & oportere, & expedire. Primus autẽ Augustus cognitionẽ hanc sub specie legis eius, quæ de lesa maiestate quærit, exercuit.

Tyberii in foro lege curiata adoptavit. Parco libenter viventii nominibus, libentius autẽ mortuorum. Citantur nanq; à cõmentarijs passim autores, qui curiata legis meminerint, nec tamen quid illa sit, tandem explicatur. Tu ex selectis nostris in Ciceronis epistolas, quæ primus ipse (quod sciam) ediderim, pete, nec enim iniucunda fuerint.

Verum adhibito honoribus modo, bifiã laudatus est, pro æde D. Iulij à Tyberio, & pro rostris veteribus. sic hæctenus omnes. Tu ita castigabis, & pro rostris sub veteribus. Qui locus erat in foro, quæadmodum & sub novis. Vtriusq; autẽ loci meminerunt veteres

res autores. Plinius libro 35. Hinc & ille iocus
 Marci Crassi agentis sub veteribus. & infe-
 rius, Mœniana, inquit, operiebat Serapionis
 fabula sub veteribus. Plautus: Sub veteribus
 ibi sunt, qui dant, quiq; accipiunt fœnore. De
 loco autem qui sub novis dicebatur, Marcus
 Varro, Sub novis, inquit, dicta pars in foro edi-
 ficiorum, quod vocabulum eius peruetustum,
 ut noua via, quæ via iam dudum vetus est.
 Liuius quoque, Filiam Virginii seducit ad nu-
 tricem prope Cloacinam, ad tabernas, quibus
 nunc novis est nomen.

Legauit populo Romano cccc m. Tri-
 bubus xxxv. H. s. Prætorianis militibus
 singula millia nummorum. Hic locus, qui
 Augusti principis legata cõtinebat, admonere
 quemuis vel oscitantem poterat, maximam esse
 summam pecunie, quæ populo, quæ ue plebi Ro-
 manæ legaretur: nam populo, id est, patribus,
 equitibus, & honestioribus plebeijs (hoc enim
 nomine hosce contineri, vel illa vsitata loquen-
 di forma Senatam populúmque Romanum
 ostendere potest) legatum est ab Augusta
 cccc m. H. s. id est, decies centena millia
 aureorum nostrorum, quod nos millionum dici-
 mus: plebi autem, id est, infimis planè homini-
 bus, & mendicioribus xxxv. id est, octogin-
 ta septem & amplius aureorum nostratum.
 quod & Taciti verba in primo historiarum
 planè

planè significant, cum scribit legata non vltra
 civilè modum, nisi quod populo & plebi CCCCM.
 XXXV. pretorianarum cohortium militibus
 singula nummum millia, legionarijs autem co-
 hortibus civitatem Romanorum trecenos nummos
 viritum dedit. Quinetiam illud quod sequitur:
 Professus non plus peruenturum ad hæ-
 redes suos, quàm millies & quingenties.
 si ad summam nostram deducas, facient tricies
 octies & quinquagies millia aureorum nostro-
 rum: quamuis xx. proximis annis ex ami-
 corum testamētis percepisset trecenties
 millies: id est, triginta & amplius milliona.

Prius quàm ab Augusto princeps salubri
 magis, quàm ambizioso, discedat oratio factu-
 rum me opera pretiū existimaui, si cursim le-
 gionum numerum, & prouinciarum presidia,
 reges socios, Imperij amplitudinem ex Taciti
 historiarum libro quarto hic adnecterò, vt dili-
 gentioribus etiam satisfiat. Ille igitur in hunc
 sensum: Italia binæ classes infero superoq; mari-
 vtraq; presidebant, Misenenfis & Ravennas:
 sed & rostratæ naues ad Actium capte, eam
 partem Italia tuebantur, quæ in Galliam Nar-
 bonensem vergens Alpes maritimas, & Foroiu-
 liensem coloniam spectat: legiones autem iuxta
 Rhenum, quæ Gallos, Germanosq; coercerent,
 octo: robur ferè Imperij, cum Hispania tres tam-
 tum haberent. Africa quoq; nisi quæ Iuba rex

Mauros dono acceptos regebat, duas habuit, Aegyptus totidem: quicquid verò terrarū tractus mari nostro, & Euphrate amne cingebatur, vastòq; terrarū sinu ambiebat, quatuor legionibus parebat, regibus Hiberno & Albano socijs. Hinc rursus Europa, quæ Thracia, & Illyricū magna ex parte protendebatur ad Danubij ripam, sex legionibus atinebatur: hoc ordine, ut Pannonia duas, duas Mœsi, totidem Dalmatiae haberet, cum in vrbe proprius miles Latio Hetruriaque ferè delectus, duodecim cohortes, tres urbanae, nouem pratoriae suis castris attinerentur, ut interim per prouincias idoneas sociæ ale, & cohortiū auxilia non deessent, variatè earum numero ex rerum vsu. erat igitur triplex classis parata, legiones autem numero septem & viginti, præter auxilia ferè sociarum gentium, ac regum totidem.

EX TYBERIO.

NAM & seruus Agrippæ Clemens nomine. De hoc Clemente sic ferè Tacitus secundo, Audacia seruitij propè ciuilia arma resumpta, cū Agrippæ Posthumi seruus Clemens nomine in Planasiam uectus Agrippam inde abducere, atque ad Germanicos exercitus comitari statuisset: sed onerariæ nauis mota præuentus, interfecto statim Agrippa, cineres eius furatur: seseq; intra Hetruriæ secreta abdens, Agrippam esse simulat, cui nec for-

ma, nec etate absimili erat. Qui rumor per Italiam vulgatus, cū ancipitem, anxiumq; Tyberium maximè haberet, eandem per Sallustij Crispi clientes duos vinctus ad Tyberium ducitur. à quo interrogatus quomodo Agrippa factus esset: & tu, inquit, quomodo Caesar? quem Tyberius clàm necari iussit, nec de autoribus amplius quæsitum.

Et duplex seditio, in Illyrico & Germania. Seditio in Illyrico, autore Tacito, Percennius quidam Theatralium operarum dux mouerat acerrimam, cū milites in singulos dies singulos denarios peterent, cū antea denos asses accipere consuessent: peterent etiam, vt sextusdecimus annus stipendiorum finem faceret, nec vltra sub vexillis haberetur, nèue in alia castratralato militi, præmiū pecunia solueretur, quando prætoriani, qui binos denarios acciperent, post sextumdecimū annum militi a defungantur, nec tamē tantum periculorum, aut laboris adirent. & paulò post: Tyberium latitantes, & ad singula pavitantes, nuntij frequentes perpulere, vt Drusum filium cū primoribus civitatis, & cohortibus prætorijs dimitteret, qui profectus, & variè iactatus, vix tandem militū animos Percennio & Vibuleno autoribus cæsis leniuit: relictis enim castris in hyberna cōcessere. & mox idem autor addit: Eadem causa Germanicos exercitus eodem ferè tēpore

turbavit, petebant & illi missionem & premia. Nec prius sedari animi eorum potuerunt, quam vicina stipendia meritis missio sit data, qui sena dena, exautorati. Quinetiam miles in seipsum seuijt, neque non in ipsum Germanicum, donec ablegata Treuiros Agrippina uxor animos eorum mutauit: sic inferioris exercitus Germania placatus, superioris miles maiore mole, quò grauiora in centuriones, in legatos Populi Romani ausi fuerant: nam Munatius Plancum aggressi, qui legatus à Tyberio uenerat, non prius dimisere, quam ille aquilam complexus religione se tueretur: ac ni Calphurnius centurio subsidio affuisset, raro etiam inter hostes exemplo legatus Populi Romani in castris, deorum aras suo sanguine maculasset. Eos tandem Germanicus contracto exercitu, cum pararet inuadere, contumaces, literis prius ad Cecinnam missis admonet, sibi consulant, & resipiscant: quod nisi faciant, & autores seditionis tollant, venturum se cum exercitu, & usurum promiscua cede. Quæ literæ occultè signiferis, & aquiliferis lectæ perpulere legatum, ut statueret tempus cædis: seuijtumque passim, quasi civili bello in fontes & ignaros, nec satis noscentes, quod cædis initium, aut quæ causa quæque finis foret, donec castra ingressus Germanicus, oratione habita, cum satis expiatum diceret, eos in hostes duxit: unde piaculum furoris sumerent, &

Q hostes

hostes Romani Populi cedendo, & vulnera impy's pectoribus accipiendo. Hæc pluribus ex eo autore addenda curauimus, quò tota hæc pars clarior, illustriorq; fieret.

Libonem ne quid in nouitate acerbius fieret. Is Libo è familia Scriboniorum fuit, vn de et Scribonius cognomine dictus, qui per Firmium Catum Senatorem amicitia simulata deceptus, cum magos super Imperio consuleret, & Chaldaeorum promissa, somniorumq; interpretes scrutaretur, dum proauum Pompeium, amatam Scriboniam Augusti uxorem iactat, per eundem Catum post plures testes repertos, qui conscj forent, ad principem defertur, maxime Iunij cuiusdam indicio, qui tentatus fuerat, vt umbras infernas carminibus eliceret. Ipse igitur Libo, cum Tyberius eum blandè interim appellaret, non vultu, non verbis commotior, quinetiam conuiuio adhiberet, & prætura ornaret, tandem Senatus iudicio condemnatus, seipsum cum omnia prius tentasset, apud Tyberium necauit. factumq; s. c. vt mathematici Italia pellerentur. Idem Tacitus secundo.

Q. Haterio. Is cõsularis vir, in Senatu decreti faciundi autor fuit, ne vasa auro solida ministrandis cibis fierent, neue serica vestis viros fedaret: qui familia Senatoria ante excessum Tyberij deceffit, eloquentia, quoad vixit, celebrata, cum tamen exigua scripserit, quippe qui impetu

impetu magis, quã cura valeret: nã vt in alijs
studium ac meditatio plurimum valet, sic Ha-
terij profuens illud, ac canoram cum ipso obiit.

Religiosas vestes cum instrumento o-
mni comburere. Qui vestas legendum ad-
monent, nimis anxie, ne dicam superstitione,
rem satis apertam in disquisitionem vocant.

Aboleuit & vim, morẽsq; asylorũ, quæ
vsquam erant. Commeterij ex ijs, quæ vide-
re, legerẽque potuerunt, non pauca: nos ex eo-
dem Tacito omnia planiora faciamus. Ille igitur
tertio in hunc ferẽ sensum: Cũ cresceret
Græcas per vrbes licentia asyla constituendi,
quæ seditiones in dies alerent, placitum est, vt
singula ciuitates iura, ac legatos mitterent: &
cũ multi venissent, qui summo studio certa-
rent, fesso Senatu coram multitudine res ad con-
sules relata, factumq; s. c. quo modus prescri-
ptus singulis est. Iussiq; ipsis in templis aras fa-
cere, neu religionis pretextu turbulentissima
natio seditionibus fomenta præberet.

Maraboduũ & Rhascupolim. De Rha-
scupoli Thrace ex eodem Tacito copiosius hau-
ries. Is autẽ Marabodus diu apud Sueuos re-
rum potitus, magna apud suos gloria, mox Ca-
tualde iuuenis inter Gotthorus nobilis, vi pul-
sus, ad Cesaris misericordiã fugit, transmissusq;
Danubio magnifica de se in Senatu oratione
habita, qua se Pyrrho & Antiocho regibus

æquaret, Rauennæ in glorius cōsensuit, nimia v̄
uendi cupiditate imminuta vetere gloria.

Asellio Sabino H. s. ducēra. Hæc summa
quinq; millia aureorum nostratium valet.

Atalante tabulā, in qua Meleagro illa
ore morigeratur, legatā: vt si offenderetur,
pro ea decies H. s. acciperet. Decies
H. s. nō dena sestert. significāt. sed decies cētena

Publicè munificentia bis omnino ex-
hibuit proposito millies H. s. Hæc summa
quinq; & viginti centena millia facit nostra-
tia, id est, duo milliona, & dimidium.

Satis Constat Cn. Lētulum Augurem.
Is est Lentulus, qui cōsularis vir triumphalia
ornamenta de Getis retulit: primò pauper, deis
ad eò opulentus, opibus innocenter comparatis,
& modeste habitis, vt quater millies sester-
tium possederit.

Condemnatā & generosissimā fœmi-
nam Lepidam in gratiam Quirini cōsu-
laris prædiuitis, & orbi. Tacitus tertio: At
Romæ Lepida Aemilia familia nobilissima, L.
Syllæ, & Cn. Pompeij proneptis, defertur ad
principem supposuisse partum Quirino coniugi,
quinetiam obiecta adulteria, & venena, cōsul-
tūq; Chadai de Casare. Tandem damnata illa
magna Quirini inuidia, prægrauate Tyberio,
sed dissimulante, aqua q; & igni interdictum:
bona cum publicari deberent, ne publicarentur

Scauri gratia factū, qui filiam ex Lepida genuerat. Et paulo post: Celebratum est Sulpitij Quirini funus exequijs publicis. Tametsi nihil ille ad Sulpitiam familiam pertineret, qui Lanunij ortus modicis parentibus & opibus militia clarus, & vehemens ingenio, consulatum sub Augusto meruerat: mox Cilicij castellis expugnatis, triumphus insignia meritis, C. Caesaris in Armenia comes, & Tyberij cultor, dum Rhodi ageret, huic principi charus prepotente senecta, sed apud populum accusatione Lepida, & sordibus inuidiosa.

Etiam causam mortis fuisse ei per Cn. Pisonem legatum Syriae creditur. Is Piso Germanico datus est à Tyberio comes & legatus, qui cum Placina uxore ad eum aperte similitates cum Germanico exercuit, ut reperta sint reliquia solo, ac parietibus eruta humanorum corporum, tabulae etiam plumbeae, quae deuotiones ac carmina in Germanicum continerent, donec accusantibus Trione & Veranio, acerrime autem omnium Vitellio, iudicio Senatus damnatus est, magis assentiente Tyberio, quam approbante. Piso post damnationem domi inuentus perfosso iugulo, iacente humi gladio, concessa Placinae uxori incolumitate ob preces Augustae, & filio in decem annos relegato. Diuersus ab hoc fuit L. Piso, qui curator urbis sub Tyberio principe fuit, biduo, duabusque noctibus per

potationem cōsumptis clarus: cuius (nisi fallor)
constantiam & auctoritatem in Senatu maxi-
mè Tacitus commendat.

Statuæ quidā Augusti caput depresso-
rat. Tu emendato, dempserat. Idem Tranquil-
lus in Caligula, Diuinam maiestatem asserere
sibi cepit, datoque negotio, vt simulacra numi-
nū religione & arte præclara, inter quæ Olym-
pū Iouis, apportarentur è Græcia, quibus ca-
pite dempto suum imponeret.

Seianum res nouas molientem. Is eodem
Tacito genitus Vulsuū est, patre Sei Strabo-
ne equite Romano, & à prima iuuenta C. Cæ-
sari Augusti nepoti percharus. Adversa fama
quasi Apicio stuprum corporis vëdidisset, mox
defuncto C. Cesare, Tyberio miris artibus in-
sinuatus, adeo principem sibi obnoxium fece-
rat, vt callidissimum & obscurissimum alijs,
sibi vni incautum reddiderit: laboris patiens,
audacie nimia, simulator iuxta & dissimula-
tor: pro pudore, quem palàm ostentaret, immen-
sa opum libido, nec minus criminando, quam
aduladoprincipi, & largitione ac industria in-
terdum acceptus. His artibus sene circumuento,
primò Drusum Tyberij veneno tollit, dato per
Lygdum spadonem, vxore etiam Livia auxi-
liante, quæ illi per stuprum cognita fuerat: inde
in Agrippinam & ejus liberos conuersus taci-
tis eam criminationibus inuoluit, vt tandem
relega

relegatam Tyberius interfici iusserit cum Nerone filio, donec ille ijsdem petitis artibus cum filijs enectus sit, quorum corpora in Gemonias sint abiecta.

Nam Charidem. Tu Chariclem emēdato, de quo sic Tacitus: Erat medicus arte insignis, nomine Charicles, magis ad consilium, quam ad usum medicinae, quam princeps omnino negligeret, familiaris. Is veluti negotium suū curaturus, dum commeatum petit, venas pertentat. nec fefellit Tyberium, qui offensus ac eō magis iram dissimulans, instaurari epulas iubet, easque protraxit, quasi honori proficiscentis amici id daret.

Par terram matrem. Perbellē faciunt verba Plinij ex secundo ad hunc Tranquilli locum, quæ & subnectenda censui: Sequitur terra, cui tantum nomen præcipuæ venerationis indidimus, matrem appellantes: cuius numen vltimum iam nemini imprecamur, rati grave nimis, ac noxium: ac si nesciamus irasci nunquam solere, quæ sola natos homines excipiat, exceptos alat, & editos sustineat: nouissimè, cum cetera nos omnia deseruerunt, vna adhuc complexa visceribus suis, tanquam à reliqua natura neglectos, retinet, nunquam efficacius pietatem maternam ostentans, quam cum sacros nos morte etiam faciat.

EX CALIGVLA.

Legiones vniuersas excessu Augusti nuntiato. Satis constat eodem Tacito, cum Imperium Germanico omnes assererent concionanti, illum quasi scelere suo contaminatū precipitem tribunali desiluisse, ferrumq; in pectus adegisse, ni proximi sublatam in vulnus dextram retinuisissent, tametsi nō desuerint, qui hortarentur vt feriret: quinetiam Clausidius quidam miles strictum gladium obtulit, addēs vteretur eo qui acutius penetraret. Verūm composita seditione, in Germaniam ducto exercitu, bis acie Germanos vicit. Varianos milites sepultura mandat. Arminium precipua apud Germanos fama propter casum Quintiliū cum legionibus adeo fatigat, vt liberator ille Germaniæ pulsus, profugusque tandem propinquorum insidijs petitus occubuerit.

Omnes Germanico corporis, animiq; virtutes. Nihil dici verius potuit: nam præter summam eruditionē, ingeniumq; ad poetice etiam factum, summa in eo comitas erga socios fuit: in hostes mansuetudo, quos vicisse, & ad poenitentiam versos satis habuit. His accedebat forma corporis egregia, visu, audituq; iuxta venerabilis. Dum fortuna Imperatoria maiestatem retinet, inuidiam tamen & arrogantiam euitaret. Quare non Romanorum solum ingētilu etu, sed prouinciæ, & circumiacentium populorum

lorum & hostium decessit. Tacitus.

Cordi Cremutij. Tacitus: Cornelio Cossō,
& Asinio Agrippa cō s s. Cremutius Cordus
postulatur nouo, ac tunc primūm audito crimi-
ne, quōd annalibus, quos ediderat, dum Bru-
tum, Cassiumq; laudat, Romanorum vltimos
eos appellasset. Accusatores autem erāt Satrius
Secundus, & Pinarius, ex intimis Seiani, quæ
res exitiabilis reo erat. Cremutius igitur cū in se
coram Senatu defendisset, inde egressus vitam
abstinētia finijt: censuere patres libros per Ae-
diles cremandos. Sic dum ingenium Cordi pu-
niunt, maiorem illi gloriam astruxere.

Cum lege Luciana apparatus circi.
Emendauimus ex codice manu scripto, cū in ele-
gantiam apparatus circi prospicere pauci ex
proximis mænianis possent: magna commenta-
riorum socordia, qui rem non aduerterint.

Datōque negotio, vt simulacra numi-
num religione & arte, inter quæ Olym-
pici Iouis apportarentur egregia. Par
error cum superiore: Quis enim non videre po-
tuit non egregia, sed è Græcia legendum?

Quin & subinde iactabat exquisiturū
semel fidiculis de Cæsonia. Et hīc videre
debuerāt, se vel non semel legendum, vel semet,
id quod codices manu scripti habeant.

Vicies ac septies milies H-s. Tyberij
Cæsaris. Hanc summā ingentē, ac supra fidem

esse nemo dubitare potest, qui Tyberij principis tenacitatē, & opes Imperij Romani per tot annos ab eo congestas, & prodigum Caligule ingenium aestimare non velit. Vicius igitur septies millies H. s. si ad numisma nostrum rediges, sexagies septies millies mille aureos nostrates facit. Græci sex millia septingentas & quinquaginta myriadas aureorum diderent.

Nec dicēdi finem factum, quo ad tredecim gladiatores H. s. nonagies ignorāti addicerentur. Hunc locum dum imprimēdum curarem, non satis aduerteram: nunc licendi finem factum, scribēdum admoneo. Quid sit autem liceri, & quo sensu hic accipi possit, nemo non (vt opinor) statim aduerterit, nonagies autem H. s. est summa pecunie nostratis ducenti viginti: quinq; mille aurei Veneti.

Cassius Chærea. Hic ille est, qui centurio Germanici exercitus, seditione, quam mouerāt excessu Augusti nūtiato, cum eum peterent ad mortem milites, vti reliquos centuriones, audacia singulari per medios ferro sibi viam patefecit, vnde & salutem adeptus est, magna centurionum aliorum parte cæsa.

EX CLAVDIO.

LEgatōq; non amplius, quàm octingentorum H. s. profecutus. Multi, vel apud hunc vnum autorem erant loci, vnde admoneri poterāt differentia in numeris, nisi planē con-

nè conuincerent : nam hîc octingenta sestertia modicum legatum Augusti principis apparet; plus autem vicies H-s. quod infra à Tyberio legatum dicat: multò autem plus octogies H-s. quod initu noui sacerdotij coactus est impendere, ex quo ad tantam rei familiaris angustiam decidit, vt in vacuum lege prædiatoria uenalis diu pependit.

In delibatorio. Adò iam notum esse poterat, quid diribitorium sit, aut vnde dictum, vt qui delibatorio legant, parum certè vidisse dici iure possint: nam & Dion in historijs Latinum nomen hac appellatione dixit. Iam verò & diribitores pro diuisoribus pecuniarum Ciceroni notius est, quàm vt explicari latius debeat. Est autem diribitorium publicæ edes, in quibus exercitus recenseretur, & stipendia militibus diriberentur, id est, distribuerentur, in quibusdam Italiæ locis etiam vsitate.

Constituit pro conditione cuiusque cuius vacationem legis Papiæ Poppææ. Quæ lex esset Papiæ Poppææ, vnde dicitur, mox planius. Illud interim admonere lecturos hæc volui, corruptam hæctenus Tranquilli lectionem vno, alteròue loco simili, nec legens Pompeiam legendum, sed Papiam Poppæam iunctim: in quo non possum non mirari negligentiam multorum, qui sine testibus in causa dubia & incerta in fori descendat. Fuit igitur
Poppæus

*Poppæus Sabinus cōsularis, ac triumphalis vir
 insigni memoria: auus maternus Sabine Pop-
 pææ. Vnde illa etiam dicta Poppæa, nam patrē
 Ollium honoribus nondum functum amicitia
 Sesani sub Tyberio peruerterat. Hicigitur sub
 Augustoprincipe legem seuerissimam de mari-
 tandis ordinibus tulerat, qua sexagenarij tan-
 tum non tenerentur, cui capiti postea à Claudio
 abrogatum infra Tranquillus asserat. Hæc au-
 tē iunctim Papia Poppæa dicta videtur, quod
 cūm Papius legem contra adulteros tulisset, ac
 de matrimonijs etiam sanxisset, cuius & Auso-
 nius præter alios meminert, Sabinus Poppæus
 eandem retractarit, grauioribusq; pœnis addi-
 tis, sanxerit frequentanda matrimonia. Vnde
 & lex postea à primo autore Papia dicta, post-
 eà de Sabino Poppæo, Papia Poppæa iunctim
 appellata est, quam senior August. post Iulias
 rogationes in citandis cœlibum pœnis, & augen-
 do arario sanxerat. Hanc verò legem Tacitus
 frequenter citat, maximè in tertio. Admoneri
 etiam poterant saltem infra legem hanc non de
 ciuitate, aut aliquo iure alio, quàm de maritan-
 dis ordinibus agere, cūm Tranquillus dicat ca-
 piti legis abrogatum à Tyberio, quasi sexage-
 narij generare non possent. Ceterum instituti
 nostri non est, acrius aliorum errata castigare,
 & eorū maximè, qui in Tranquillum scripse-
 re commentaria: quorum alter adeò breuis,
 est*

est, vt etiam intra commentarij leges constiterit, alter adeò redundans, vt fabulari sepe videri possit: ita fit, vt aliud agendo malè interdum agat: verùm ipsi viderint.

Capiti Papiæ Pompeiæ legis. Idè error: atq; ideo ad superiorem normam redigendus.

Aulo Plancio etiam ouationem decreuit. Hic est ille Aulus Plancius, qui consularium primus Britannie præpositus est, bello egregius: is redacta paulatim in provincia formam proxima insula parte, Ostorio Scapulæ Imperium decedens reliquit. Cuius & Tacitus meminit, sed & Tranquillus in Vespasiano, du ad validissimas gentes, superq; viginti oppida, & insulam Vectem Britannie proximam in ditionem redegit, partim Auli Planci consularis legati, partim Claudij ipsius ductu.

EX NERONE.

Nec antè cantare destitit, quàm inchoatum absolueret nomum. Hic desiderari interpretis diligentia potest: nã quid nomos esset tam nesciūt, quàm facile dissimulauit: significant autem apud Græcos nomi cum multa alia, tum verò in musicis certam quandam legem, ac rationem canendi, vt tamen tibicinum & citharædorum præcipuè sint, vnde & ἀνοδος νοί & νῆστος νοί dicti: primus autem Terpander, autore Plutarcho, citharædicos nomos instituit suis, atq; Homeri versibus malè.

male adiungens. Clonas autem post hunc aulodicos inuenit, id est, tibiaks, & ea, quae Graeci *ὑποψία* appellant, quem postea Polymnestus Colophonius imitatus sit, nomisq; postea diuersa imposita sunt nomina, quae ex *Ῥυταρχί* libello, vbi musicen persequitur, queras. Illud etiam scitu dignum, ex Graecorum commentarijs inuenias primos ab Apolline citharcedicos nomos inuenientes, quibus ille & vitam hominibus produceret, & in multis canendi suauitate feritatem tolleret: vnde factum, vt Aristoteles est autor, vt modi ac canendi rationes quaedam quibus canentes vtimur, nomi iam vsitatae Graecis verbo dicantur. Verum de his alijs.

Si paulum subbibisset aliquid se sufferim tinniturum. Nec scire fas est omnia, & Lyncei etiam caecutiunt: vbi tamen offucias facis, in eo reprehendi dignus. Quis enim non siomachetur, quod hoc in loco gannit interpres? Verum ipse viderit. Ego sufferim lego, aduerbiumq; eadem forma statuo, quae Latinis frequens, *viritim*, *singillatim*: significare autem hoc aduerbium puto, quod plenum & grandius sit, huiusmodi sensu: promittebat Nero simul ac subbibisset, fore vt plenius & grandius tinniret. *Sufferim* autem ac *differim* plenum significare Seneca verba & Horatij probant, vt alios omittam. Ille enim sole nubem *suffertam* dicendo, hic *cauponibus* & *nautis differim*

Appij forum, ostendunt plenitudinem hoc nomine intelligi. Sed & Tacitus frequens differtum vsurpat pro maximè pleno.

Super ingenuorum proagogia. Non paedagogia, aut pæderastiam, quod consinxit interpretes, sed proagogia legendum quiuis vel mediocriter Græcas literas edoctus agnoscat. Sunt autem proagogia Græcis, quæ Latinis perductiones, & quod illi $\omega\ \rho\alpha\gamma\alpha\gamma\epsilon\sigma\iota\mu$, nos perducere diximus, id est lenocinari, & lenocinium facere: ad eò autem & Latini & Græci sciant hoc verbo, vt consultò exemplis abstinere, & alioqui admonere tantum lectorem volumus.

In Tyridatè, quod vel vix credibile videatur, octoginta nummum millia diurna erogauit. Id est, vicena millia aureorum nostrorum, quemadmodum quod aleam luderet quadragenis in punctu sestertijs, id est, denis millibus in singula puncta significat: quod autè addit abeunti contulisse millies H. s. innuit viginti quinquies centena millia donata, vt non sit mirandum, quod Tacitus de eo prodiderit, quatuordecim annis, quibus in Imperio fuit, bis et vicies millies H. s. donationibus effudisse.

Armillata & phalerata Mazacum turba. Si ex his nonnulli, qui nostra tempestate aliquid scripsere, modestiam atq; ingenuitatem retinere voluissent, profectò melius Latine rei consulerent, nec multa inuertissent: quæ
lis est

lis est hic locus, in quo codices omnes *MaZacum* habent: quod cum illi non intelligerent, *amaxicorum*, & mille alia huiusmodi monstra substituerunt. Ego *MaZacum* lego, & ex Cappadocia seruos (vnde ingens Romæ copia) interpretor, qui & Cappadoces appellantur ab Horatio eo versu, Eget aris Cappadocum rex. Di Eli autem *MaZacæ* (vt arbitror) ab vrbe eorum regia *MaZaca*, quæ in medio totius Cappadocia posita cum multis alijs indigeret, tamen propter situs commoditatem, & lignorum, ac lapidum, & herbe copiam delecta ab his fuerat, in qua reges habitarent. vnde & mater vrbiū ab his dicta, quæ tamen postea sub *Argæum* montem posita, *Cæsarea* sit appellata, cui magnus *Basilus* postea præfuit antistes. Erit igitur *Tranquilli* sensus, quod *Nero* frequenti Cappadocum seruorum copia stipatus incederet, quos *MaZacas* ab vrbe eorum primaria etiam appellaret.

Siquidem *icunculam* puellarem. *Perdiculum* est, quod de acu, seu acuncula commentarij ganniant. Tu *icunculam* legas, à *ἰκὺν* & forma diminutiua, pro parua *imaguncula*. Iam & *Plin.* iconicos agnoscit duces. quid sit autem *ἰκὺν* apud rhetores, non est præsentis loci, & res alioqui satis celebris.

V EX GALBA.
T secum vehiculo proximo decies
sester

DE INLVSTRIB. GRAMMAT. 625
sestertium in auro efferret. Id est, viginti-
quinq; millia aureorum.

EX OTHONE.

ANte paucos dies seruo Cæsaris pro
impetrata dispensatione decies H-s
expresserat. Nullus (vi opinor) locus expres-
sus differentiam inter dena H-s. & decies ses-
tertium aperit. Nam si idem significarent, quo
pacto quindecim spiculatoribus dena represen-
tari poterant? decies igitur H-s. cum quinque
& viginti millium aureorum reddant sum-
mam, dena singulis numerata sunt, id est, du-
centi quinquaginta aurei, sicq; expensa ex ea
summa, quinque ferè millia sunt.

Nec quicquam prius pro potestate sub-
scripsit, quàm quingenties sestertium
ad peragendam auream domum. Id au-
tem facit duodecies centena & quinq; millia
aureorum nostrorum: quæ summa si cui incre-
dibilis videatur ad absolutionem domus, æsti-
met ille secum id magis mirum, quod de Mar-
co Scauro Plinius scriptum reliquit, bis millies
sestertium villa incendio Scauro perÿsse.

EX VITELLIO.

ACarpathio vsque freto. Quis non vi-
deat nequaquam probari id posse, quod
plerisque à Parthia, arrideat, cum freto Car-
pathio bene sanè legatur.

EX VESPASIANO.

ET tamen nec sic quidem pristinae cupiditatis infamia caruit. Alexandrini Cybiotatem eum vocare perseverarunt, cognomine unius e regibus suis tarpisimarum fordium. Erat certe officium boni interpretis, ut quina hic tandem fuisset, aut unde illi cognomen tam sordidum astructum esset, explicaret. Nos cybium Plinio, Martialis consciam pelamidem appellari scimus, unde frequens Plinio nominis usurpatio inter precipua salsamenta, corrupta etiam apud Varro-
nem lectione. Credidit Festus dicta à cuborum similitudine, qui cum aequè in omnes partes pateant (quadrata enim ad lusum apta sunt) ita etiam piscantes hoc genus piscis, aleam veluti ludant. Hic autem quem Cybiotatem appellatum dicit Tranquillus propter eius illiberalitatem, non unus fuit ex Ptolemaeis regibus, sed è Syria duceus originem, qui à filia maxima natus Ptolemaei Auleta expulsus à suis in virum accersitus, non multò post ab ipsa expellitur, cum eius ignobilitatem, atque illiberalitatem pati non posset. Strabo: unde illi ab ordinandis cybijs, quae fortè ipsemet familiae dispensaret, meritò sordidissimum cognomentum adhaesit, quo & Vespasianum principem, ut sunt Alexandrini dicaces, propter eius auaritiam asperserunt, quemadmodum & Syriae regi Physcon
cogno

cognomentum fuit à crassiore intestino, quod multa caperet. Illud etiã ex Athenæo addes, Salsamenta Græcis duum esse generum, horæa & thunnia, id est, è thynno, salsa caro thunnina vulgò dicta. Horæum verò quasi tempestivum esse dictum, cuius macra pinguibus præferantur, cum in thunnis macris pinguia præponantur, quæ cybia nuncupentur. horæa autem ex pelamide, id est, lutaria minore fiunt, thunnia ex maioribus. Sit autem idem vræum, de quo Plin. cum horæo, mox aliàs.

EX TITO.

CVM ex instituto Tyberij. Aurelius Victor in hæc sententiã: Dehinc cum donata concessãe à prioribus principibus firmare insequetes soleret: simul vt Imperiũ cepit, talia possidētibus edicto sponte cavit, vel cõcessit.

EX DOMITIANO.

NAm venatores, gladiatorésque & noctibus ad lychnos. Par error cum eo, qui in Cesare Dictatore inoleverat: restituenda igitur lectio, & lychnuchos legendum, vt admonui.

Edixit, ne quis in Italia nouellaret, vtque in prouincijs vinera succiderentur. Aliam Philostratus asserit edicti causam, præcipuè in Asia, quòd homines vino nimium indulgentes, seditiones excitaret: quare & Domitianus id etiam in tota Asia vetuerat. Verùm

Scopeliano sophista celeberrimo legationem communi Asia nomine suscipiente, & restituta vites, & donatus est ille amplissimis à Domitiano muneribus, admirante in primis viri copiam, & vbertatem dicendi. Illud etiam scitum dignum, provincijs quibusdam à Probo Imperatore concessum, vt vineas alerent.

Subsiciua, quæ diuuis per veteranos agris carptim superfuerant. Quid subsiciuum seu subsiciuum sit, notissimū grāmaticis est: subsiciuus autē ager, de quo hīc agitur, Boethio is est, qui secundum proprias determinationes adscriptus in finibus suis tabulario Caesaris infertur, & qui beneficio concessus, aut assignatus colonie fuerit, siue is proximus, siue longius positus: quem colonia in tabulario Caesaris manu conditoris subscriptum habere debet. Itē ager similis subsiciuus est, qui non assignatus Reip. populoq; , aut colonie, cuius sine circumdatur, remanet in eius potestate, qui assignare potuerit, hoc est, principis. Vnde inter

XIII. controuersiarum genera illa

vel præcipua est, quæ de

subsiciuis agris

oritur.

FINIS.

SVET.



S V E T O N I I
 T R A N Q V I L L I
 D E I N L V S T R I B V S
 G R A M M A T I C I S
 L I B E R .



R A M M A T I C A olim
 Romæ ne in vsu quidem,
 nedum in honore vlllo erat,
 rudi scilicet, ac bellicosa
 etiam tum ciuitate, nec-
 dum magnopere liberali-
 bus disciplinis vacante. Initium quoque eius
 mediocre extitit. Siquidem antiquissimi docto-
 rum quidem & Poetæ & Oratores semigræci
 erant. Liuium & Ennium dico, quos vtraque
 lingua domi, forisq; docuisse adnotum est, nihil
 amplius quàm Græcè interpretabantur. Ac
 siquid Latinè ipsi composuissent, prelegebant.
 Nam quod nonnulli tradunt, duos libros de lit-
 teris, syllabisq; item de metris ab eodem Ennio
 editos, iure arguit L. Cotta non poetæ, sed po-
 steriors Ennii esse, cuius etiam de augurandi
 disciplina volumina feruntur.

HVnc, & qui sequitur libellus, excerpta puto e Suetonij libro de Viris inlustribus, quod imitatio diui Hieronymi facile declarat. Verba illius in Epistola ad Desiderium sunt, Scripsi librum de inlustrib. viris ab Apostolis vsque ad nostram aetate, imitatus Tranquillu Gracumque Apollonium. Ac liber quidem Hieronymi de Apostolis doctis que viris fuit, vt Suetonij librum eiusdem argumenti atque sententiae fuisse necesse sit. Vt autem excerpta existimem, facit id quod adducitur eiusdem Suetonij in libro de Viris inlustribus de Plinio. Verba Suetonij sunt, *Dum idem Plinius legiones in Siciliam duceret, eruptione fauillarum ab Aetna eructantium praefocatus interijt anno vite suae LVI.* Non ergo de his tantum grammaticis atque rhetorib. qui nominantur, sed de Plinio quoque ceterisque librum cōscripserat. Itaque inlustres viros doctos & in doctinae studiis excellentes vocabant. *Doctorum quidem &c.* Legendum videtur, doctorum quidam. *Liuium & Ennium dico.* Docuisse, fabulas scilicet, nam si nihil amplius quam Graece interpretabantur, Latine alios profecto non docebant. *Adnotum.* Vt adprime, a dfa. Sic etiam dixit Corn. Tacitus.

Prele

Prælegebant. In veteri impresso, *præalle-*
gebant, legendum fortè, *præ* aliis lege-
 bant. Sed legendum potius, *prælegebant*.
 nam diphthongi vocales separatae scri-
 ptæ fuerunt ordine præpostero.

DE CRATETE MALLOTE
 primo grammatico in Vrbe.

Primus igitur, quantum opinamur, stu-
 dium grammaticæ in Vrbe intulit Cra-
 tes Mallotes Aristarchi equalis, qui missus
 ad Senatum ab Attalo Rege inter secundum,
 ac tertium bellum Punicum sub ipsam Ennii
 mortem cum in regione palatii prolapsus in cloa-
 cæ foramen crus fregisset, per omne legationis
 simul, & valetudinis tempus plurimas *anpæ-*
oes subinde fecit, assidueq; disseruit, ac nostris
 exemplo fuit ad imitandum. Hactenus tamen
 imitati, vt carmina parum adhuc diuulgata,
 vel defunctorum amicorum, vel siquorum alio-
 rum probassent, diligentius retractarent, ac le-
 gendo, commentandoq; etiam ceteris nota fa-
 cerent, vt C. Octavius Lampadio Neuii Pu-
 nicum bellum, quod vnico volumine, & conti-
 nenti scriptura expositum, diuisit in septem li-
 bros, vt postea Q. Vargunteius annales Ennii,
 quos certis diebus in magna frequentiâ pronun-
 tiabant, vt Lælius, Archelaus, Veetius. Q.
 Philocomus Lucilii Satyras familiaris sui,

quas legisse apud Archelaum Pompeius Læ-
neus apud Philocomum, Valerius Cato prædi-
cant. Instruxerunt auxeruntq; ab omni parte
grāmatica Lælius Lanuvinus gener Q. Ae-
lii, Seruius Clodius vterq; eques Romanus,
multiq; , ac varij & in doctrina & in rep.
vsus.

DE Cratete. In V. imp. hi tituli nulli
fuerunt, nec in vtroque Vaticano.
Qui missus ad Senatum ab Attalo rege. De-
esse verbum puto, Legatus, vt sit, ab At-
talo rege legatus, sed legi possit etiam
illo modo. *Cum in regione palatii.* In V.
imp. abest in. Sic Vergil. *qua te regione*
reliqui. ἀνοήσις In V. imp. & manu-
scriptis Latine scriptum, acroasis. Sunt
autem ἀνοήσις, & ἀνοήσια verba τεχνη-
νά. *Ac nostris exemplo fuit ad imitandum.*
Non sunt in V. imp. verba, Ad imi-
randum. idque vt opinor, commodè.
Ceteris nota facerent. Nota facere, id est
explicare, nota esse, vt dicuntur ea quæ
intelliguntur. Sic post de Crasitio, inti-
ma cui soli nota sua extiterint. *Continenti*
scriptura. Perpetua, non distincta libris
ac numero. *Vt Lælius, Archelaus, Vectius,*
Q. Philocomus. Legendum, Vettius & Phi-
locomus. Ac post, prædicantur, non præ-
dicant. *Instruxerunt auxeruntq; ab omni*
parte

parte grammatica. Legédum vt in V. imp. & manuscriptis, grammaticam. L. Aelius Lanuvinus. Seruius Clodius. In V. imp. Ser. Clodius. *Vfus.* Non est in V. imp. legitur autem, in manuscriptis eodem modo hic locus, quo in v. impresso. L. Aelius Lanuvinus gener Q. Aelij Ser. Ego coniecturam hanc faciebam, L. Aelius Lanuvinus genere Q. Aelij seruus, & Clodius. Iam quod sequitur, Vterque eques Romanus, in manuscripto altero, vno minus verbo legitur, vterq; Romanus. Vt ille quidem Lanuvinus genere, vel Lanuuió fuerit oriundus, natus tamen Romæ. in veterib. autem monumentis S E R. seruum significat. sic in hortis vaticanis, CAES. N. S E R.

DE LAELIO PRAECONINO
SIVE ISTILONE.

L Aelius cognomine duplici fuit, nam & Praconinus, quod pater eius praconium fecerat, vocabatur, & Istilo, quod orationes nobilissimo cuiq; scribere solebat. tantus optimatum favor, vt Q. Metellum Numidicum in exilium comitatus sit. Seruius cum librum feceri nondum editum fraude interceptisset, & ob hoc repudiatu pudore, ac tadio secessisset ab Vrbe, in podagra morbum incidit, cuius impa-

tiens veneno sibi perunxit pedes, & enecuit
 ita, vt parte ea corporis quasi pramortui vix-
 rit. Post hoc magis ac magis & gratia, & cu-
 ra artus increuit, vt ne clarissimi quidem viri
 abstinerent, quo minus & ipsi aliquid de ea
 scriberent. Vtq; temporibus quibusdam super
 xx. celebres schole fuisse in Vrbe tradantur.
 Pretia grammaticorum tanta, mercedsq; tam
 magne, vt costet Lutatium Daphnidem, quem
 Leneus Melissus per cavillationem nominis
ἄνυα dicit, ducentis millibus numum
 Q. Catulo emptum, ac breui manumissum. L.
 Appulcium ab Esicio Caluino equite Ro. pre-
 diuite quadringenis annuis conductum, mul-
 tos edocuisse. Nam in prouincias quoque gram-
 matica penetrauerat, ac nonnulli de notissimis
 doctoribus peregre docuerunt, maximè in Gal-
 lia togata, inter quos Octavius Tescer, & Si-
 scennius Iacchus, & Oppius Cares, hic quidem
 ad vltimam etatem, & cum iam non gressu
 modo deficeret, sed & visu.

DE Lelio Preconino. Lelius. In V. imp.
 L. Aelius & Istilo. Alij legunt &
 stilo. *Tantus optimatum fauor.* In V. imp.
 Tantum qui manum fautor. Legendum,
 Tantus quidem optimatum fautor. vel,
 vt in manuscriptis, tantus optimatū fau-
 tor. vel, intantumq; Metellorum fautor.
 Simile quiddam narrat post de Aurelio
 Opilio.

Opilio. *Lenæus Melissus per cavillationem nominis ωαὐς ἀγνμα dicit. ωαὐς ἀγνμα. idque συμβολικῶς.* Fuit autem hic, opinor, suis carminis veteris poetæ: itaque insigniter stolidum ac stupidum significabat in manuscriptis vicio scriptum, panfagatanfema, vel vt in V. imp. panofagacema. *Ducentis millibus nummum.* In V. imp. Dcc nummum. *Ab Efcio Caluino.* Legendum videtur à Fufecio Caluino. Sed in V. imp. totus hic locus legitur, L. Appuleiū ab Efcio Caluino equite Romano prædiuite quadringenis annuis conductos multos edocenti. Ex quo faciebam, L. Appuleius à Fufecio Caluino equite Romano prædiuite quadringenis annuis, vel, quadringentis aureis conductus multos edocuit. *Et Siscennius.* In V. imp. Sescenius. *Et cū iam non gressu modo deficeret.* In V. imp. deficeretur, vt in manuscriptis.

DE GRAMMATICORVM APPELLATIONE.

Appellatio grammaticorum Græca consuetudine inu aluit. sed initio litterati vocabantur. Cornelius quoque Nepos in libello, quo distinguit litteratum ab erudito, litteratos quidem vulgò appellari ait eos, qui aliquid diligenter

genter, & acutè, scienterq; possint aut dicere,
 aut scribere. Ceterum propriè sic appellandos
 poetarum interpretes, qui à Grecis grammatici
 nominentur, eosdem litteratos vocitatos. Mes-
 salla Coruinus in quadam epistola non esse sibi
 dicens rem cum Furio Bibaculo, nec cum Si-
 gida quidem, aut litteratore Catone. significat
 enim haud dubiè, Valerium Catonem poetam
 simul, grammaticumq; notissimum. Sunt qui
 litteratum à litteratore distinguant, vt Greci
 grammaticum à grammatisa, & illum qui-
 dem absolutè, hunc mediocriter doctum existi-
 ment, quorum opinionem Orbilius etiam exem-
 plis confirmat. Nam apud maiores ait, cum fa-
 milia alicuius venalis produceretur, non teme-
 re quem non litteratum in titulo, sed litterato-
 rem inscribi solitum esse, quasi non perfectum
 litteris, sed imbutum. Veteres grammatici &
 rhetoricam docebant, ac multorum de utraq;
 arte commentarij feruntur. secundum quam con-
 suetudinem posteriores quoq; existimo, quan-
 quam iam discretis professionibus nihilo minus
 vel retinuisse, vel instituisse & ipsos quadam
 genera institutionum ad eloquentiam prepa-
 randam vt problemata, periphrales, elocutiones,
 ethologias, atq; alia hoc genus, ne scilicet sicci
 omnino, atque aridi, pueri rhetoribus traderen-
 tur. que quidem omitti iam video desidia quo-
 rundam, & infantia. non enim fastidio pu-
 tem.

tem me quidem adolescentulo, repeto quendam Principem nomine, alternis diebus declamare, alternis disputare, nonnullis verò manè differe- re, post meridiem remoto pulpito declamare so- litum. audiebam etiam memoria patrum, quos- dam è grammaticis statim ludo transisse in fo- rum, atque in numerum præstantissimorum patronorum receptos. Clari professores, & de quibus prodi possit aliquid duntaxat à nobis, ferè hi fuerunt.

CAeterùm propriè sic appellandos poeta- rum &c. Cic. sic, vt Cornelius Ne- pos, poetarum grammaticos vocat in I. de diuinat. nisi memoria fallor. Et illum quidem. V. imp. Ne illum quidem. legen- dum fortè, vt illum quidem. Non temere quem. id est, aliquem. Quasi non perfectum litteris, sed imbutum. Horat. in I. Epist. ad Florum de puero seruo venali, litterulis Græcis imbutus. In V. imp. distinctum à cæteris caput, & in manuscriptis. Remoto pulpito. E quo docebant. Horat. in I. serm. Grammaticas ambire tribus, & pulpita dignor. Audiebam etiam, &c. V. imp. Eludendo, non, ludo leg. è ludo. In ma- nuscripto altero, è grammatici statim ludo, in altero, è grammatici Statij ludo.

Sæuius Nicanor primus ad famam, dignationemque docendo peruenit, fecitque præter commentarios, quorum tamen pars maxima intercepta dicitur, satyram quoque in qua libertinum se, ac duplici cognomine esse hoc indicat. Sæuius Nicanor Marci libertus. negabit Sæuius Posthumus idem. At M. docebit. Sunt qui tradant ob infamiam quandam eum in Sardiniam secessisse, ibique diem obiisse.

Satyram quoque. Placet lectio V. imp. In qua libertinum se duplici cognomine esse per hoc indicat Horat. quoque in 11. ferm. de seruo, opinor, Tanquam habeas tria nomina. Sæuius Nicanor Marcilibertus. In V. imp. Sæuius Posthumus ac Marcus. in manuscripto altero, Seruius post huius, in altero, Seruius post hic. Ego verò versus est satyra Nicanoris hos esse putabam, itaque constituebam, Sæuius Nicanor Marci libertus. negabit Sæuius Postumus, aut idem Marcus docebit.

DE AVRELIO OPILIO.

Avrelins Opilius Epicurei cuiusdam libertus, Philosophiam primò, deinde Rhetoricam, nouissimè Grammaticam docuit. dimissa.

missa autem schola Rutilium Rufum damnatum in Asiam secutus, ibidem Smyrnæ, simulque consenuit, composuitq; variæ eruditionis, aliquot volumina, ex quibus nomen vnus corporis, qui quia scriptores, ac poetas sub clientela musarum iudicaret, non absurdè & scripsisse, & fecisse se ait ex numero diuarum & appellatione. Huius cognomen in plerisq; indicibus, & titulis per vnâ litteram scriptum animaduerto, verùm ipse id per duas effert in Parasichide libellis, qui inscribitur Panax.

Verùm ipse per duas V. imp. in parasichide libelli. legit in parastichide, vt erat in manuscriptis, vel prostichide libelli, qui inscribitur Pinax.

DE M. ANTONIO GNIPHONE.

MArcus Antonius Gniphon ingenuus in Gallia natus, sed expositus, à nutritore suo manumissus, institutusque Alexandria quidem, vt aliqui tradunt, in contubernio Dionysij Scithobrachionis, quod equidem non temerè crediderim, cùm temporum ratio vix congruat, fuisse dicitur ingenij magni, memoriæ singularis, nec minus Græcè, quàm Latinè doctus, præterea comi, faciliq; natura, nec vnquam de mercedibus pactus, eoque plura ex liberalitate discipulorum consecutus. Docuit primùm in diui Iulij domo pueri adhuc, deinde in sua priuata. Docuit autem &

Rhetoricè

Rhetoricam ita, vt quotidie præcepta eloquentia traderet. Declamaret verò non nisi nundinis. scholam eius claros quoq; viros frequentasse aiunt. In his M. Ciceronem etiam cum prætura fungeretur. Scripsit multa, quamuis annum ætatis quinquagesimum non excesserit, etsi Atteius Philologus tantum volumina de Latino sermone reliquisse eum tradit. nam cætera scripta discipulorum eius esse non ipsius, in quibus & suum alicubi reperi nomen.

HVIUS etiam meminit Quintilian. in I. Sicut, inquit, Antonius Gniphos, qui robur quidem & ebur atque etiam marmur fateatur esse: verùm fieri vult ex his, robura, ebura, marmura. sed expositus. Distinguendum videtur hoc loco. Reperi nomen. In V. imp. reperi, non repperi vt repetatur, Atteius Philologus tradit, itaque est in manuscrip.

DE M. POMPILIO.

Pompilius Andronicus natione Syrus studio Epicureæ sectæ desidiosior in professione Grammaticæ habebatur, minusq; idoneus ad tuendam scholam. Itaq; cum se in vrbe non solum Antonio Gniphoni, sed cæteris etiam deterioribus postponi videret, Cumas transiit. Ibiq; in otio vixit, & multa composuit. Verùm ad eum inops, atq; egens, vt coactus sit, præcipuum illud opusculum annalium elenchorum sexdecim

cim millibus numum cuidam vendere, quos libros Orbilius suppressos redemisse se dixit, vulgandosque curasse nomine auctoris.

PRecipuum illud opusculum annalium Elenchorum. Placet V. imp. Annalium Ennij Elenchorum xv i. nummum. Et quæ sequuntur.

DE ORBILIO.

ORbilius Pupillus Beneventanus morte parentum vna, atque eadem die inimicorum dolo interemptorum destitutus, primò apparituram magistratibus fecit, deinde in Macedonia Corniculo, mox equo meruit, functusque militia, studia repetit, quæ iam deinde à puero non leuiter attigerat, ac professus diu in patria quinquagesimo demum anno Romam consule Cicerone transit, docuitque maiore fama, quàm emolumento. nanque iam per senex pauperem se, & habitare sub tegulis quodam scripto fatetur. librum etiam, cui est titulus Perialogos edidit, continètem querelas, de iniurijs, quas professores negligenter ab ambitione parentum acciperent. fuit autem nature acerbe non modò in antisophistas, quos omni sermone laceravit, sed etiam in discipulos & Horatius significat, plagosum cum appellans, & Demitius Marsus scribens, Si quos Orbilius ferula, scuticâque cecidit.

Ac ne principum quidem virorum insectatione abstinuit, siquidem ignotus adhuc cum iudicio frequens testimonium diceret, interrogatus a Varrone diversa partis advocato, quidnam ageret, & quo artificio vteretur, Gibberosos se de sole in umbram transferre, respondit, quod Murena gibber erat. Vixit propè ad centesimum etatis annum, amissa iam pridem memoria, ut versus Bibaculi docet, Orbilius ubi nam est literarum obliuio.

Statua eius Beneuenti ostenditur in Capitolio ad sinistrum latus marmoreo habitu sedentis ac palliati, appositis duobus s. rinys. Reliquit filium Orbilium & ipsum grammaticum professorem.

Librum etiam cui est titulus Perialogos ledidit. Legendum videtur, cui est titulus, *αἰτιαλόγος*. Nam *αἴτια* etiam querelam Græcè significat. Senex enim qui ab Aristotele *φιλῶντι* dicitur, ab Horatio querulus nominatur. in V. imp. negligente, non negligenter. legendum fortè negligentes. vel, ut in manuscriptis, negligentia & ambitione. Varrone. Non est in V. imp. neque quod sequitur post, Murena.

DE ATTEIO PHILOGO.

Atteius Philologus libertinus Athenis natus. hunc Capito Atteius iurisconsul. inter

inter grammaticos rhetoricum, inter rhetores grammaticum fuisse ait. De eodem Asinius Pollio in libro quo Sallustij scripta reprehendit, ut nimia priscorum verborum affectatione oblita, ita tradit. In eam rem adiutorium ei fecit maximè quidam Atteius praeextatus nobilis grammaticus Latinus. declamantium deinde adiutor, atque praeceptor ad summam Philologus ab semet nominatus ipse ad Lelium Hermam scripsit. se in Graecis litteris magnum processum habere, & in Latinis nonnullum. Audisse Antonium Gniphonem, eiusque Hermam postea docuisse, praecepisse autem multis & claris ingenibus, in quibus Appio quoque & Pulchro Claudij fratribus. Quorum etiam comes in provincia fuerit. Philologi appellationem assumpsisse videtur, quia sicut Eratosthenes, qui primus hoc cognomen sibi vindicauit, multiplici, variaque doctrina censebatur; quod sanè ex commentarijs eius apparet, quae quam paucissimi extent, de quorum tamen copia sic ad eundem Hermam epistola significat. Hylen nostram alijs memento commendare, quam omnis generis coegimus, uti scis, octingentos in libros. Coluit postea familiarissimè C. Sallustium, & eo defuncto Asinium Pollionem, quos historiam componere aggressos, alterum breuiario rerum omnium Romanarum, ex quibus, quas vellet, eligeret, instruxit; alterum praeceptis

de ratione dicendi. Quo magis miror *Asinium Pollionem* credidisse antiqua eum verba, & figuras solum esse colligere *Sallustio*, cum sibi sciat nil aliud suadere, quam vt noto, civilique, & proprio sermone vtatur, ritetque maximè obscuritatem *Sallustij*, & audaciam in translationibus.

Hunc *Capito Atteius* iuris consul. In V. imp. Hunc *Capito Atteius* natus iurisconsultus. Legendum fortè, notus iurisconsultus. quemadmodum in Vaticano altero scriptum repperi. Inter grammaticos rhetorem. Simile illud de *Hermogene* Rhetore, inter senes puer, inter pueros senex. Declamantium deinde adiutor atque præceptor. In V. imp. verbum, adiutor, non erat, Ego legendum suspicabar, auditor, atque præceptor, vt quos doceret, declamantes audiret. Ipse. Distinguendum hoc loco. Ad *Laelium Herma* scripsit. in V. imp. Ad *L. Herma* scripsit. quod placet. Audisse *Antonium Gniphonem*. Lego ac distingo, Audisse *Antonium Gniphonem*, eiusque *F. Herma*, postea docuisse. Vt sententia sit, usum illū præceptoribus *Gniphone* atque eius filio *Herma*, postea præceptorē aliorum fuisse. In quibus *Appio*. Decesse aliquid videret ad distinctionē *Claudion* fratris.

DE VALERIO CATONE.

Valerius Cato, vt nonnulli tradiderunt,
Burseni cuiusdam libertus ex Gallia,
ipse libello, cui est titulus indignatio, ingenuum
se natum ait, & pupillum relictum, eoque fa-
cilis licentia Syllani temporis exutum patri-
monio, docuit multos, & nobileis, visusque est
peridoneus praeceptor maximè ad poeticam ten-
dentibus, vt quidem apparere vel his versicu-
lis potest,

Cato grammaticus Latina Siren

Qui solus legit, ac facit poetas.

Inscripsit praefer grammaticos libellos etiam
Poemata, ex quibus praecipue probantur Lydia
& Diana.

Lydie Ticide meminit,

Lydia doctorum maxima cura liber.

Diana Cinna,

Secula permaneat nostri Diana Catonis,

Vixit ad extremam senectam, sed in summa
pauperie, & penè inopia, abditus modico Cur-
gustio postquam Thusculana villa creditoribus
cesserat, vt auctor est Bibaculus.

Siquis fortè mei domum Catonis

Depictas minio assulas, & illos

Custodes videt hortulos Priapi,

Miratur quibus ille disciplinis,

Tantam fit sapientiam assecutus,

Quem tres calculi, & selibra farris,

Racemi duo, tegula sub vna
Ad summam propè nutriant senectam.

Et idem rursum,

Catonis modo Galle Thusculanum
Tota creditor vrbe venditabat.

Mirati sumus vnicum magistrum,
Summum Grammaticum, optimum Poetam.

Omnes solvere posse quæstiones,

Vnum difficile expedire nomen.

En cor Zenodoti, en iecur Cratetis.

Visusque est peridoneus præceptor. In V.
imp. ad poetas tendentib. Inscriptis
præter. Legendum videtur, non inscripsit,
sed, idem scripsit, vel conscripsit. *Depi-
ctas minio.* Legendum puto, Et pietas,
propter ordinem. *Et illos Custodes.* Le-
gendum, Custodis. vt ad priapum refe-
ratur. Sape Custos hortorum Priapus à
poetis dicitur. *Quem tres calculi, & selibra
farris.* Versus non stat, nisi durè sibi hia-
tum concurrentium vocalium permise-
rit. Et alieni sunt ab huius loci sententia
calculi. Emendam olim, *Quem tres
culeoli, vel, Quem tres caricula.* Sed
multo probabilius Gabriel Faernus,
Quem tres cauliculi. Tegula sub vna.
Idem ante in Orbilio, Et habitare sub
tegulis quodam scripto fatetur. *Omnes
soluere*

soluere posse. Soluere atque expedire, idem valent in quæstionibus, soluere transfatum est à nodis, quamobrem etiam addidit expedire proprie. namque soluendo qui non erant, neruo illigati domum ducebantur. En iecur Cratetis. Iecur simile liter posuit Pacuius apud Cic. in 1. de diuinat. Nam istis qui linguam auium intelligunt plûsque ex alieno iecore sapiunt, quàm suo, magis audiendû quàm auscultandum censeo.

DE CORNELIO EPICADIO.

C*ornelius Epicadius L. Cornelij Syllæ Dictatoris Libertus, Calatorque sacerdotio augurali, filioque eius Fausto gratissimus fuit. quare nunquam non vtriusque se libertum edidit. Librum autem quem Sylla nouissimum de rebus suis imperfectum reliquerat, ipse suppleuit.*

Q*uare nunquam. In V. imp. Quasi nunquam non. quod idem valet, quod, ferè semper. sed prior lectio etiam probanda, quæ in altero erat manuscripto.*

DE L. TABERIO.

T*aberius Hiera suo Hero emptus de casta, & propter litterarum studium manumissus, docuit inter ceteros Brutum & Cassium. Sunt, qui tradant tanta eum honestate præditum, ut temporibus Syllanis*

prescriptorum liberos gratis, & sine mercede
vlla in disciplinam receperit.

Taberius Hiera. In V. imp. Taberius
hero suo morem emptus. In qua
lectione tantum muro, more. quod po-
situm videri possit, vt à Cic. Moribus, in
Orat. pro Cæcina; Placuit Cæcinæ de
amicorum sententia constituere, quo
die in rem præsentem veniretur, vt de
fundo Cæcina moribus deduceretur. Ac
post, ibi tum Cæcinam postulasse, vt
moribus deductio fieret. In manuscri-
pto altero legitur, Staberius hero suo
Metre emptus de catasta. in altero, Stra-
berius Nemetra empturus. ex quo fa-
ciebam, N. M. C. vt sit nummorū mil-
libus Centum.

DE CVRTIO NICIA.

Curtius Nicia hæsit Cn. Pompeio, & C.
Memmio, sed cum codicillos Memmij ad
Pompeij uxorem de stupro pertulisset, proditus
ab ea Pompeium offendit, domoque ei interdi-
ctum est. fuit & M. Ciceronis familiaris, in
cuius epistola ad Dolabellam hæc de eo legimus,
Omnino mihi literæ magis sunt expetendæ à
te, quàm à me tibi. Nihil enim Roma geri-
tur, quod te putem scire curare, nisi fortè scire
ris, me inter Niciam nostrum, & Vidium
indiscem esse. profert alter opinor; duobus ver-
ficulis

ficulis expensum Nicia, alter Aristarchus hos ἀβελίη. Egotanquam Criticus antiquus iudicaturus sum, Vtrum sim τοῦ ποιητοῦ, ἢ ἀπεβελήμην. Item ad Atticum, De Nicia quod scribis, si ita me haberem, vt eius humanitate frui possem, in primis vellem illum mecum habere, sed mihi solitudo, & recessus provincia est, quod quia ferebat Sicca, eo magis illum desidero. Præterea nostri Nicia nostri imbecillitatem, mollitiem, consuetudinem victus. Cur ego illi molestus esse velim, cum mihi ille iucundus esse non possit? Voluntas tamen eius mihi grata est. Huius de Lucillio libros etiam satyra comprobat.

Curtius Nicia. In V. imp. Hirtius Nicia. Omnino mihi. Pauciora leguntur in V. imp. hæc scilicet, Nihil Romæ geritur, quod te putem scire curare, nisi fortè scire vis, me inter Niciam nostrum, & Vidium iudicem esse. profert alter duobus versiculis, Et quæ sequuntur. Item ad Atticum de Nicia. In V. imp. de Hirtio. Epist. Cic. in xii. ad Atticum cuius initium, scripsit ad me diligenter Sicca. Cur ego illi. Probabiliter etiam in V. imp. Cur ergo illi. Huius de Lucilio libros etiam satyra comprobat. Mendose, opinor, sic legitur. emendabam, Eiusdem

Lucilij libros etiam satyra comprobat. Vel, Huius de Lucilio libros etiam Santra comprobat. Santræ Quintilianus, & Nonius Marcellus in verbo Bacchari, meminerunt.

DE LENAEO.

Eneaus Pompeij Magni libertus, & penè omnium exepeditionum comes, defuncto eo, filiisque eius schola se sustentavit, docuitque in Carinis ad Telluris adem, in qua regione Pompeiorum domus fuerat. Ac tanto amore erga patroni memoriam exitit, vt Sallustium historicum, quòd eum oris improbi, animo inuerecundo scripsisset, acerbissima satyra lacerauerit, *LaStaurum*, & *Lurconem*, & *Nebulonem*, *Popinionem*que appellans. & *vita*. scriptisque monstruosum, præterea priscorum, *Catonis*que verborum ineruditissimum furem. Traditur autem puer adhuc catheris subreptus fugisse in patriam, percepti sique liberalibus disciplinis, pretium domino suo rettulisse. Verùm ob ingenium atque doctrinã gratis manumissus.

Quòd eum oris improbi. V. imp. Quòd eum oris probum. In altero manuscripto, oris probi. Legebam, ore probò, vel, quòd eum ore is probò. illud enim os probum Pompei valde commendatur. *LaStaurum*. Græco verbo. *Præterea priscorum, Catonisque verborum.*
 Probior

Probior lectio v. imp. præterea prisco-
rum Catonis verborum, &c. Pretium do-
mino suo rettulisse. In v. imp. vt in manu-
scriptis, pretium suum rettulisse. Emen-
dabam, pretium sui rettulisse. nam, Do-
mino, addititium videtur.

DE Q. CÆCILIO.

Q Cæcilius Epeirota Tusculi natus liber-
tus Attici Satrij equitis Ro. ad quem
sunt Ciceronis epistolæ, cum filiam patroni nu-
ptam M. Agrippæ doceret, suspectus in ea, &
ob hoc remotus ad Cornelium Gallum se con-
tulit, vixitque vnâ familiarissimè, quod ipsi
Gallo inter grauissima crimina ab Augusto
obijcitur. Post deinde damnationem, mortemq;
Galli scholam aperuit, sed ita vt paucis & tan-
tum adolescentibus præciperet. prætextato ne-
mini, nisi si cuius parenti hoc officium negare
non posset. Primus dicitur Latine ex tempore
disputasse, primusq; Virgilium, & alios poetas
nouos perlegere cepisse, quod etiam Domitiij
Marsi versiculus indicat,

Epeirota tenellorum nutricula vatum.

Attici Satrij. v. imp. Sarti, non Satrij.
Suspectus in ea. Legendum fortè, in
eo. Post deinde damnationem. In v. imp.
postinde, vno verbo, quod accusandi ca-
sum regat. Perlegere cepisse. Lego, præ-
legere,

652 SVETONII TRANO VILLI
legere, non perlegere, vt in manuscri-
ptis erat.

DE VERRIO FLACCO.

Verrius Flaccus libertinus docendi gene-
re maximè inclaruit. nanque ad exerci-
tanda discipulorum ingenia, æqualeis inter se
committere solebat, proposita non solum mate-
ria, quam scriberent, sed & premio, quod vi-
ctor auferret. id erat liber aliquis antiquus,
pulcher, aut rarior, quare ab Augusto quoque
nepotibus eius præceptor electus, transijt in pa-
latium cum tota schola. Verùm vt neque ampli-
us posthac discipulum reciperet. Docuit quæ in
atrio Catiline domus, quæ pars palatij tunc
erat, & sextertia centena in annum accepit.
decessit ætatis exacte sub Tiberio. Statuam
habet Præneste in inferiore fori parte contra
hemicyclum, in quo fastos à se ordinatos, &
marmoreo parieti incisos publicaret.

Verùm vt neque amplius, post. Lego, vt
nequem amplius. In atrio Catiline
domus. Vno in manuscripto, Catulina,
vt Catuli domus fuerit. Fuit enim do-
mus Q. Catuli regione x. in qua pala-
tium. alia eiusdem regione v. Sestertia
centena. In v. imp. centena Sestertia. Sta-
tuam habet Præneste. Mendose scriptum
videtur

videtur Præneſte. Octavius Pantagathus mutabat in, pro Veſtæ. vt ſtatua Verri fuerit ante Veſtæ templum, octaua regione videlicet, in qua forum. Antonius Auguſtinus legebat, pedeftrem. Ego vero faciebam, pura veſte. vt ſtatua Flacci veſte fuerit pura & ſimplici, nullis argumentis. Eodem propè modo eſt in veteri monumento Romæ apud Marianum ciuem Romanum in eovico, qui hodie dicitur Spolia Chriſti:

HVIC SENATVS AVCTORE M.
AVRELLO ANTONINO AVGVST.
ARMENIAC. MEDIC. PARTHIC.
MAXIMO GERM. SARMAT. STATVAM
PONI HABITV CIVILI
IN FORO DIVI TRAIANI PECVNIA
PVBLICA CENSVIT.

Nec tamen repugno, quominus etiam Præneſte legatur. Fieri enim potuit, vt etiam Præneſte, quemadmodum Romæ Verrij ipſius faſti fuerint marmoreo parieti incifi. *Contra hemicyclum.* In v. imp. contra heniculum. Legendum, opinor, contra ſenaculum. Fuit enim eadem regione inter capitoliũ & forum ſenaculum, vbi magiſtratus cum ſenioribus deliberabant. auctor Victor. Id eſt, opinor, ſenaculum aureum. in altero man

654 SVETONII TRANQVILLI
ro manuscripto, hemicyclium. In altero
hemicidium. ac si id factum Prænestæ
accipimus, hemicyclum illic fuisse in-
telligamus. cuius nulla apud Victorem
mentio. In quo fastos à se ordinatos, &
marmoreo parieti incisos. quorum pu-
tantur esse fragmenta, quæ hodièq; vi-
suntur Romæ in Capitolio, muro im-
pressa, eruta è fori ipsius ruinis. *Publica-
ret.* Lego, publicarit, vel publicarat,
Vtrumq; enim cõuenit. vtrumq; aptius,
quàm publicaret.

DE CRASSITIO.

Lucius Crassitius genere Tarentinus, ordi-
nis Libertini, cognomine Pasides, mox
Pansam se transnominavit. Hic initid circa
Scenam versatus est, dum Mimographos ad-
iuuat, deinde in Pergula docuit, donec com-
mentario Smyrna edito ad eum inclaruit, vt hæc
de eo scriberentur,

Vni Crassitio se credere Smyrna probauit,

Desinite indocti coniugio hæc petere.

Soli Crassitio se dixit nubere velle,

Intima cui soli nota sua extiterint.

Sed cum edoceret iam multos, ac nobiles, in his
Iulium Antonium triumviri filium, vt Verrio
quoque Flacco compararetur, dimissa repen-
tè schola, transijt ad Q. Septimij philosophi
sectam.

Ordinis libertini. Ordo conditionem significare videtur hoc loco. vt apud Terentium in Eunucho, Conueni hodie adueniens quēdam mei loci hinc atque ordinis. Aliter Euentius, sed apud me Suetonij pluris est auctoritas. *In pergula docuit. v. imp. percula. pergulā autē pro pulpito videtur accepisse. Intima cui soli nota.* In v. imp. vota, non nota, in eam sententiam. Vota Smyrnæ Crafsitio fuerunt iatima. solus quid sibi vellet Smyrna, Crafsitius intellexit. Intelligit autē opinor, Smyrnam Poema Cinnæ. *Ad Q. Septimij scholā.* In v. imp. Septimi. Atque hic fit fortē Septimius, de quo sæpè Horatius.

DE SCRIBONIO.

Scribonius Aphrodisius Orbiliij seruus, atque discipulus, mox à Scribonia Libonis filia, quæ prior Augusti vxor fuerat, redemptus & manumissus, docuit, quo Verrius, tempore, cuius etiam libros de Orthographia rescriptit, non sine insectatione studiorum, morūque eius.

Cuius etiam libros de Orthographia rescriptit. Damnauit, &, vt docti quidam loquuntur, retractauit. Fuit autem, in quo reprehenditur Verrius, putidiusculus.

DE C. IVLIO HIGINO.

CAius Iulius Higinus Augusti libertus, natione Hispanus (etsi nonnulli Alexandrinum putant, & à Cesare puerum Romam aduectum Alexandria capta) studiose, & auidè imitatus est Cornelium Alexandrum grammaticum Græcum quem propter antiquitatis notitiam Polyhistorum multi, quidam historiam vocabant. Præfuit Palatine bibliotheca, nec eo secius plurimos docuit, fuitq; familiarissimus Ouidio poeta, & C. Licinio consulari historico, qui eum admodum pauperem decessisse tradit, & liberalitate sua, quoad vixit sustentatum. Huius libertus fuit Iulius Modestus in studijs, atq; doctrina vestigia patroni secutus.

ET à Cesare puerum Romam aduectum. In v. imp. adductum, nō aduectum. Auidè imitatus. In v. imp. non auidè, sed audiit. Legendum forte. studiose audiit, & imitatus est Cornelium Alexandrinum. In studijs, atq; doctrina. Legendum forte, In studiisque doctrinæ.

DE C. MELISSO.

CAius Melissus Spoletò natus, ingenuus, sed ob discordiam parentum expositus, cura & industria educatoris sui altiora studia percepit, ac Meecenati pro Grammatico muneri datus est, cui cum se gratum, & acceptum
in mod.

in modum amici videret, quanquam afferente matre, permansit tamen in statu seruitutis, presentemque conditionem verae origini anteposuit. Quare citò manumissus Augusto, & insinuatus est, quod eleganter curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviae porticu suscepit, atque, ut ipse tradit, sexagesimum aetatis annum agens libellos ineptiarum, qui nunc iocorum scribuntur, componere instituit, absoluitque centum & quinquaginta, quibus & alios diversos postea addidit. fecit & nouum genus togatarum, inscripsitq; trabeatas.

Quare citò manumissus Augusto. Distinguo, ac lego, Quare citò manumissus, Augusto etiam insinuatus est. Quod eleganter curam. Omnino legendū, Quo delegante curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviae porticu suscepit. Suetonius idem in Cæsaris dictatoris vita eodem verbo, & eodem in genere est usus, Quos omnes libellos vetuit August. publicari in ea epistola, quam breuem admodum ac simplicem ad Pompeium Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegauerat, misit. *Qui nunc iocorum scribuntur.* In v. imp. locorum, non iocorum, sed illud, oppinor, rectius. *Inscripsitq; trabeatas.* In v. imp. trachatas, non trabeatas. legendum fortè, brachatas.

brachatas. Sed illud probabilius, itaq;
erat in manuscriptis.

DE M. POMONIO

Marcello.

MArcus Pomponius Marcellus sermo-
nis Latini exactor modestissimus, in
advocatione quadam (nam interdum & caus-
sas agebat) solæcismum ab adversario factum
vsque adeo arguere perseveravit, quoad Cas-
sius Severus interpellatis iudicibus dilationem
petiit, ut litigator suus alium Grammaticum
adhiberet, quando non putat is cum adversario
de iure, sed sibi de solæcismo controversiam fu-
turam. Hic idem cum ex oratione Tiberium re-
prehendisset, affirmante Atteio Capitone, &
esse illud Latinum, & si non esset, futurum
certè. Iam inde mentitur, inquit, Capito. Tu e-
nim Caesar civitate dare potes hominibus, ver-
ba non potes. Pugilem olim fuisse Asinius
Gallus hoc in eum epigrammate ostendit.

Qui caput ad leuam didicit,

Glossemata nobis præcipit,

Os nullum vel potius pugilis.

EXactor modestissimus. Lego, mole-
stissimus, non modestissimus. ut est
in manuscriptis. Quo ad. In v. imp. quod.
illud rectius. Quando non putat is cum ad-
versario, sed sibi de solæcismo. Distinctio at-
que ordo concinnior in v. imp. Cum ad-
uersar

uersario de iure sibi, sed & cetera. *Tam inde mentitur.* In v. imp. non est, inde, verbum. *Tu enim Caesar ciuitatem dare potes hominibus, verba non potes.* Argute Gabriel Faernus, verba mutabat in, verbis. dare Ciuitatem, eodem modo dixit in x. epist. Plin. Quare rogo des ei ciuitatem Romanam. *Qui caput ad laeuam didicit.* Versus elegiaci sunt, *Qui caput ad laeuam didicit, glossemata nobis Praecipit, os nullum, vel potius pugilis.* Itaque hos versus repraesentare videtur v. imp. & manuscriptus. sed pro, caput, legebam, capere, vt pugilum ac luctatorum *αβας* & *αιτιαβας* significet. Glossemata vocabant verba exquisita, neque vulgo nota, aut etiam vetusta. de quibus Quintilianus in i. protinus enim potest interpretationem linguae secretioris, quas Graeci *γλῶσσας* vocant. Atque alibi, circa glossemata etiam, id est, voces minus vsitatae non vltima eius professionis diligentia est. Ex quibus intelligimus Grammatici operis ac muneris fuisse glossas praecipere atque interpretari. Et Placidus Grammaticus glossas interpretari atque accipere sic videtur. *Os nullum vel potius pugilis.* Os nullum, nullo pudore adfici significat. Os pugilis, durum os significat.

Rhemmius Palemon, Veicetinus, mulieris
 verna primò, vt ferunt, Textrinum,
 deinde Herilem filium dum comitatur in scho-
 las, litteras didicit. Postea manumissus, docuit
 Romæ, ac principem locum inter Grammaticos
 tenuit, quanquam infamis omnibus vitijs, pa-
 lámque & Tiberio, & mox Claudio prædi-
 cantibus, nemini minus institutionem puero-
 rum vel iuuenum committendam. Sed capie-
 bat homines cùm memoria rerum, tum facili-
 tate sermonis, nec non etiam poemata faciebat
 ex tempore. Scripsit ex varijs, nec vulgaribus
 metris. Arrogantia fuit tanta, vt M. Varro-
 nem Porcum appellaret, secum & natas, &
 morituras litteras iactaret. Nomen suum in
 Bucolicis non temerè positum, sed presagiente
 Vergilio fore quandoque omnium poetarum, ac
 poematum Palemonem iudicem. Gloriabatur
 etiam latrones quondam sibi propter nominis
 celebritatem parsisse. Luxurie ita indulgit, vt
 sæpius in die lauaretur, nec sufficeret sumptib.
 quanquam ex schola quadragena annua cape-
 ret. ac non multò minus ex re familiari, cuius
 diligentissimus erat, cùm & officinas promer-
 calium vestium exerceret, & agros adèò cole-
 ret, vt vitem manu eius institutam satis con-
 stet CCC. LXV. vasa edidisse, sed maximè fla-
 grabat

grabat libidinibus in mulieres vsq; ad infamiam oris: dictoq; non infaceto notatum, ferunt cuiusdam, qui cum in turba osculum sibi ingerentem quam refugiens deuitare non posset, Vis tu, inquit, magister, quotiens festinantem aliquem vides, abligurire?

Scribendum puto Rēmius, non Remnius. in veteri enim monumēto, quod apud me est, M. REMMIUS. M. L. PHILER. POMPEIA. O. L. PRIMA SEX. POMPEIUS. O. L. STATIVS. Rhemius Palæmon Vicetinus. *Mulieris ver-na primo. V. imp. mulieris verna. primo. Quod placet. Primo, vt ferunt textrinum, Vel legendum, textrinam, vel faciendū, tetricis. illud probabilius. Facilitate sermonis.* Sic Cic. in Bruto Curionem laudat, quod facile dicebat. Nec non etiam poemata faciebat extempore. *Scriptis ex varijs, nec vulgarib. metris.* legendum puto, scripsit ea varijs, nec vulgarib. metris Metro enim scribuntur poemata, id est, hoc, vel illo genere & numero. Sic Martialis in 1111. loquitur, Cūm sis improbius Massiliane, Quā qui compositos metro Tibulli In stellæ recitat domo libellos. *Sed prasagiente Vergilio fore quandoque.* Legi etiam commodè possit, scilicet, pro, sed. *Quadragesima annua caperet.*

In V. imp. quadringena, nō quadragenā. Usque ad infamiam oris. Legō, vsque ad infamiam orationis. Sic etiam Cicero opinor orationem accepit. Ita enim legendum, etiam illa quæ sequuntur, prope declarant, Dictōque non infaceto.

DE MARCO VALERIO PROBO.

Marcus Valerius Probus Berrytius diu centuriatum petijt, donec tædio ad studia se contulit. Legerat in prouincia quosdam veteres libellos apud grammaticam, durante adhuc ibi antiquorum memoria, nec dum omnino abolita, sicut Romæ. Hos cum diligentius repetere, atque alios deinceps cognoscere cuperet, quamuis se contemni, magisque opprobrio legentibus, quam gloriæ & fructui esse animaduverteret, nihilominus in proposito mansit, multaq; exemplaria contracta emendare, ac distinguere, & adnotare curauit, soli huic, nec ulli præterea Grammatices parti deditus. Hic non tam discipulos, quam sectatores aliquot habuit: nunquam enim ita docuit, vt magistri personam sustineret. Vnum vel alterum, vel, cum plurimos, treis, aut quatuor pomeridianis horis admittere solebat, cubansque inter longos, ac vulgares sermones legeret quedam, idque perarō. nimis pauca, & exigua de quibusdam minutis quæstionculis edidit.

dit. Reliquit autem non mediocrem sylvam observationum sermonis antiqui.

Berrytius. In V. imp. Berritius per. i. latinum. *Quamuis se contemni.* In V. imp. Omnes contemni, vt ad veteres libellos referatur. *Opprobrio.* In V. imp. obprobrio, veteri more scriptum. *Aut quatuor pomeridianis Loris.* Veteri more etiam scriptum in eodem, & vtroque manuscripto. *Aut quattuor postmeridianis hōris. Idque perrare.* Distinguendum hoc loco, vt dein sequantur, nimis pauca & exigua &c.

T 4

SVE



SVETONII
TRANQVILLI DE
CLARIS RHETORI-
BVS LIBER.



RHETORICA quoq; apud nos perinde atq; Grammatica ferè recepta est, paulò etiam difficilius. Quippe quam constet nonnunquam etiam prohibitam exerceri, quod necui dubium sit, vetus item Censorium edictum subijciam. Fannio Strabone, M. Valerio Messala Consulibus, M. Pomponius praetor Senatum consuluit: quòd verba facta sunt de philosophis, & Rhetoribus, S. Cons. de ea re ita censuerunt, vt M. Pomp. praetor animadverteret, curaretq; vt si ei è Rep. fidèq; sua videretur, vti Romæ ne essent. De iisdem interiecto tempore C. Domitius Aenobarbus L. Licinius Crassus Censores ita edixerunt, Renuntiatum est nobis, esse homines, qui nouum genus disciplinae instituerunt, ad quos iuuentus in ludos conueniat, eos sibi nomen imposuisse

Lati

Latinos rhetoras. Ibi homines adolescentulos totos dies desidere. Maiores nostri quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, instituerunt. Hæc noua quæ præter consuetudinem, ac morem maiorum fiunt, neq; placent, neque recta videntur. Quapropter & ijs, qui eos ludos habent, & ijs, qui eò venire consueuerunt, videtur faciendum, vt ostendamus nostram sententiam, nobis non placere. Paulatim & ipsa utilis, honesta q; apparuit, multiq; eam presidij causa, & gloria appetiuerunt. Cicero ad præturam vsque Græcè declamauit, Latinè verò senior queq; & quidem Consulibus Hircio & Pansa, quos discipulos, & grandeis prætextatos vocabat. Cn. Pompeium quidam historici tradiderunt sub ipsum ciuile bellum, quo facilius C. Curioni promptissimo iuueni causam Cæsaris defendenti contradiceret, repuisse declamandi consuetudinem. M. Antonium, item Augustum ne Mutinensi quidem bello omisisse. Nero Cæsar, & primo imperij anno, publicè quoque bis antea declamauit. pleriq; autem oratorum etiam declamationes ediderunt. Quare magno studio hominibus iniecto, magna etiam professorum, ac doctorum profuxit copia, adeoq; floruit, vt nonnulli ex infima fortuna in ordinem Senatorium, atque ad summos honores processerint. Sed ratio docendi nec vna omnibus, nec singulis eadem

semper fuit, quando vario modo quisque discipulos exercuerunt. nam & dicta preclare per omnes figuras, per casus, & apologos aliter, atque aliter exponere, & narrationes tum breuiter, & prorsus, tum latius & vberius explicare consueuerant. Interdum Græcorum scripta conuertere ac viros illustres laudare, vel vituperare. Quædam etiam ad usum communis vitæ instituta, dum vtilia, & necessaria, dum pernicioosa, & superuacanea ostendere. Sæpe fabulis fidem firmare, aut demere, quod genus *θροισ*, & *ἀνακρίσις*, & *ὑποκρίσις* Græci vocant, donec sensim hæc exoleuerunt, & ad controversiam ventum est. veteres controuersie, aut ex historijs trahebantur, sicut sanè nonnullæ vsque adhuc, aut ex veritate, ac re, si qua fortè recens accidisset. Itaque locorum etiam appellationibus adiectis proponi solebant. Sic certè collectæ, editæque se habent, ex quibus non alienum fuerit vnâ, & alteram exempli causa ad verbum referre. Aestiuo tempore adoluscentes urbani cum Hostiam venissent, litus ingressi, piscatores trahentes rete adierunt, & pepigerunt, bolum quanti emerint, nummos soluerunt, diu expectauerunt, dum retia extraherentur, aliquando extractis, piscis nullus infuit, sed sporta auri obsuta. tum emptores bolum suum aiunt, piscatores suum. Venalicij cum Brundusij gregem venalium è

navi educerent, formoso, & pretioso puero, quod portitores verebantur, Bullam, & Prætextam togam imposuere, facile fallaciam celarunt. Romam venit, res cognita est, petitur puer, quod domini voluntate fuerit liber in libertate. Olim autem eas appellationes Græci οὐλύξαις vocabant. Mox controuersias quidam, sed aut fictas aut iudiciales. Illustres professores, & quorum memoria aliqua extet, non temere alijs reperientur, quàm de quibus tradam.

F Annio Strabone. Initium edicti. Quod verba facta sunt. Hæc singularib. litteris scribebant, utpote sollempnia. ut illa, de ea re ita censuerunt. S. Conf. de ea re ita. In V. Imp. non erat, S. Conf. Nec fere ponitur, ut opinor, in edictis ac senatusconsultis. aut ponendum tantum, conf. vel potius, cens. ut sit, consules, vel censes. Eiusmodi multa sunt edicta, & senatusconsultâ apud Cic. in viij. epist. ad Cælium. Apud Gellium in iij. Apud Frontinum de aquæductibus. *Vti Reme ne essent. Ne, pro, non, antiquo morte. De uslem.* In V. imp. de eisdem in veterib. monumentis semper, isdem. Ita edixerunt. in manuscripto altero, item edixerunt. *Renuntiatum est nobis.* Referre, verba facere, nuntiare, & renuntiare sollempnia verba sunt in hoc genere. Nuntia-

re verbum est apud Gelliū in iiij. cap. vi.
Ad quos iuuentus. Magis, opinor, ē veterum consuetudine in V. imp. iuuentus ad quos. *In ludos.* In manuscripto, in ludum. quod placet. *Eos sibi nomen imposuisse Latinos rhetoras.* In V. imp. Eos sibi nomen imposuisse Latine scilicet rhetoras. lego ego, haud Latine scilicet, rhetoras. vel potius, haud Latine tantum, ne in edicto verbum, rhetoras, fuisse intelligamus, quod esse id cōtra consuetudinem atque auctoritatem senatus videretur. tamen in superiore, edicto philosophos & rhetoras positos legamus. *Et quos in ludos itare.* In V. imp. intrare. *Consueuerunt.* in V. imp. Consueuerunt. *Nobis non placere.* Hac verba sententiæ sollempnia, vt illa, Senatui populōque placere. *Appetuerūt.* in V. imp. Appetuere. *Et quidem consulib. Hircio & Pansa,* quos discipulos, & grandis prætextatos vocabat Melius V. imp. Et quidem cum consulib. Hircio & Pansa. quos discipulos, & grandis prætextatos vocabat. Cum illis enim se se exercebat. *Nero Caesar & primo imperij anno.* in V. imp. non erat, &. *Profluxit.* In V. imp. profluit. *Floruit.* In eodem, fluit. sed vtrunque vitio, vt videtur. *Per figuras.* $\nu\lambda\lambda\alpha\sigma\chi\acute{\iota}\mu\alpha\lambda\lambda\alpha$, ac fortasse figuratas intelligit contro-
 uersias,

uersas. de quib. Quintilianus in ix. quarum cum triplex genus esse dicat, primum frequens in scholis esse tradit. *Per casus.* Euentus. vt quid quoque casu dicendum. vel casum intelligit, de quo Quintilianus in V. Casus autem, inquit, qui & ipse præstat argumentis locum, sine dubio est ex insequentib. Et quæ sequuntur. *Tum breuiter.* In V. imp. cum breuiter. *Consueuerant.* in eod. consueuerat. *Tum utilia & necessaria, dum pernicioosa & superuacanea.* Id est, qua utilia, qua pernicioosa. *Donec sensim hæc exoluerunt.* Hæc progymnasmata. in V. imp. scriptum, exsoluerunt. à Verbo soleo. *Locorum etiam appellationib. adiectis.* Vt iam propè fierent *in uerbis.* sed in V. imp. additis, non adiectis. *Adierunt.* V. imp. Adiere. & statim etiam, pepigere. ac post, nūmos soluere. *Infuit.* V. imp. Adfuit. In altero manuscripto, adfuit, in altero, infuit. *Sed sporta auri.* In eodem, porta auri. in manuscriptis, sporta. *Quod domini voluntate fuerit liber in libertate.* Verbis, opinor, utitur è veteri consuetudine petitis, fuisse liberum in libertate. *Mox controuersias.* Quarum sunt exēpla apud Senecam & Quintilianum seniores.

Lvcius Plotius Gallus, de hoc Cicero in epistola ad M. Ticinnum sic refert, Equidem memoria teneo pueris nobis primùm Latinè docere cœpisse L. Plotium quendam, ad quem cum fieret concursus, quòd studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. Continebar autem doctissimorum hominum auctoritate, qui existimabant Græcis exercitationibus aliè melius ingenia posse. Hunc eundem (nam diutissimè vixit) M. Cœlius in oratione, quam pro se de vi habuit, significabat dictasse à Cratino accusatori sua actionem, subtractatòque nomine ordearium eum rhetorem appellat, deridens vt inflatum, ac leuem, & sordidum.

Plotij rhetoris meminit Varro, vt adducit Nonius Marcellus in verbo Bubulcitare. Et Hieronymus in chronicis Eusebij, Plotius, inquit, Gallus primus Romæ Latinā rhetoricam docuit, de quo Cic. sic refert, Memoria teneo primùm Latinè docere cœpisse Plotium quendam. *L. Plotius Gallus de hoc.* Titulum opinor capiti præposuerat Suetonius, *L. Plotius Gallus.* cui attexuit cōsequentia. credo ego eodem versu & contextu titulos poni solitos, vt in epistolis etiam solebant eorū, ad quos scribebant nomina ponere.

ponere. *Ad M. Ticinnium.* Legendum fortè ad M. Licinium. vel potius, vt in manuscripto erat, Ticinnium. *Dictasse à Cratino.* In v. imp. Atratio, vnico verbo, & dandi casu, quod placet, itaque erat in manuscriptis. *Ordearium eum rhetorem appellat, deridens vt inflatum ac leuem, & sordidum.* In v. imp. Ordinarium, non, Ordearium, atque ita in manuscripto altero. at in altero, hordeam eum rhetorè, sed quod impressum, rectius. illud corruptum ex hordiario: in antiquissimis enim monumentis sementes & messes hordiariæ.

DE L. OTACILIO PILITO.

Lucius Otacilius Pilitus scriuisse dicitur, atq; etiam hostiarius veteri more in catena fuisse, donec ob ingenium, ac studium litterarum manumissus, accusanti patrono subscripsit: deinde rhetoricam professus Cn. Pomp. Magnam docuit, patris eius res gestas, nec minus ipsius compluribus libris exposuit, primus omnium Libertinorum, vt Cornelius Nepos opinatur, scribere hictoriam orsus, non nisi ab honestissimo quoq; scribi solitam.

Lotacilius Pilitus. In V. Imp. pilutus. Litæque, in manuscriptis. *Accusanti patrono subscripsit.* Legendum fortè, accusanti

fanti patrono suo scripsit. quod multi alij
 factitarunt rhetores, ipsi foro abstinentes,
 aliis orationes scripserunt. quamobrem à
 patrono sit ille manumissus. sin illo modo
 malumus, subscriptorem intelligamus. Sunt
 autem subscriptores, vt iureconsulti definiunt,
 qui se accusationi, eius qui rei nomen detulerat,
 subscribunt. *Scribere historiam orsus, non nisi
 ab honestissimo quoque scribi solitam.* In V.
 imp. verbum scribi, non erat. quæ lectio
 etiam probanda.

DE EPIDIO.

Ad id tempus Epidius calumnia notatus
 ludum docendi aperuit, docuitq; inter
 ceteros M. Antonium, & Augustum, quibus
 quondam C. Caninius obijcientibus sibi, quod
 in Rep. administranda potissimum Consularis
 Isaurici sectam sequeretur, malle respondit,
 Isaurici esse discipulū, quàm Epidij calumniatoris.
 Hic Epidius ortum se ab Epidio Nuncio
 predicabat, quem ferunt olim precipitū
 in fontē fluminis Sarni, paulopost cum cornibus
 extitisse, ac statim non comparuisse, in
 numeroq; deorum habitum.

In V. imp. nouum ac distinctum caput,
 vt esse omnino debet. sed fefellit eos,
 qui confudere, & veterum scribendi ratio,
 de qua ante, & quod Suetonius, cum
 dicat,

dicat, Ad id tempus, vtrunque simul videatur cōtexere. *Epidij*. In V. imp. *Epidi*, more veterum scriptum. *Fluminis Sarni*. In V. imp. *Scarni*. sed vitio opinor.

DE SEXTO CLODIO.

Sextus Clodius è Sicilia latina simul, græcæq; eloquentiæ professor, malè oculatus, & dicax par oculorum. In amicitia M. Antonij triumviri extitisse se aiebat. eiusdem uxorem Fulviam, cui altera bucca inflatior erat, acumen Stili tentare dixit. nec eò minùs, immò vel magis ob hoc Antonio gratus. A quo mox consule ingens etiam congiarium accepit, vt ei in Philippicis Cicero obiicit. Tibi & ioci causa magistrum suffragio tuo, & competitorum tuorum Rhetorem, concessisti, vt in quem vellet, diceret, falsum omnino hominem, sed materia facilis & in tuos dicere. At quanta merces Rhetori est data, audite, audite, P. C. & cognoscite Reip. vulnera. duo millia iugerum campi Leontini Sexto Clodio rhetori assignasti, & quidem immuni, vt tanta mercede nihil sapere disceres.

Malè oculatus & dicax par oculorum. In amicitia M. Antonij triumviri extitisse se aiebat. In V. imp. Malè oculatus & dicax, par oculorum in amicitia M. Antonij extricte se aiebat, itaque erat in vtroque manuscripto. In quibus ver-

v bis muta

bis mutabam tantummodo extricte, in extricte, idest, extriuisse, quod est consumpsisse, ac disperdidisse à verbo extero. Sic etiam Catullus, tristi, pro triuisti dixit. Itaque se libidine & lustris cum Antonio socio & conscelerato perdidisse oculos significat, & Antonium sic notat. *Cui altera bucca inflatior erat, acumen stili tentare dixit.* Stilo enim medici inflationes fodicabant. qua re cognita iocus apparet. Aciem tentare sic idem dixit in vita Neronis Cæs. Duos pugiones, quos secum attulerat, arripuit, tentataque vtriusque acie, rursus condidit. *Tibi & ioci.* Credo apud Ciceronem esse, *Ibi, sed videndus locus. Sed materia facilis & in tuos.* Lege, sed materia facilis in te & in tuos.

DE C. ALBVTIO SILO.

CAius Albutius Silus Nouariensis, cum adilitate in patria fungeretur, cum forte ius diceret, ab ijs, contra quos pronuntiabat, pedibus è tribunali detractus est, quod indignè ferens, statim contendit ad portam, & inde Romam, receptusque in Planci oratoris contubernium, cui declamatorio mos erat prius aliquem, qui antè diceret, excitare, suscepit eas partes, actaque ita impleuit, vt Planco silentium imponeret, non audenti in comparationem se dimis

se dimittere. Sed ex eo clarus propria auditoria instituit. solitus proposita controversia sedens in opere & calore demum prouectus consurgere, ac perorare, declamare, aut gemere vario modo splendide atque adornate. Tum ne vsquequaque scholasticus existimaretur, circuncise, ac sordide, & tantummodo trivialibus verbis. Egit & causas, verum rarius, dum amplissimam quanque seletatur. nec alium in vlla locum quam perorandi: postea renuntiavit foro partim pudore, partim metu. Nam cum in lite quadam centumvirali aduersario, quem vt impiam erga parentes incessibat, iusiurandum quasi per figuram sic obtulisset, Iura per patris, matrisque cineres, qui inconditi iacent, & alia in hunc modum, arripiente eo condicionem, nec iudicibus aspernantibus, non sine magna sui inuidia negotium afflixit. Et rursus in cognitione cædis Mediolani apud L. Pisonem proconsulem defendens reum, cum cohiberent lictores nimias laudantium voces, ita excaudisset, vt & deplorado Italia statu, quasi iterum in formam provincie redigeretur. M. insuper Brutum, cuius statua in cõspectu erat, inuocaret legum, ac libertatis auctorem, & vindicem, penè poenas luit. Iam autem senior ob vitium vomice Nouariam redijt, cõuocatæque plebe causis propter quas mori destinasset, diu ac more contionatis redditis, abstinuit cibe.

Contubernium. Scribi etiam potest, Contubernium. namque in veteri monumento Romæ in hortis Albertinis, CONTIBERNALI. *Actaque ista impleuit.* V. Imp. atque ira impleuit. quod placet. vel illo modo, itaque impleuit. *Solitus proposita controuersia sedens in opere & calore demum prouectus consurgere.* Rectè hunc Gabriel Faernus locum distinguebat. ac restituebat, solitus proposita controuersia sedens incipere, & calore demum prouectus consurgere. *Gemere.* indignans scilicet. *Nec alium in vlla locum, quam perorandi.* Legi etiam fortasse possit, nec alio in illa loco. *Quasi per figuram.* Dixit antè in proemio, per omnes figuras. vel per figuram, *ὡς ἐν τύπῳ.* *Negotium adflixit.* Causam perdidit. In cognitione cædis, in iudicio. *More contionantis.* Contionem habentis, verba facientis.

Desse huic libro multum intellegi potest ex cætalogo rhetorum eorum, qui principio & triusque manuscripti libri legitur. namque præter superiorum nomina, hæc etiam leguntur,

L. Cæstius Pius

M. Porcius Latro

Q. Curtius Rufus

L. Valerius Primanus

Vergilius Flauus

L. Statius Vrsulus

P. Clodius Quirinalis

M. Antonius Liberalis

Sex. Iulius Gabinianus

M. Fabius Quintilianus

Iul. Tiro.

CASSIJ Parmensis versus qui sequuntur in Bruttiiis inuentos, quos inde mihi Sextorius Quadrimanus iuuenis doctrina moribusque elegantissimis curauit, auctarrij loco damus, ne pereant scilicet: dignissimi enim Cassio visi sunt, cuius Horatius, Plinius, ceterique meminerunt.

CASSII PARMENSIS ORPHEVS.

ARGUTA primùm cum plectra parentis
& auro

Distinctam sumpsit citharã Rhodopeius heros.

Ridebant segnes pulsus, digitosque micantes

Serius, & chordis indocta dissona vocis.

Mox pudor exardens, & gloria dulcis honesti

Lusibus auertit puerilibus, omnis & illuc

Perditus incumbens Muse pallebat amore.

Et nunc maternis inhiat, nunc ille paternis

Cantibus, hinc illinc discens dependet vtrinque.

Nulla Venus faciem cepit mentita dolosis

Compedibus. somni fuerat, parcusque Lyæi

Donec ridiculus dudum, modulamine silvas
 Euulsosque suis scopulos radicibus egit.

Ausus & ire viam viuentibus inconcessam,
 Pœnarum oblitos demulsit carmine manes.

Non leuis ascensus, si quis petit ardua, sudor
 Plurimus hunc tollit, nocturno ex somnis oliuo
 Immoritur, delet quod mox laudauerat in se,
 Qui cupit aeterna donari frondis honore.

FINIS.

LOCA

LOCA SVETONII
PER ERASMV M RE-
STITVTA.

ERASMV S ROTER.⁷ CAN-
DIDO LECTO-
RI S. D.



VVM hanc editionem iam ad-
ornassem, commodum allatus
est Suetonius, Aldinis typis
excusus, sed emendatus ope-
ra Baptiste Egnatij, viri cum
primis tum integri, tum eruditi: nam utrunq;
iuxta requirendum arbitror in eo qui veterum
lucubrationes emendandas, aut explicandas
suscipit. Equidem Aldi mei mortem, hoc fero
moderatus, quod in hanc restituendi bonos
autores provinciam is successerit, qui demor-
tui per se clari gloriam obscuret, si tamen hoc
est obscurare, virtute virtutem vincere. Atque
utinam ut Suetonium, Aurelium Victorem,
& Eutropium dedit, id idem & Aclium
Spartianum, ceterosque huic adiunctos nobis
dedisset, in quibus nos permulta restituimus.
Nam omnia quae poteram, nisi codicum anti-
quorum auxilio adiutus? Tametsi & in Tran-
quillo nonnulla restituimus, quae Egnatium
licet oculatissimum suffugerant. Velut in Ca-

sare Dictatore, Cap. 17.

Eodem modo Nonium Quæstorem, quòd compellari apud se maiorem potestatem passus esset. *Modo, expūximus ex fide vetustissimi codicis. Siquidem eodem, hęc aduerbium est. vt subaudiās coniecit. Sunt hoc genus & alia nonnulla, sed minutiora, quàm vt operapretium sit sigillatim recensere. Ceterum quod in Othone Egnatius legendum putat, Τὶ γὰρ μοι δὲ ἰσχυροῖς τοῖς μακροῖς ἀόλοῖς ἀόλοῦ;* ab illo dissentio, quòd hec ferè verba Beroaldus aberudito quodam admonitus ex Dione huc transtulerit. Neq; variant hęc que viderim exemplaria. Tantum in nonnullis pro ἀόλοῖς vitiatum erat ἀόλοῖς. Legendum igitur haud dubiè, Τὶ γὰρ μοι ἢ μακροῖς ἀόλοῖς? id est, quid mihi cum longis tibijs? Qua de re copiosius nobis dictum est in Adagiorum Chiliadibus. In Caligula pro, nec dicendi finem factum, restitueramus ex exemplari peruetusto, nec licendi finem factum: etiamsi post comperi locum hunc à Budeo nostro correctum in Assè. Hoc admonere visum est, quòd plus ponderis habeat Budeana castigatio, quanquam ea nullius vetusti codicis præferatur autoritatem. Porro quod in Augusto legitur, Δότε ἡγόρον, ἢ πᾶσις ὑμῶν μὲν ἡχοῦσιν τὶ ποιεῖτε. Id est, date plausum, & omnes vos cum gaudio quippiam facite. In quo

Egn

& Egnatius hallucinatus est: ego, ni fallor,
 & vnus & primus restitui, idque ex quali-
 buscunque vestigijs antiquissimi codicis. Le-
 gendum igitur ad hunc modum: Δότε κρότον,
 καὶ πάντες ὑμῶν μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε. Id
 est, Date plausum, & vos omnes cum gau-
 dio plaudite. Est enim versus Trochaicus.
 Præcesserat autem in exemplari nostro &
 alter huic similis Trochaicus, aut certè hemi-
 stichion, sed figuris elementorum adedè depra-
 uatis, vt quid scriptum esset, non quiuerimus
 conijcere. Iam quod est in Vespasiano, ὦ λάχης
 λάχης, ὅτ' αὖ ἀποθανῆς, αὐθις ἔξ ὑπαρχῆς εἰρή-
 σῃ Κύρυλος. Si quid suffragarentur exempla-
 ria, lubens legerim ad hunc modum, ὦ λάχης
 λάχης, ὅτ' αὖ δ' ἀποθανῆς, αὐθις ἔοσι Κύρυ-
 λος. Id est, O Laches, Laches, At vbi mor-
 tuus fueris, rursus eris Cerylus. vt ὦ λάχης λά-
 χης, sit clausula prioris carminis, cui succedit
 integer Iambicus trimeter: tametsi hac de re
 nolim cōtendere. Ceterum de nummorum ana-
 logia, si quid à Budæo dissentit Egnatius,
 Portium suum secutus, quod nobis nec otium
 suppetebat, nec ad hunc laborem propriè per-
 tinebat, non fuit studium excutere. Addidi-
 mus autem indicem, quo potissimum annota-
 uimus, si quid nouè, præterque superiorum au-
 torum consuetudinem, aut si quid etiam Gre-

682 LOCA SVET. RESTIT. PER BRAS.
ganicè dictum est, ne nihil sit lucri, quod le-
ctorem ad emendum inuiset. Nec hoc ta-
men solum accedet, quin & quicquid adie-
cit Egnatius, hic habes, & præterea
nonnulla, quæ nos soli etiam re-
stituimus. Bene vale cha-
rissime lector, & his-
ce nostris labori-
bus feliciter
fruere.

*

A N . M . D . X V I I .

A N N O T

A N N O T A T A I N
S V E T O N I V M P E R
E R A S M V M.

A Bdicat se magistratu. Claud. Caesar. ca- pise	29
Abhorret, pro exhorret. cap.	4
Ablocare, pro alteri locare, siue locationem sol- uere. Vitel. cap.	7
Abortiuini, qui aborsu nati sunt. Cas. August. cap.	35
Absimilis, pro dissimilis. Otho. cap.	I
Abstinuit praefari, cum infinito. Tyber. Cas. cap.	23
Abunde, pro satis. Cas. Dict. cap.	86
Abvno, pro à quodam. Cas. Dict. cap.	32
Abutendum se permisit. Galb. cap.	14
Accessio morbi, pro $\omega\alpha\rho\sigma\upsilon\sigma\mu\acute{o}\varsigma$, Vespasia- nus Augustus. cap.	23
Actuarij ab actis. Cas. Dict. cap.	55
Actui rerum, pro agendis rebus. Cas. Aug. cap.	23
Actus rerum pro actione causarum. Claud. Cas. cap.	22
Idem, Nero. cap.	17
Ad, pro apud. Nero. cap.	2
Addormiscere $\epsilon\pi\iota\kappa\epsilon\iota\mu\acute{\alpha}\sigma\theta\alpha\iota$. Claud. Caesar. cap.	8
Adhibere modum. Claud. Cal.	2
Adm	

ANNOT. PER ERAS.

<i>Ad mensus est, pro dedit. Cas. Aug. cap.</i>	41
<i>Ad remum dare. Cas. Aug.</i>	16
<i>Ad similes. Nero. cap.</i>	I
<i>Ad terram dedit, pro abiicit. Cesar. August.</i>	
cap.	96
<i>Aduenere litera, pro allata sunt. Vesp. Aug.</i>	
cap.	7
<i>Adulterare, pro adulterio stuprare. Cesar. Aug.</i>	
cap.	67
<i>Adulterata, pro adulterio stuprata. Cas. Dict.</i>	
cap.	48
<i>Aequiparare, pro equare. Cesar. Augustus.</i>	
cap.	94
<i>Idem, Nero. cap.</i>	53
<i>Aestiuare. Gal. cap.</i>	4
<i>Idem, Vesp. Aug. cap.</i>	24
<i>Aetate parui, pro minores. Aug. Cas. cap.</i>	48
<i>Aequè quàm, pro aequè atque. Cas. August.</i>	
cap.	64
<i>Affectus est illi, pro erga illum. Tyber. Cesar.</i>	
cap.	52
<i>Afflixit, pro vexauit. Tyb. Cas. cap.</i>	51
<i>Affinitas, pro propinquitas. Nero. cap.</i>	35
<i>Agente, pro degente. Vesp. Aug. cap.</i>	23
<i>Agere secretum, pro solum esse. Tyber. Cesar.</i>	
cap.	60
<i>Album Citharædorum. Nero. cap.</i>	21
<i>Album iudicum. Claud. Cas. cap.</i>	16
<i>Idem, Domit. cap.</i>	I

IN SVET. TRANQ.

<i>Alea rumor</i> , pro rumore de alea, & <i>Aleam</i> ipsum lusum genus dicit. <i>Cesar. Aug. cap.</i>	71
<i>Allectus</i> , ab allego. <i>Vitel. cap.</i>	1
<i>Allicefactos</i> , pro allectos, <i>Vitel. cap.</i>	14
<i>Allium obolere</i> , <i>Vesp. Aug. cap.</i>	8
<i>Altero</i> , pro postridie quam. <i>Vitel. cap.</i>	3
<i>Amanuensis</i> . <i>Nero, cap.</i>	44
<i>A manu</i> . <i>Vesp. Aug. cap.</i>	3
<i>Ambubaie</i> . <i>Nero, cap.</i>	27
<i>Amisit</i> , pro perdidit, <i>Tyber. cap.</i>	27
<i>Idem</i> , <i>Nero, cap.</i>	35
<i>Amplius quadraginta</i> , pro plus quadragin- ta. <i>Ces. Aug. cap.</i>	72
<i>Animadversa flagitia</i> , pro punita. <i>Nero,</i> <i>cap.</i>	16
<i>Anteambulones</i> . <i>Vesp. Aug. cap.</i>	2
<i>Ante eum</i> , pro coram eo. <i>C. Cal. cap.</i>	42
<i>Ante se</i> , pro coram se. <i>Gal. cap.</i>	10
<i>Anticipare</i> , pro ante tempus facere quippiam. <i>Cl. Cesar. cap.</i>	21
<i>Antiquius</i> , pro charius. <i>Vitel. cap.</i>	15
<i>Apophoreta</i> . <i>Vesp. Aug. cap.</i>	19
<i>Idem</i> , <i>C. Cal. cap.</i>	55
<i>Apparatus</i> . <i>Vitel. cap.</i>	13
<i>Approbat se illi talem</i> , pro praestat. <i>Gal.</i> <i>cap.</i>	6
<i>Appropinquare</i> . <i>Nero, cap.</i>	49
<i>Appropinquare</i> , pro aduentare. <i>Claud. Ces.</i> <i>cap. 12. & C. Cal. cap.</i>	57
<i>Aquil</i>	

<i>Aquilus color. Cas. Aug. cap.</i>	79
<i>Armigeri satellites. Cas. Aug. cap.</i>	49
<i>Armillatus. Claud. Cal. cap.</i>	52
<i>Asinarius, pro Agasone. Cas. Aug. cap.</i>	96
<i>Assimilare, pro simile exprimere. Tyber. Cas. cap.</i>	57
<i>Assurrectum est, impersonaliter. Cas. Aug. cap.</i>	56
<i>Asticos fortasse pro hasticos. C. Cal. cap.</i>	20
<i>Asturco. Nero. cap.</i>	46
<i>Attendi huic rei. Nero. cap.</i>	56
<i>Attendit iuri, pro stnduit. Gal. cap.</i>	5
<i>Autor est, pro narrat. Cas. Aug. cap.</i>	94
<i>Aurigare. C. Cal. cap.</i>	18
<i>Item, Nero. cap.</i>	22. & 24
<i>Autores qui narrant, non solum qui suadent. C. Cal. cap.</i>	12
B <i>Atuere cum illo. Caius Cal. cap.</i>	32
<i>& 54</i>	
<i>Beccus lingua Gallorum. Vitel. cap.</i>	18
<i>Biduum continens, pro perpetuum biduum. Caius Cal. cap.</i>	19
<i>Bijuge curriculum. C. Cal. cap.</i>	19
<i>Bis in mense, pro bis singulis mensibus. Casar August. cap.</i>	35
<i>Bonum factum, pro rectè fict. Casar Dictator. cap.</i>	80
<i>Breviarium, compendium. Casar Augustus. cap.</i>	101
	Brev

IN SVET. TRAN Q.

Breniaria, pro commentarijs. Vesp. August ^o	21
cap.	
Bucca, pro bolo. Cas. Ang. cap.	76
C Achinnare. Vesp. Aug. cap.	5
C adere ab hoste. Otho. cap.	5
Cadere, pro euenire. Tyb. Cas. cap.	14
Calceare mulas. Vesp. Aug. cap.	23
Caliga speculatoria. C. Cal. cap.	52
Camera ruina. Ner. cap.	34
Caminus, profumario, Vitel. cap.	8
Canusinati. Nero, cap.	30
Capillamentum. C. Cal.	11
Capsarij. Nero, cap.	36
Captura, pro quaestu. C. Cal. cap.	40
Censente, pro censens. Tyb. Cas. cap.	31
Certum ac statum. C. Cal. cap.	40
Ceterum, pro reliquum. C. Cal. cap.	20
Christus. Claud. Cas. cap.	25
Christiani. Nero, cap.	16
Cibo illum, pro cibum do illi. Tyber. Caesar,	
cap.	72
Circa, pro circiter. Claud. Cas. cap.	6
Circumsedit, pro obsedit. C. Cal. cap.	48
Cinica, sine addito substantiuo, vt subaudias,	
corona. Cas. Diēt. cap. 2. Idem, Claud. Cas.	
cap.	17
Classiarij. Gal. cap.	12
Coactio argentaria. Vesp. Aug. cap.	1
Calibatus & post ductam uxorem. Galb.	
cap.	

cap.	5
Caesbat us etiam viduorum. Cl. Cas. cap.	26
Cæna comis. Otho, cap.	3
Cognomines. Vitel. cap.	2
Cohorrescere, pro totus horrescere. Tyber. Cas.	
cap.	21
Cohortari inuicem, pro se inuicem. Galba,	
cap.	10
Collationes. Nero, cap.	38
Idem, Tit. Vesp. cap. 7. & Nero, cap.	44
Colonici decuriones, qui coloniarum sunt Cas.	
Aug. cap.	46
Comessari. Dom. cap.	21
Commeatus. Claud. Cas. cap.	23
Commentarij rerum, & commentarij Caesaris.	
Cas Dict. cap.	56
Communio sermonis, pro communi consabula-	
tione. Cas. Aug. cap.	74
Communicare pro commune facere. Cas. Aug.	
cap.	75
Communis, pro non singularis, aut non exqui-	
situs. Cl. Cas. cap.	21
Comparare, pro emere Cas. Dict. cap. 47. &	
C. Cal. cap. 22. & cap.	27
Compertam, pro deprehensam, in malum. Tyb.	
Cas. cap.	92
Compluuium. Cas. Aug. cap.	35
Conata passine. Gal. cap.	17
Concilium, pro consiliarijs ipsis Tyber. Casar.	
cap.	

cap.	18
Concubinatus. Nero, cap.	28
Condemnavit, pro vici sine condemnari fecit.	
Tyb. Caf. cap.	8
Condixit coenam, pro promisit. Tyber. Cesar,	
cap.	42
Conficere vias, pro itinera. Cesar Dictator,	
cap.	57
Confiscata pecunia. C. Cal. cap.	16
Confiscatus ad hominem relatum, non solum	
ad rem, vt confiscata bona. Tyb. Caf. ca. 49.	
& C. Cal. cap.	41
Conflictatus morbis. Cl. Caf. cap.	2
Congruentia pro similitudine. Otho, cap.	2
Consiliarius, vna consilijs. Tyb. Caf. cap.	33
Confocer. Cl. Caf. cap.	29
Conspirati, sicut coniurati idem & vnum. Ne-	
ro, cap. 43. Idem, Gal. cap.	19
Idem, Domit. cap.	17
Consulto, data opera, de composito, siue ex com-	
posito. Caf. Aug. cap.	15
Consumere dies, pro explere tempus. C. Cal.	
cap.	44
Contabulare, ponte consternere. Claud. Cal.	
cap.	19
Contingit, hos pro cognatus est his, Nero,	
cap.	32
Continuatio, Tyb. cap. 21. & Nero, cap.	1
Contra predicta, contra quam predixerat,	
Tyb.	

ANNOTATA PER ERAS.

Tyb. Caf. cap.	14
Contra se, ex aduerso. C. Cal. cap.	18
Contra, pro è regione. Caf. Aug. cap.	44
Contraxit offensam. Vesp. Aug.	4
Contumacia. Vesp. Aug. cap.	13
Conuersus in pœnitentiam, pro tactus pœniten- tia. Cl. Caf. cap.	13
Conuictor, familiaris. Tyb. Caf. cap.	56
Corporis cura. Dem. cap.	16
Corripuit, pro castigauit. Caf. Aug. cap.	53
Corroborare, pro durare, & robustum reddere Gal. cap.	6
Creuerat, ἔννεον. Otho.	1
Crucifigere. Dem. cap.	10
Idem, cap.	11
Cubicularij. Dom. cap.	17
& Nero. cap.	38
Enicunque, absolute. Vesp. Aug. cap.	8
Cuiusquam, cum verbo prohibendi. C. Cal. cap.	25
Cum magna copia, pro magna multitudine. Casar Aug. cap.	21
Cum plurimum, pro ad summum. Caf. August. cap.	78
Cupiditas in bonam partem. C. Cal. cap.	24
Currus decemugis. Nero. cap.	24
Curseres. Tit. Vesp. cap. 9. & Nero. cap.	30
Cycladæus. C. Cal. cap.	52
D amniflor, pro profusior. Nero. cap.	21
Dapsile.	

Dapsile. Vesp. Aug. cap.	19
Dealbata. Gal. cap.	9
De cedris, pro è cedris. C. Cal. cap.	37
Deceſſit, pro mortuus est. Vitel. cap.	3
Decedentibus rebus, pro exeuntibus, sine euenientibus. Cas. Dict. cap.	24
Decollare etiam apud Senecam. C. Cali. cap.	32
Decursus, pro fine cursus. Nero. cap.	24
Idem, cap.	11
Defectores, Nero. cap.	43
Deflectere, pro diuertere. Cas. Aug. cap.	93
Deformatos, profcedatos. C. Cal. cap.	27
Delubrum. Vitel. cap.	8
Demandat illi suam vicem. C. Cal. cap.	41
Demortuus. C. Cas. cap.	14
Deorum cibus. Nero. cap.	33
Deparci, pro impendio parci. Nero. cap.	30
Deperdita amore. Domit. cap.	3
Desaltare canticum. C. Cal. cap.	54
Desinere artem, transitiuè. Tyb. Cas. cap.	36
Desponsata, pro desponsa. Cas. Dict. cap.	1
Destinabat, absolute, pro proposuit. Cas. Dict. cap.	44
Destinare, pro mittere. Gal. cap.	16
Destitutus, absolute, pro desperans. Galb. cap.	11
Desuper. Nero. cap.	13
Determinare, pro terminare. Gal. cap.	15

ANNOATA PER ERAS.

Detestabilis homo. Nero. cap.	5
Detorsa, depulsa, Gal. cap.	10
Detrectare principem, pro recusare & non ferre. Tib. Cæs. cap.	25
Deturpare, pro deformare. C. Cal. cap.	35
Deuotus arena, in malum, pro addictus aut deditus. C. Cal. cap.	30
Deuotio, pro execratione. C. Cal. cap.	3
Deuotus, pro deditus, in bonam partem. Tyb. Cæs. cap.	67
Dialectos. Tyb. Cæs.	56
Dies lustricus. Nero. cap.	6
Dignatio, pro dignitas. Vesp. Aug. cap.	4
Idem, Domit. cap.	2
Idem, Cæs. Aug. cap.	46
Dignatio, pro reuerentia. C. Cal. cap.	24
Dignosco. Otho, cap.	12
Digressa quæ diuortium fecit cum marito. Cæs. Dict. cap.	43
Dilargiri, pro diuersis dare Cæs. Dict. cap. 20	
Dilato rumore, pro diuulgato. Cæs. August. cap.	14
Dimisit, pro alium aliò misit. Cæsar. Dict. cap.	4
Dimissa è matrimonio, pro repudiata. Tyb. Cæs. cap. 49, & Dom. cap.	8
Dimittere, pro repudiare. Tyb. Cæs. cap.	10
Idem, Tyb. Cæs. cap.	35
Dimittere matrimonium, pro soluere aut rescindere.	

IN SVET. TRANQ.

scindere. C. Cal. cap.	15
Diplomata. Nero. cap.	12
Diritas. Tib. Ces. cap.	21
Discalceatus. Ner. cap.	51
Dispensatio. Otho. cap.	5
Dispensator ordinarius. Gal. cap.	12
Dissedit, pro diuortium fecit. Tiberius Cesar. cap.	7
Distrahere pluris. Vesp. Aug. cap.	16
Diuersa factio, pro aduersis partibus. Tib. Ces. cap.	3
Diuortium fecit cum illa, pro ab illa. Clau. Ces. cap.	26
Idem, Tit. Vesp. cap.	4
Diurni. Cl. Cesa. ca.	41
Diuulgare. Otho. cap.	3
Dolon, gladiolus. Cl. Ces. cap.	13
Dominium, pro dominatu, Tib. Ces. cap.	59
Donatium. Ner. cap.	7
Idem, Gal. cap.	16
Ducatus. Ner. cap.	35
Tib. Ces. cap.	19
E Atenus, pro haftenus. Tib. Ces. cap.	33
Emanat in vulgus. Nero. cap.	6
Emissarium lacus. Cl. Ces. cap.	20
Enectos, pro extinctos. C. Cal. cap.	49
Ennotescere, sicut innotescere. Otho. cap.	3
Eodem loci, pro eodem loco, Ces. Aug. cap.	65
Idem, C. Cal. cap.	53

ANNOTATA PER ERAS.

<i>E</i> plebe homines, pro plebæ homines. <i>Ces. Aug.</i>	
cap.	51
<i>E</i> questria. <i>C. Cal. cap.</i>	26
<i>E</i> quile. <i>C. Cal. cap.</i>	55
<i>E</i> rat in oblectamentis, pro in delicijs. <i>Tib. Ces.</i>	
cap.	72
<i>E</i> sse gratia, pro conciliare favorem. <i>Cl. Cesar.</i>	
cap.	21
<i>E</i> st illi in fatis. <i>Claud. Ces. cap.</i>	43
<i>E</i> t ea, pro idq; magis Græcè, quàm Latine, <i>νεῖ</i>	
<i>ταύτα. Tib. Ces. cap.</i>	22
<i>E</i> uiluit. <i>Cl. Ces. cap.</i>	15
<i>E</i> uocati. <i>Gal. cap.</i>	10
<i>E</i> xacerbare. <i>Gal. cap. 16. & Tiber. Cesar,</i>	
cap.	62
<i>E</i> xarmare. <i>Domit. cap.</i>	15
<i>E</i> xcalceare. <i>Vit. cap.</i>	2
<i>E</i> xcedere, pro mori. <i>Vesp. Aug. cap. 2. & Nero.</i>	
cap. 6. & <i>Cal. cap. 1. & Vesp. August.</i>	
cap.	3
<i>E</i> xcitare, pro erigere. <i>Caius Cal. 46. & Clau.</i>	
<i>Ces. cap.</i>	1
<i>E</i> x destinato, ex proposito, non casu. <i>C. Cal.</i>	
cap.	43
<i>E</i> xecratus, pro malè precatus, sine deuouit. <i>C.</i>	
<i>Cal. cap.</i>	30
<i>E</i> xercuit principem, pro principatum. <i>Tiber.</i>	
<i>Ces. cap.</i>	33
<i>E</i> xhibuit, pro præstitit. <i>Tib. Ces. cap.</i>	32
<i>E</i> x	89

Exitiabilis clades, pro internecina. <i>Ces. Aug.</i>	23
cap.	
Exierat in vulgus. <i>Gal. cap.</i>	20
Exigere creditum. <i>Vesp. Aug. cap.</i>	11
Exiit opinio, pro emanavit in vulgus. <i>Nero.</i>	
cap.	53
Exoleta, pro desueta. <i>Clau. Ces. cap.</i>	22
Experta industria, pro explorata. <i>Vesp. Aug.</i>	
cap.	4
Expertissimus. <i>Tib. Ces. cap.</i>	19
Experges facta somno. <i>C. Cal. cap.</i>	38
Expilare tabernulas. <i>Ner. cap.</i>	26
Ex pœnitentia. <i>Otho. cap.</i>	1
Expressit, pro extorsit. <i>Vesp. Aug. cap.</i>	4
Explendescere, pro eminere. <i>Titus Vespasia.</i>	
cap.	3
Extendens, pro intendens. <i>C. Cal. cap.</i>	38
Extranei <i>Claud. Ces. cap.</i>	4
F abularis historia. <i>Tib. Ces. cap.</i>	70
Fabulator, pro collocutore <i>Ces. Aug.</i>	
cap.	78
Facere reum. <i>Tib. Ces.</i>	8
Factio. <i>Domit. cap.</i>	7
Famosa, in malam partem. <i>Tib. Ces. cap.</i>	28
Idem, cap.	35
Famosi equites, pro notis ac celebribus. <i>Cal.</i>	
cap.	61
Favorabile. <i>Ner. cap.</i>	57
Favorabilis, pro gratiosus. <i>C. Cal. cap.</i>	4
	x 4
	Feci

ANNOTATA PER ERAS.

<i>Fecit stipendia , pro meruit. Caesar Dict.</i>	
<i>cap.</i>	2
<i>Ferus aper dictus, quasi sint apri cicures. Ces.</i>	
<i>Aug. cap.</i>	67
<i>Ficos biferas, nouè dixit, pro fructu arboris bi-</i>	
<i>feræ. Ces. Aug. cap.</i>	76
<i>Filijs familias. Vesp. Aug. cap.</i>	11
<i>Finis mortalitatis. Claudius Ces. cap.</i>	46
<i>Finitimum bellum, quod cum finitimis geri-</i>	
<i>tur. Cesar. Aug. cap.</i>	I
<i>Fœderata, pro fœdere iuncta. C. Cal. cap.</i>	3
<i>Forense vestis genus. Ces. Cal. cap.</i>	17
<i>Formalis epistola. Domi.</i>	13
<i>Formare, pro ministrare thema & argumen-</i>	
<i>tum, Ces. Aug. cap.</i>	89
<i>Formata, pro simulans. Cla. Ces. cap.</i>	37
<i>Formatus sermo Nero.</i>	47
<i>Fortuitus. Nero. cap.</i>	34
<i>Fremebat fraudari. Gal.</i>	16
<i>Frequentare dies. Ces. Aug. cap.</i>	53
<i>Fulcra lectorum. Cl. C.</i>	32
<i>Funalis equus, qui fune trahitur. Tib. Cesar.</i>	
<i>cap.</i>	6
<i>Fundare molem. Cl. Ces. cap.</i>	20
<i>Funerare, pro sepelire. Domit. cap.</i>	17
<i>Fungi munera, pro fungi muneribus. C. Aug.</i>	
<i>cap.</i>	35
<i>Funaria. Vit. cap.</i>	2
	Galer

G Alericulus. Otho. cap.	12
Gaza. Nero. cap.	31
Generatim, per genera. C. Cal. cap.	22
Generosissima, pro nobilissima. Tiber. Cesar. cap.	49
Genitivæ nota. Ces. Aug. cap.	80
Gesticulari carmina. Ner. cap.	42
Gibba, non gibbus. Do.	23
Gibber. Gal. cap.	3
Grassatores, qui grassantur ferro. Ces. Augu. cap.	32
Gratiam fecit coniurandi, pro permisit coniu- rare. Ces. Aug. cap.	16
Idem cap.	38
Gratificans illi, pro in gratiam illius. Nero. cap.	7
Gratiosa, pro grata. Otho. cap.	2
Grauebatur, pro fastidiebat, ac molestè fere- bat. Ces. Aug. cap.	72
Grauedo capitis. Ces. Aug. cap.	81
H abeo precari, pro habeo quod precer. Ces. Aug. cap.	58
Hamaxici cursores. Nero. cap.	30
Hierosolyma genere fœminino. Ces. August. cap.	93
Idem, Tit. Vesp. cap.	5
Hi tuberes, non hæc tubera. Domit. cap.	16
Honorarius tumulus. Clau. Ces. cap.	1
Honorata, pro honesta. Otho. cap.	1

ANNOTATA PER BRAS.

<i>Humare, pro humo condere. C. Cal. cap.</i>	3
<i>Hyemare, pro affligi incommodo hyemis. Cas.</i>	
<i>Aug. cap.</i>	72
<i>Hypocrita, histrio. Nero. cap.</i>	24
I <i>Acere significaciones. Nero. cap.</i>	37
<i>Ientare. Vitel. cap.</i>	7
<i>Idipsum, pro idem. Nero.</i>	24
<i>Ignotissimus, pro obscurissimus. Tiberius. cap.</i>	
42	
<i>Illud hore, pro eo tempore. Nero. cap.</i>	26
<i>Illacrymare supplicijs. Vesp. Aug. cap.</i>	15
<i>Illa quidem, more Ciceronis. Vesp. Aug. cap.</i>	1
<i>Illudere capitibus. vsq; ap. Tiberius Caesar.</i>	
<i>cap.</i>	45
<i>Imaginaria militia. Claud. Cas. cap.</i>	25
<i>Impertit osculo. Nero.</i>	37
<i>Impertitus honore, passimè. Claudius Caesar.</i>	
<i>cap.</i>	4
<i>Inauditos, pro indicta causa. Gal. cap.</i>	14
<i>Idem, Vitel. cap.</i>	14
<i>In bona & nomen. Gal. cap.</i>	17
<i>Incestum. C. Cal. cap.</i>	36
<i>Idem, Nero. cap.</i>	5
<i>Idem, Domit. cap.</i>	8
<i>Incolumis status. Nero,</i>	54
<i>Inconsiderantia, sicut incogitantia. Clau. Cas.</i>	
<i>cap.</i>	39
<i>Increpita cupiditas, vs ad rem quoque perti-</i>	
<i>neat. C. Cal. cap.</i>	44
<i>In</i>	

IN SVET. TRANQ.

In crepidis, pro crepidatus. C. Caligula. cap.	
52	
Increpote auaritia. Caius Cal. cap.	39
Incumbit illi spes, pro eo quod imminet, aut ma net illum. Tib. Caf. cap.	15
Indifferens, pro eo qui non discernit, aut curat. Caf. Dict. cap.	53
In diebus paucis, pro intra dies paucos. Nero. cap.	3
Indifferentem ferre, pro súsq; de que. Domit. cap.	23
In disciplinam traditus, pro docendus. Nero. cap.	7
Inducta & superscripta. Nero. cap.	52
Indulsisset, pro amisisset. Claud. Caf.	21
Induxit pro voluit, cum verbo infinito. C. Cal. cap.	3
In fabulis esse, pro traduci sermone hominum. Caf. August. cap.	70
Inferia, anniuersaria. Ca. Cal. cap.	15
Infensior. Vitel. cap.	14
Inhonoratus. Claud. Caf. cap.	11
Inire honorem, pro suscipere, imò gerere incipere. Caf. Dict. cap.	20
Iniungere, pro mandare, $\kappa\iota\lambda\acute{\alpha}\tau\eta\alpha\upsilon$. Ti. Caf. cap.	18
Idem, C. Cal. cap.	18
Inopinanter, pro subito, & prater expectatum. Tib. Caf. cap.	60
	18

ANNOTATA PER ERAS.

<i>In punctum, pro in singula puncta. Nero.</i>	
cap.	30
<i>Inquietare, pro molestum esse. Cas. August.</i>	
cap.	53
<i>Idem, Nero. cap.</i>	39
<i>Idem, Ca. Cal. cap.</i>	59
<i>Idem, cap.</i>	26
<i>Idem, Clau. Cas. cap.</i>	9
<i>Inquilini. Nero. cap.</i>	44
<i>In serum, pro in vesperam. Cas. Aug. cap.</i>	16
et, Otho. cap.	11
<i>Instar, pro signo substantivè. Casar Dict.</i>	
cap.	61
<i>Institoria opera. Nero. cap.</i>	27
<i>Instituisse, pro incipere. Otho, cap.</i>	12
<i>Instratus, pro tectus. Clau. Cas. cap.</i>	18
<i>Insula, domus magnatum semote. Nero. cap.</i>	
38	
<i>Inter conventum, pro in conventu, sicut inter</i>	
<i>coenam. Gal. cap.</i>	5
<i>Inter coenam, pro inter coenandum. Tib. Cas.</i>	
cap.	53
<i>Intercapedo, pro intervallo. Casar August.</i>	
cap.	38
<i>Interdictus coitus. C. Cal. cap.</i>	25
<i>Interdixit peti, pro vetuit. Galb. cap.</i>	6
<i>Internecio, sive interneclio. Otho. cap.</i>	12
<i>Internuntij. Otho. cap.</i>	8
<i>Inter pœnam, sicut inter coenam. Tiber. Casar.</i>	
cap.	

cap.	60
Interpretata, passivè. Nero. cap.	13
Introitus novi sacerdotij, pro initu. Claud. Ces.	
cap.	9
Inuitavit se largiter, pro multum bibit. Ces.	
Aug. cap.	77
Ira, iracundia. Clau. Ces.	38
Iterare honorem. Claud. Ces. cap.	17
Itus, reditus. Tiber. Ces. cap.	38
Ius nundinarum. Clau. Ces. cap.	12
L Acinia. C. Cal.	35
Idem, Cl. Ces. cap.	15
Laticlauj, lato clauo insignes. Ces. August.	
cap.	38
Latores literarum. C. Cal. cap.	44
Latinitas ius Latij. Ces. Aug. cap.	47
Laudes virtutum, pro laudatione. Caius Cal.	
cap.	16
Laxatus calceus. Otho.	6
Laxitas, pro spatiositas. Nero. cap.	31
Laxum, spatiosum & capax. Tiberius Ces.	
cap.	11
Lecticarij. Otho. cap.	6
Lecticula lucubratoria. Ces. Aug. cap.	78
Leuis sine anulo, absolutè. Nero. cap.	20
Libellus memorialis, scriptum memoriae causa paratum. Ces. Dict. cap.	56
Liberare fidem obligatam Clau. Ces. cap.	9
Libidinari. Nero. cap.	28

ANNOTATA PER ERAS.

<i>Librum edidit non esse, pro eo quod est, libro edito testatus est. Cæ. dict. cap.</i>	52
<i>Libuissent, ut, Non te hæc pudent. Cæs. dict. cap.</i>	20
<i>Litare victimas. Otho.</i>	8
<i>Lorica lintea. Gal. cap.</i>	19
<i>Ludit aleam. Cæs. Aug. cap. 71. & Nero. ca. 30</i>	
<i>Luxata machina. Nero.</i>	34
<i>Lychnuchi. Cæs. Dict.</i>	37
M <i>Achinosum. Nero.</i>	34
M <i>actea venenata. C. Cal. cap.</i>	38
<i>Magis ac magis Vitel.</i>	11
<i>Mala pugna. Caius Calig. cap.</i>	51
<i>Malè animatus erga principem. Vitel. cap. 7</i>	
<i>Malè pedatus. Otho. cap.</i>	12
<i>Malignitas, pro inuidencia. C. Cal. cap.</i>	34
<i>Manceps operarum. Vesp. Aug. cap.</i>	1
<i>Mansio. Ti. Vesp. cap.</i>	10
<i>Manubialis pecunia. Cæs. Aug. cap.</i>	30
<i>Manuleatus. C. Calig.</i>	52
<i>Malignitas, pro inuidia. Nero. cap.</i>	23
<i>Manducare, propemodùm pro edere. Cæs. Aug. cap.</i>	76
<i>Manus remisi, pro iactibus. Cæs. Aug. cap. 71</i>	
<i>Mappam mittere. Nero. cap.</i>	22
<i>Maritare. Vesp. Aug.</i>	14
<i>Matrix, pro arbore. Cesar Aug. cap.</i>	94
<i>Mechanicus, machinarum artifex. Vespasia. Aug. cap.</i>	18

Medendæ valetudini. Tit. Vesp. cap.	8
Meditatus, pro tentavit. Nero. cap.	35
Medio tempore, pro μετὰ χρόνον, siue interea. Cas.	
Diēt. cap.	76
Mellitæ. Nero. cap.	27
Mente lapsi, mente capti. Cas. Augu. capit.	
48	
Meretricium, pro quæstus meretricio. C. Cal.	
cap.	40
Merediani. Clau. Cas.	34
Meridiare. C. Cal. cap.	38
Meritorium cœnaculum. Vitel. cap.	7
Meritoria vehicula. C. Cal. cap.	39
Meridiare Nero cap.	6
Metoposcopos. Tyb. Vesp. cap.	2
Milliarie. Nero. cap.	31
Ministrator. Vitel. cap.	17
Minus mille. Nero cap.	30
Missam facere, pro repudiare. C. Cal. cap.	25
Misilia variarum rerum, pro varias res mis-	
files. C. Cal. cap.	18
Item, Nero. ca.	11. & 22.
M. Lolio offensior, pro subiratns. Tib. Cas. ca.	
13	
Moderatio absolutè, pro lenitate siue modestia	
Tiber. Cas. ca.	32
Modicella. Nero. ca.	48
Molitores à moliendo. Domit. ca.	10
Molitrix. Nero. cap.	35
Morena	

Morem retulit, pro instauravit. <i>Cæs. Dict.</i>	
cap.	20
Mouere ventrem, ciere aluum. <i>Nero. cap.</i>	33
Mox, pro deinde. <i>Cæs. Aug. cap.</i>	47
Mulctatus est pœna, pro punijt. <i>Cæs. Augu.</i>	
cap.	21
Multifariam. <i>Tib. Cæs. cap. 52. & C. Cal.</i>	
cap. 18. & <i>Gal. cap.</i>	19
Multiplicia. <i>C. Cæs. cap.</i>	21
Multiplico. <i>Nero. cap.</i>	22
N Atare & literæ. <i>Cæs. Aug. cap.</i>	64
Nec eo minus, pro nihilo secius. <i>Otho.</i>	
cap.	4
Nec quicquam aliud, pro tantum. <i>Nero. ca.</i>	43
Nec non & <i>Tit. Vesp.</i>	5
Nedum, pro tantum abest. <i>Tyb. Cæs. cap.</i>	44
Neglexit nisi. <i>Nero. cap.</i>	33
Nemine gnaro, pro conscio. <i>C. Cal. cap.</i>	46
Neque quicquam quàm, pro tantum. <i>Claud.</i>	
<i>Cæs. cap.</i>	10
Neque secius eo, pro nihilo minus. <i>Domit.</i>	
cap.	12
Nicon Græcè vincens, <i>vixiv. Cæsar. August.</i>	
cap.	96
Nihil aliud quàm, pro tantum. <i>Vesp. August.</i>	
cap. 5. & <i>Cæs. Aug. cap.</i>	83
Nihil aliud, pro duntaxat, more Græco, <i>μὴ δὲ</i>	
<i>ἄλλο. Cæs. Dict. cap.</i>	20
Nihil aliud quàm, pro tantum modo. <i>Domit.</i>	
cap.	

cap.	21
Nihil amplius quàm, pro tantum. Galb. capi.	
19	
Idem Claud. Ces. c.	11
Nihil antiquius. Clau. Ces. cap.	11
Nihil dum, pro nihil adhuc. Ces. Dict. ca.	7
Nihil quàm, pro nihil aliud quàm. Clau. Ces. ca.	36
Niuatè aque. Nero. cap.	27
Nocti illuxit dies, quæ secuta est proximè, Cæ. Dict. cap.	81
Non temere, pro vix vnquam, siue ferè nunquam. Ces. Aug. ca.	73
Non temere, non ferè. Cal. ca.	36
Non vltra quàm, pro tantum Ces. Aug. cap.	67
Notabile, in bonam partem. Domit. ca.	20
& Ces. Aug. ca. 72 & C. Cal. ca.	14
Notum fecit, pro significauit ἰδὴ ἔγνω ἢ ἔγνω ἢ ἔγνω, Ces. Aug. ca.	65
Notare, pro mutare, Domi. ca.	7
Nouellare. Domit. cap.	7
Nouissima. Tit. Vesp. ca.	5
Nullius non facinoris, pro cuius suis facinoris. Cas. Aug. ca.	32
Nummus asper. Nero.	44
Nummulari. Tit. Vespas.	7
Obsecratio, pro litania. C. Ces. ca.	22
Obesitas corporis. Claud. Ces. ca.	41
Y	Obesitas

<i>Obesitas ventris. Do. ca.</i>	18
<i>Obfirmatè, pro pertinaciter. Tiberi. Cæsa. cap.</i>	
25	
<i>Obolere allium. Ca. Cali.</i>	23
<i>Offendebatur, pro graviter ferebat, cum verbo infinito. Cæs. Aug. ca.</i>	89
<i>Offensa leues. Clau. Cæs.</i>	26
<i>Offensior, pro iratus. Ner. cap.</i>	2
<i>Offensus, pro inuisus. Cæs. Dic. ca.</i>	19
<i>Officij duxit, pro putavit officiosum, absolute. Ti. Cæs. ca.</i>	11
<i>Opere censorio, pro functione censura. Cæ. Dict. cap.</i>	41
<i>Ostentant, pro passim ostendunt. Cæs. Aug. ca.</i>	
87	
P <i>Allaca. Vesp. Aug. c.</i>	21
<i>Paropsis leguminis. Galba. ca.</i>	12
<i>Parsurus. Tib. Cæs. ca.</i>	62
<i>Partes in conuivio. C. Ca.</i>	18
<i>Patentissimo loco. Claud. Cæs. ca.</i>	32
<i>Patritiatus, pro ordine siue dignitate patritiorum. Cæs. Aug. ca.</i>	2
<i>Paucis quàm, pro paucis post diebus. Tib. Cæs. cap.</i>	60
<i>Paulominus, pro propemodum. Tiberi. Cæs. ca.</i>	
39	
<i>Paulominus quàm, pro propemodum. Tib. Cæs. ca.</i>	26
<i>Paulominus, pro penè. Nero. ca.</i>	40

IN SVET. TRANQ.

<i>Pensio, pro solutione. Vesp. Aug. ca.</i>	23
<i>Pependi. Demit. ca.</i>	9
<i>Pependit tributa. Domit.</i>	12
<i>Peragere, pro perficere. C. Cal. ca.</i>	21
<i>Perannare. Vesp. Aug.</i>	5
<i>Per assem & libram. Cas. Aug. ca.</i>	64
<i>Per causam, pro pretextu. Otho. cap.</i>	3
<i>Per ductam, pro traductam. C. Cal. cap.</i>	25
<i>Pereguit, pro perfecit. Clau. Cas. ca.</i>	11
<i>Perferre, pro ad finem, siue ad plenum ferre.</i>	
<i>Cas. August.</i>	34
<i>Perfidiose. Cas. Au. ca.</i>	21
<i>Per idem tempus, pro sub idem. Galb. capi.</i>	10
<i>Perinde quàm. Domi. ca.</i>	15
<i>Per infamis. Vitel. ca.</i>	2
<i>Pernoctare. Tib. Cas. cap.</i>	18
<i>Per quietem pro in somnis. Cas. Diët. ca.</i>	81
<i>Idem Cl. Cas. ca.</i>	37
<i>Persuasorie assertiones. Domit. ca.</i>	8
<i>Persuasissimum. Ner. ca.</i>	29
<i>Pertusus se. Tib. Cas.</i>	66
<i>Per vices, pro vicissim. C. Cas. cap.</i>	42
<i>Peruigilium. C. Cal. ca.</i>	54
<i>Philosophia contraria imperaturo, Nero. cap.</i>	
52	
<i>Phonascus, magister vocis exercenda. Ner. ca.</i>	
25	
<i>Pigneratus fidem, pro stipulatus sine pactus.</i>	
<i>Cl. Ca.</i>	10
	X 2 Pignera

ANNOTATA PER ERAS.

<i>Pigneravit unione. Vitel.</i>	7
<i>Pingui toga. Cas. Aug.</i>	82
<i>Pistrinensia iumenta. C. Calig. ca.</i>	39
<i>Plectrum lingue titubans. Clau. Cas. ca.</i>	30
<i>Plenus persuasionis, pro valde persuasus. Tyberius Caesar, cap.</i>	69
<i>Plurifariam. Tyberius Caesar, cap. 43. & Claudius Caesar, cap. 21. & Caius Cal. cap. 54 & Caesar Aug. cap. 46. Idem, cap.</i>	80
<i>Plurimam vixit, pro plerunque επιπλεονεσιον. Galba, cap.</i>	8
<i>Podium. Nero, cap.</i>	12
<i>Pœnitens facti. Vitel. cap.</i>	15
<i>Pœnitenda. Vespasianus Aug. cap.</i>	1
<i>Pœnus multiplex, ποικίλος Nero, cap.</i>	11
<i>Ponere barbam. Caius Calig. cap.</i>	5
<i>Pone verticem. Nero, cap.</i>	41
<i>Pontie meminit & Hieronymus. Caius Cal. cap.</i>	15
<i>Popina. Nero, cap.</i>	16
<i>Porcellus. Nero, cap.</i>	33
<i>Portentuosus, vt montuosus. Domit. cap.</i>	4
<i>Posca. Vitel. cap.</i>	12
<i>Postica pars. Otho. cap.</i>	6
<i>Potaturus pro bibiturus. Nero, cap.</i>	48
<i>Potestates, pro magistratibus. Claudius Cas. cap.</i>	23
<i>Potiri rerum. Vespasianus Aug. cap.</i>	4
<i>Potionatus, veneno affectus. C. Cal. cap.</i>	50
	Præce

Preceptas, pro ante receptas. Caesar August.	93
cap.	
Prædari bona. Domit. cap.	12
Prædicta aruspicias. Otho, cap.	6
Prædictam cœnam, pro præstitutam. Claud.	8
Cæs. cap.	
Pregrauant, absolutè pro præpollent, siue præponderant. Caesar Dict. cap.	76
Prægredi, pro præcedere. Tyb. Cæs. cap.	7
Præire obsecrationem, pro dictare. Claudius	
Cæsar, cap.	22
Prælucere dicitur, qui præcedit cum lumine.	
Caesar August. cap.	29
Premiari. Titus Vesp. cap.	7
Præstructum, arte preparatum, & composito	
factum. Tyberius Cæs. ca.	53
Præstitit principem, sine se. Tyb. Cæs. cap.	33
Prætenta à prætendo. Claudius Cæs. cap.	10
Prima lux, summum diluculum. Caesar Aug.	
cap.	78
Prima vespera. Tyberius Cæs. cap.	74
Primo diluculo. Vitel. cap.	15
Primos pilos. Caius Calig. cap.	44
Primum, proprius, cum de duobus agat. Tyb.	
- Cæs. cap.	7
Principia in castris. Otho. cap.	6
Prinavit honore. Nero, cap.	43
Preculdubio. Nero. cap.	3
Pro æde, ante ædem. Caesar Dict. cap.	61

<i>Profunda gula. Vitel. cap.</i>	7
<i>Progener generi pater. Cæs. Aug. cap.</i>	19
<i>Pro gradibus. Vitel. cap.</i>	15
<i>Promulgare. Nero. cap.</i>	36
<i>Pronior huic rei, pro in hanc rem. Nero. cap.</i>	40
<i>‡ Gal. cap.</i>	12
<i>Pronus ad hæc. Vitel. cap.</i>	7
<i>Propalam. Cl. Cæs. cap.</i>	15
<i>‡ C. Cal. cap.</i>	24
<i>Propagare, pro producere siue proferre. C. Cal. cap.</i>	29
<i>Propitiare deum. Vesp. Aug. cap.</i>	7
<i>Propitiare manes, pro placare. Otho. cap.</i>	7
<i>Propinare, præbibere. Tyb. Cæs. cap.</i>	42
<i>Proponere, pro promulgare. C. Cal. cap.</i>	41
<i>Propter quod. Gal. cap.</i>	3
<i>Proscripta, pro palàm scripta. Nero. cap.</i>	39
<i>Prosperitas rerum, non solùm hominis. C. Cal. cap.</i>	31
<i>Proximis, τοῖς πλησίον. Otho. cap.</i>	6
<i>Publicare hominem, pro populo communem facere. Claud. Cæs. cap.</i>	25
<i>Publicare se, pro ostendere populo. Nero. cap.</i>	1
21	
<i>Publicavit, pro publicè edidit. Cl. Cæs. cap.</i>	3
<i>Puerulus, pro puellus. Dom. cap.</i>	4
<i>Purificare. Cæs. Aug. cap.</i>	94
<i>Pyxis veneni. Nero. cap.</i>	47

Q Vadriariam. Vitel.	13
Quadragesima scilicet pars. C. Cal.	
cap.	40
Quadragesime. Vesp. Aug. cap.	1
Quam multa. pro multa. C. Caf. cap.	20
Quam voluntatem, cum mox præcesserit, vo-	
luntate, Caf. Aug. cap.	28
Quam. vt, pro aliter quam vt. Gal. cap.	
Quanta posset maxima. Nero. cap.	
Quanti calceasset. Vesp. Aug. cap.	
Quantum, pro sicut. V. sp. Aug. cap.	
Quas maximas, pro quam ma-	
tas maximas. Caf. Di ^{ct}	
Quatenus, pro quand	
cap.	
Qui iuxta e st aut pro familiaribus, mox	
co, rois et ^{et} C. Cal. cap.	10
Quos. pro singulis quingentos, Caf. Di ^{ct} .	
cap.	38
Quoquo modo. Nero. cap.	49
R Adit caput, pro radendum curat. C. Cal.	
cap.	5
Recens condita, pronuper. Tyb. Caf. cap.	1
Recensiti, à recenseo. Caf. Di ^{ct} . cap.	41
Recenso, pro recensito. Vesp. Aug. cap.	9
Recepit se Samum insulam absq; præpositione.	
Caf. Aug. cap.	17
Recognoscere, pro recensere. C. Cal. cap.	16
et Caf. Aug. cap. 37. et Caf. Aug. cap.	38

ANNOTATA PER ERAS.

Recta coena Domit. cap.	7
Recuperare somnum. Cas. Aug. cap.	78
Refector. Vesp. Aug.	18
Reficere edificium. Claud. Cas. cap.	25
Refrigeratus, pro refocillatus. Cl. Cas. cap.	41
Regaliolus auis. Cas. Dict. cap.	81
Reliquiae. Dom. cap.	8
Remaledici. Vesp. Aug.	9
Remollitus, aut remollitus, pro placatus. Casar.	79
Remicitiam, pro denunciare amici-	
m. C. Cal. cap.	3
Rem. cap.	11
Rem. Graecis ἀνάπλιος. Cas.	89
Resentare, pro exhibere. C. C. Cas. cap.	18
Res. Cas. Aug. cap.	101
Res. C. Cal. cap.	58
Res. C. Cal. cap.	16
Repromissio. Otho. cap.	4
Repromittere, pro promittere, Tyberius Casar,	
cap.	17
Res. C. Cas. cap.	20
Requirere autores, pro exigere, siue poscere. Cas.	
Aug. cap.	55
Repudiare, pro dimittere quam duxeris. Cas.	
Dict. cap.	1
Resarcio. Cl. Cas. cap.	6
Rescripturum, pro denuò scripturū. Cas. Dict.	
cap.	

IN SVET. TRANQ.

cap.	56
Residuos lectos, dixit, relictos. <i>Cesar August.</i>	
cap.	73
Res missiles, quae sparguntur in vulgus. <i>Cesar August. cap.</i>	98
Restitit, pro sustitit. <i>C. Cal. cap.</i>	58
Retardare. <i>Cal. cap.</i>	20
& <i>Otho, cap.</i>	8
Retaxare. <i>Vesp. Aug. cap.</i>	13
Reuerentissimè, pro religiosissimè. <i>Cæs.</i>	
cap. 93. & <i>Nero, cap.</i>	17
Renocare, pro instaurare. <i>Claud. Cæs. cap.</i>	
& <i>Nero, cap.</i>	32
Rex regum. <i>C. Cal. cap.</i>	5
Rumpere patientiam, pro <i>μαρποθυμία</i> . <i>Tyber. Cæs. cap.</i>	24
S abbata. <i>Tyber. Cæs. cap.</i>	32
S abbata Iudeorum. <i>Cæs. Aug. cap.</i>	76
Sacrificuli <i>Tit. Domit. cap.</i>	1
Sagulati. <i>Vitel. cap.</i>	11
Saltare fabulam. <i>C. Cal. cap.</i>	57
Sanguinis missio. <i>C. Cal. cap.</i>	29
Scalprum librarium. <i>Vitel. cap.</i>	2
Scienter, pro scitè. <i>Tit. Vesp. cap.</i>	3
Sciscitatus est illum. <i>Domit. cap.</i>	15
Secubare. <i>Tyb. Cæs. cap.</i>	7
Secunda existimatio, pro fama prospera. <i>Claud. Cæs. cap.</i>	7
Secundum quietem, pro per quietem. <i>Cæs. Au. cap.</i>	

cap.	94
Seducto, pro seorsim abducto. Claud. Caesar,	
cap.	37
Semen pro genere. C. Cal. cap.	25
Semiustulandum. Tyb. Cas. cap.	75
Sermocinari diuinos. Tyb. Cas. cap.	56
Sestertius nummus genere masculino. Caesar	
Dict. cap.	83
Sexaginta amplius, pro plures sexaginta. Cas.	
Dict. cap.	80
xto quam profectus erat mense, siue pest.	
Cl. Cas. cap.	17
Simul ac primum. Nero. cap.	43
Singulatim. Nero. cap.	15
Soccus muliebris. C. Cal. cap.	52
Solaria. Nero. cap.	16
Solenne pro solitum. Cas. Aug. cap.	44
Solennes dies. Cas. Aug. cap.	53
Sororum nepotes, pro ex sororibus nepotes. Cas.	
Dict. cap.	83
Sorticula, Nero cap.	21
Sortem trahere, pro ducere. Tyb. Cas.	14
Speculabundus, pro subinde specularans. Tyber.	
Cas. cap.	65
Sponsaliorum dies. Cas. Aug. cap.	53
Stare, pro subsistere. Otho. cap.	5
Strena ineunte anno. C. Cal. cap.	42
Sub paterna auia educatus. Vesp. August.	
cap.	2
	Subd

IN SVET. TRANQ.

Subdebile. Vitel. cap.	17
Subducta ratione. Claud. Cas. cap.	2
Sub æde. Otho. cap.	6
Sub exitu, pro sub exitum. Claudius Cas.	
cap.	
& Nero. cap.	
Sub crimine. Nero. cap.	
Sub idem tempus, pro circa idem tempus. Tib.	
Ces. cap. 58. & Otho. cap. 8. & Ces.	
cap.	6
Subinde, pro mox. Galb. cap. 1. & Tit. Vesp.	
cap. 5. & Galb. cap.	10
Sub manum, pro promptè. Ces. Aug. cap.	49
Sub pœna mortis. C. Cal. cap.	49
Sub pœna seruitutis. Tib. Ces. cap.	36
Subsequi, pro $\omega\alpha\gamma\alpha\lambda\omicron\lambda\delta\beta\iota\mu$. Ces. Dict. cap.	
55	
Subsortitio, pro suffectio. Ces. Dict. cap.	41
Substringere fascia. Galb. cap.	21
Succollare, collo supposito fulcire. Cl. Ces. cap.	10
& Otho. cap.	6
Summissim fabulari. Ces. August. cap.	74
Super, pro præter. Claud. Ces. cap. 26. Nero.	
cap. 28. Vitel. cap.	13
& Ces. August. cap.	69
& Claud. Ces. cap.	14
& Clau. Ces. cap.	5
& Tib. Ces. cap.	55
& Otho. cap.	5
	6

& Domit. cap.	
& C. Cal. cap.	3
& Claud. Caf. cap.	36
perinduit. Nero. cap.	1
uperesse, pro adesse, hoc est, patrocinari. Caf.	48
Aug. cap.	
uper, pro vltra. Nero. cap.	56
uper, pro praeter. Caf. Dict. cap.	31
uper se collocavit, pro in loco superiore, & Galba.	28
Aug. cap.	
um infinito. Caf. August.	43
cap.	
Super sine supra, pro plusquam. Caf. Aug.	93
cap.	
& cap.	38
Superstans. Nero. cap.	35
Superstat columna. Galba.	50
Suscipere liberos. Claud. Caf. cap.	23
Suspendere, pro ducere, & suspensos habere.	21
Tiber. Caf. cap.	
Sustineo, pro volo. Caf. Aug. cap.	24
& Caf. Aug. cap.	31
& Caf. Dicta. cap.	66
Sustulit videre, pro potuit. C. Cal. cap.	74
Sustulit cachinnum, pro clarè risit. Aug.	30
cap.	
T Alitrum. Tib. Caf.	92
Tantum non, pro propemodum. Tib.	63
Caf. cap.	

IN SVET. TRANQ.

3	Idem propenè. Tib. Cas. cap.	52
36	& Domit. cap.	55
I	& Tib. scap.	66
48	& Vitel. cap.	14
es.	Tempestas in bonam partem. Tit. Vesp. cap.	10
6	Tempore medio. C. Cal. cap.	25
31	Tenaces morbi. Cl. Cas. cap.	2
8	Teneret. pro vinceret. Demit. cap.	
	Terra mouisset. pro terramotus fuisset.	
	cap.	
	vestigiari. pro testari. C. Cal. cap.	
	& Galb. cap.	
	& Vesp. Aug. cap.	
	Instantia oris. Vitel.	
	Toga restricta & fuse. Cas.	
	Toga x dies. Claud. Cas. c	
	Tor. d. barbam, radere bar	
	cap.	
	Torques aurei generi	
	cap.	
	Traderent, pro	
	cap	
	Trad.	

ANNOTATA PER ERAS.

Transfigurare. Ner. cap.

& cap.

2

& C. Cal. cap.

46

transf. Vest. 2^o

22

transmig. aut. pro demigrant. Tibe

7

ap.

mittere, protrahere mare. Ca


1. cap.

mit. cap.

A R P Szaniacki, Discursus
Musca, designando spatium ve
nues palmar, in aeternum
n phrensiret. Vg.



6



Pietas, p se firmat Regna. Ingenium inuenit
Fortuna p se, nihil valet. Iudicium disponit.

Carbone lineamta duxi. Ast ceteri, penicillo,
atq; colore depingant.

Tot Acumina, qrit. Y uenit Rnes, Y Ca. Y Erudit, et
acuit Mentem, Acumen. Acillecebra Auditoris.

India, e Mente Poetar; Vltimum Solis Cubile
Rapitur excellens Indoles, ad similitud Magni.

Senio quodam; ac Sa Canitie, Vnbile genus.
Beneficium Dei mind. Paradoxum, ab Oppositis.

Innata Sexui, Affectuum Inpotentia. Fors a Cas
Miserus e, misero; Vitam trahere, qm tradere.

Inuidia, nisi bonos, persequitur.
Tutius humi repitur,

Hec lapsum ima timent;
E. celso, ruitur in praiceps.

Lucra Virtutum: res z Cierpial; Patientia, res sic
ponizat pzed Bogiem y ludzmi; Humilitatis.

De Paradoxum, offendit; Y inq Similia discor
uenientiam. Y, inq Opposita, conuenientiam.

Triplex usus sententiarum. 1. gubernare
 vitam et mores. 2. Exornare
 sermonem, vel orationem (in
 sexta suo loco Tertius gemuntur).
 3. Componeere hinc, in aliis
 gravissimis deliberationibus.
 Quotus sit sententia; ad ipsas
 tres usus reducibiles sit.
 Proverb 25. Canens hominum
 manum pravo cordi, in suavis
 tunc, suum nitrum. Utique res est
 mortax.

nas
na
(p)
(t)
u
os
m
-a
est

Si latitiam, cuius moderare; Ergo
et iracundiam, et dolorem.

Prior Passio, id e; letitia proficitur
ab affectu Concupiscibili; Cuius Obm. bonum.

Posteriores Passiones, dolor, iracundia
off ab Affectu Irascibili, Cuius Obm. Malum.

Lectio Facti gloriosi. Vixit, certe, aspectus:
inspirat amorem gloriae, Triumpho. Laudum;
calorem Virtus

Q. Cui pauci Poetae. R.
Sunt Medici, n. doctores.
Flacce, Marones.

BIBLIOTEKA KÓRNICKA

13903

